Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XII
D
21
NAPOLI

X II. D. 21.

x 11·8·21·

TRACTATVS
DE CONFESSARIIS SOLICITANTIBVS.

Aurhore

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO

D. RODERICO ACHVNA,

Epiſcopo Portugalenſi à Conſ. Reg. Maieſtatis.

CVM ADDITIONIBVS DOCTORIS FR. SERAPHIN de Freitas Luſitani, Veſpertinæ ſacrorum Canonum Cathedræ Pincianæ proprietarij, è Mercenarijs minimi.



VALLISOLETI, ET NEAPOLI,

Ex Typographia Lazari Scorigij.

M. DC. XXVII.

REVERENDISSIMO, EIDEMQVE RELIGIOSISSIMO VIRO,

P. D. CONSTANTINO FAGGIOLO

Canonicorum Regularium Lateranenſium Præpoſito olim Generali.

O*PVS hoc Auctoris non minus dignitate, quam litterarum, omnigenaq; doctrinæ cognitione clariſſimi, pluribus expetitum, comprobatum omnibus, cum in lucem rurſus edere non pretio ſolum, ſed plurimorum prece eſſem impulſus, ſtatim præſidium aliquod, cui potuiſſet inhærere, quærebam, & profecto eccleſiaſticum opus, Pontificium diploma explanans, Eccleſiaſtico Religioſiſſimo viro omnibus virtutum inſignibus exornato, nuncupandum eſſe decreui. Talem te, Reuerendiſſime Pater, non modo Lateranenſis Religionis angulus tuis virtutum radijs illuſtratus, ſed orbis prædicat vniuerſus, cum vitam Angelo parem intra Religioſa Clauſtra ſeruaueris, eaque de re omnium beneuolentiam promerueris: vitæ quoque candori ſingularem diſciplinarum omnium, præcipuè Sacræ Theologiæ & Canonum ſcientiam addideris, vt iure optimo ad omnes dignitatum gradus in tua Illuſtriſſima Religione conſcenderis vſque ad ſupremum Generalatus ordinem. Sed ego puſillus, & exiguæ notæ homuncio tam alta contemplari nequibam, cum nullis eſſem tibi deuinctus officijs, nullo notus obſequio. Cum autem Neapoli admodum Reuerẽdum P. D. Aloyſium Germanum fratrem tuum longa nouerim clientela; ei arcanum aperui meum, eaque qua in omnes vtitur, benignitate, nihil à tuæ virtutis & proſapiæ ſplendore degenerans, ſe opus hoc à meriti dicatum & daturum, & commendaturum pollicitus eſt, meæque*

aditum dedit audaciæ. Accipe igitur opus Auctoris non alio lectore quàm te digni: accipe munus, ſi donantis animum inſpicias, non exiguum; ſi meritum tuum intueris, longè impar, & exile. Si verò ſerena fronte ſuſceperis, vires ac ſtimulum ſuperaddes maiora in poſterum moliendi, meique in te amoris, ac ſeruitutis indicia propalandi. Vale Reuerendiſſime Conſtantine, meque inter humiles ſeruulos recenſe. Neapoli die 1. Kalendas Nouembris 1627.

Paternitatis tuæ Reuerendiſſimæ

Seruus humillimus

Lazarus Scorigius.

A tergo

All'Illuſtriſsimo, e Reuerendiſsimo Signore mio Oſſeruandiſsimo,

IL SIGNORE CARDINALE CARAFA, NAPOLI.

INtus vero Illuſtriſs. e Reuerendiſs. Sig. mio Oſſeruandiſſimo. Dopò eſſerſi hauuta lunga, e matura conſideratione ſopra il dubio ſignificato da più bande, ſe i Penitenti ſiano obligati à denuntiare i confeſſori, da'quali ſono ſtati ſollecitati nel luoco, ò atto della confeſſione, quando hanno conſentito alla ſollicitatione. Noſtro Signore, e queſti miei Signori Illuſtriſſimi in Congregatione tenuta auanti ſua Santità à 25. di Luglio paſſato, dopò hauer anco inteſo il parere di vna particolare Congregatione deputata per queſto effetto, hanno riſoluto, che qualſiuoglia penitente è tenuto à denuntiare il confeſſore, dal quale ſarà ſtato ſollicitato nel luoco, ò atto della confeſſione, ancorche gli habbia conſentito, e non è tenuto à propalare il proprio conſenſo, nè ſopra ciò s'interroghi dal Veſcouo, ò Inquiſitore, ò loro Vicarij auanti de' quali deporrà, nè meno il confeſſore denuntiato, procedendoſi poi contra di lui, ne i conſtituti che ſe gli faranno, s'interroghi ſopra detto conſenſo; & in caſo, ch'egli voleſſe dirlo da ſe, non ſi ſcriua il ſuo detto, come in ordine alla perſona ſollecitata non ſpettante all'officio della ſanta Inquiſitione. Le parti dunque di V.S. Illuſtriſſima ſono di ſignificare la detta riſolutione a i Confeſſori, & incarricargliene ſtrettamente l'oſſeruanza; acciò ne i caſi, che occorrono alla giornata conforme al tenor della conſtitutione publicata da Gregorio XV. ſanta memoria contra i Confeſſori ſollecitanti, ſignifichino a i Penitenti l'obligo

ti l'obligo che hanno di denuntiare i Confeſſori, da' quali ſarãno ſtati ſollecitati: & hauendoli cõſentito, e facendo difficoltà in ſco prire il proprio conſenſo; conforme alla riſolutione che ſi è fatta, ſi dicano apertamente, che non ſono tenuti à propalare il detto conſenſo, e che tanto eſſi penitenti, quanto i Confeſſori ſollicitan ti, procedendoſi contro di loro, non ſaranno di ciò interrogati, e dicendolo da ſe, non ſi ſcriuerà, nè riceuerà il loro detto, & quando il Penitente tuttauia perſiſteſſe nella medeſima renitenza, noſtro Signore ſi contenta, che dal Veſcouo, ò dall'Inquiſitore ſi dia autorità al Confeſſore di riceuere per ſcrittura, & con giuramento la denuntia per portarla ſubito à chi hauerà data l'autorità di pigliarla: e ſe oltre le coſe ſudette, occorrerà altro caſo graue per il quale non ſi poſſa il penitente indurre à denuntiare; vuole ſua Santità, che ſe ne ſcriua quà, e s'aſpetti la riſpoſta, & in tãto ſi ſopraſeda nell'aſſolutione: e tanto ſi contenterà V.S. Illuſtriſsima di far oſſeruare nella ſua Dioceſe, facendo regiſtrare la preſente ne gli atti di coteſta Corte per Informatione ſua, e de' ſuoi ſucceſſori, liquali douranno hauere mira, che la preſente riſolutione riguarda ſolo quei penitenti, che, per hauere conſentito, fanno difficoltà in denuntiare, ma quei, che non hanno conſentito, ò hauendo conſentito non ſono in ciò renitenti, non deue il Confeſſore porre difficoltà alcuna, ma laſciare, che indifferentemente, e liberamente ſodisfacciano all'obligo che hanno di denuntiare, conforme alla detta conſtitutione: compiacendoſi anco V.S. Illuſtriſsima di mandare copie della preſente a i Veſcoui ſuoi ſuffraganei, acciò da eſsi ancora ſia fatta oſſeruare la ſudetta riſolutione. Per fine à V.S. Illuſtriſsima humiliſsimamente baſcio le mani, di Roma li 27. di Settembre 1624.

Di V.S. Illuſtriſsima, e Reuerendiſsima

Humiliſsimo, e affettionatiſsimo Seruitore

Il Cardinale Millino.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Hiſpalenſi, in Regno Hiſpaniæ hæreticæ prauitatis Inquiſitori Generali.

PIVS PAPA IIII.

VENERABILIS frater ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem. Dum,ſicut nuper non ſine animi noſtri moleſtia, accepimus, diuerſos Sacerdotes in Regnis Hiſpaniarum, atque etiam in Ciuitatibus, & Diœceſibus curã animarum habentes,ſiue eam pro alijs exercentes, aut aliàs audiendis confeſſionibus pęnitentium deputati,in tantam prorupe rint iniquitatem,vt Sacramento pęnitentiæ in actu audiendi confeſſiones abutantur; nec illi, & qui id inſtituit Domino Deo, & Saluatori noſtro Ieſu Chriſto iniuriam facere vereantur,mulieres videlicet pęnitentes ad actus inhoneſtos,dum earum audiunt cõfeſſiones,alliciendo, & prouocando,ſeu allicere, & prouocare tentando,& procurando,ac loco earum per Sacramentum huiuſmodi Creatori noſtro reconciliationis grauiorum peccatorum mole eas onerando, & in manibus Diaboli tradendo, in Diuinæ Maieſtatis offenſam,& animarum perniciem,Chriſti fidelium ſcãdalum non modicum. Nos animum inducere nequeuntes,quòd qui de Fide Catholica recte ſentiunt, Sacramentis ab Eccleſia Dei inſtitutis abutantur,aut illis iniuriam faciant,fraternitati tuæ de cuius eximia pietate, virtute,atque doctrina plurimum in Domino confidimus,per pręſentes committimus & mandamus,quatenus per te,vel alium,ſeu alios a te deputandum,ſeu deputandos contra omnes,& ſingulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Ciuitatum & Diœceſum de præmiſſis quomodolibet diffamatos

matos tam ſęculares, quàm quorumuis,etiam exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectorum Ordinum Regulares cuiuſcunque dignitatis,ſtatus,gradus,ordinis,conditionis,& prçemi nentiæ exiſtant,tam ſuper præmiſſis, quàm ſuper Fide Catholica, & quid de ea ſentiant diligenter inquiras,& iuxta facultatem tibi contra hæreticos, aut de hæreſi quouis modo ſuſpectos a Sede Apoſtolica conceſſarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos iuxta exceſſuum ſuorum qualitatem,prout de iure fuerit faciendum,debita præcedente degradatione,ſæcularis Iudicis arbitrio puniendos tradendo,Non obſtan.&c. Dat.Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 16. Aprilis Anno Domini milleſimo quingenteſimo, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

S.D.N.GRE-

S. D. N. GREGORII PAPÆ XV.

Contra Sollicitantes in Confeſsionibus.

GREGORIVS PAPA XV. ad perpetuam rei memoriam.

VNIVERSIS Dominici gregis curam, quamque immeriti, cœleſti diſpoſitione gerentes, ſedulò inuigilare tenemur, vt ab omnibus prauis contagijs conſeruetur immunis, multoq; maiori ſtudio prouidere, vt omnis peſtis ab ijs auertatur, quibus alios ſanandi officium eſt commiſſum, ne quod Euangelica ſcripta nos admonent, ſale infatuato non ſit in quo ſaliatur, & ad nihilum proſit vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Quoniam autem à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, quibuſdam in locis prouiſum fuit, vt impium, ac nefandum ſcelus, quod non ſolum inter Chriſtifideles non eſſe, ſed nec etiam nominari debet, procul ab ijs arceatur, videlicet, vt aliquis Sacerdos ad ſacras audiendas confeſſiones deputatus, Sacroſancto Pœnitentiæ Sacramento, ſollicitando pœnitentes ad turpia abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aſpidem porrigat, & ex cœleſti medico infernalis veneficus, ex patre ſpirituali proditor execrabilis animarũ reddatur: idcirco Nos ea, quæ his pernicioſiſſimis Diaboli inſidijs arcendis certis locis ſalubriter conſtituta ſunt, vt nullibi deſiderentur, quantum ex alto cõceditur, prouideñ. duximus. Alias ſiquidem à fel. rec. Pio Papa IV. prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis, videlicet, Pius Papa IV. Venerabili Fratri Archiepiſcopo Hiſpaleñ. in Regnis Hiſpaniarũ hæreticæ prauitatis Inquiſitori Generali. Cum ſicut nuper, non ſine animi noſtri moleſtia, accepimus diuerſi Sacerdotes in Regnis Hiſpaniarum, atque etiam in eorum Ciuitatibus, & Diœceſibus curam animarum habentes, ſiue eam pro alijs exercentes, aut alias audiendis confeſſionibus pœnitentium deputati in tantam proruperint iniquitatẽ, vt Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confeſsiones abutantur, nec illi, & qui id inſtituit Domino Deo, & Saluatori noſtro IESV CHRISTO iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet, pœnitentes ad actus inhoneſtos, dum earum audiunt confeſsiones allicien-

do,& prouocando,ſeù allicere,& prouocare tentando,& procurãdo, ac loco earum per Sacramentum huiuſmodi Creatori noſtro reconciliationis grauiori peccatorum mole eas onerando, & in manibus Diaboli tradendo, in Diuinæ Maieſtatis offenſam, & animarum perniciem,Chriſtifidelium ſcandalum non modicum. Nos in animum inducere nequeuntes,quod qui de Fide Catholica rectæ ſentiunt,Sacramentis in Eccleſia Dei inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant,Fraternitati tuæ de cuius eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel per alium, ſeù alios à te deputandum,ſeù deputandos contra omnes,& ſingulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Ciuitatum, & Diœceſum de præmiſsis quomodolibet diffamatos,tàm ſæculares, quã quorumuis etiã exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum Ordinum Regulares cuiuſcunque dignitatis,ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præheminentiæ exiſtant, tàm ſuper præmiſsis, quàm ſuper Fide Catholica, & quid ea ſentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra hæreticos, aut de hæreſi quouis modo ſuſpectos à Sede Apoſtolica conceſſarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos,iuxta exceſſuum ſuorum qualitates, prout iuris fuerit, punias,eas etiamſi,& prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione ſæcularis Iudicis arbitrio puniendos tradẽdo. Non obſtantibus Conſtitutionibus,& Ordinationibus Apoſtolicis,ac Eccleſiarum,& Monaſteriorum,necnon ordinum quorumlibet,quorum ipſi Sacerdotes fuerint, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,& cõſuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus,& formis,ac cum quibuſuis clauſulis,& decretis,etiam motu proprio, aut alias quomodolibet conceſsis, etiam iteratis vicibus approbatis,& innouatis. Quibus omnibus eorum tenores prꝫſentibus pro expreſsis habentes,hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cꝫterisq; contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 16. Aprilis M. D. LXI. Pontificatus Noſtri Anno ſecundo. Igitur vt literæ prædictæ perpetuis futuris tẽporibus,& vbiq; locorum inuiolabiliter obſeruentur, motu proprio, & ex certa ſcientia,ac matura deliberetione noſtra, ac de conſilio venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E.Cardinalium contra hꝫreticam prauitatem generalium Inquiſitorum præinſertas literas huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus,& confirmamus,illiſque omnibus,& ſingulis inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, illaſque non ſolum in prædictis Regnis Hiſpaniarum,ſed in quibuſuis Chriſtiani orbis partibus firmiter,& inuiolabiliter obſeruari præcipimus, & mandamus, ac præterea, ne in futurum de pœna his delinquenti-

bus imponenda, & de modo contra eoſdem procedẽdi ab aliquo dubitari poſsit, ſtatuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & ſinguli Sacerdotes, tàm ſæculares, quàm quorumuis, etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum ordinum, inſtitutorum, ſocietatum, & Congregationum Regulares cuiuſcunq; dignitatis, & præheminentiæ, aut quouis priuilegio muniti exiſtant, qui perſonas quæcunq; illæ ſint, ad inhoneſta, ſiue inter ſe, ſiue cum alijs quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis confeſsionis, ſiue ante, vel poſt immediatè ſeù occaſione, vel prætextu confeſsionis huiuſmodi, etiam ipſa confeſsione non ſequuta, ſiue extra occaſionem confeſsionis in Confeſsionario, aut in loco quocũque, vbi confeſsiones Sacramentales audiantur, ſeù ad confeſsionem audiendam electo, ſimulantes ibidem confeſsiones audire, ſollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiue tractatus habuerint, in Officio Sanctę Inquiſitionis ſeueriſsimè, vt infra puniantur. Et præterea omnes hæreticæ prauitatis Inquiſitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorũ, & locorum vniuerſi Orbis Chriſtiani in ſuis quemque Diœceſibus, & Territorijs, per has noſtras literas etiam priuatiuè, quo ad omnes alios ſpecialiter, ac perpetuo Iudices delegamus, vt ſuper his contra prædictos ſimul, vel ſeparatim in omnibus, prout in cauſis fidei, iuxta Sacrorum Canonum formã, necnon Officij Inquiſitionis huiuſmodi conſtitutiones, priuilegia, conſuetudines, & decreta, diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex huiuſmodi nefarijs exceſsibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumſtantijs, ſuſpēn. ab exequutione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcunq; ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiuæ, & paſsiuę, ſi Regulares fuerint, exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum abſque vlla ſpe gratiæ, aliaſq; pœnas decernant, eos quoque ſi pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint, debita pręcedente degradatione Curiæ ſæculari puniendos tradant. Dantes etiam facultates Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus generalibus Inquiſitoribus, ne delictum tam enorme, & Eccleſiæ Dei tam perniciosum remaneat, ob probationum defectum impunitum, cum difficilis ſit probationis, teſtibus, etiam ſingularibus, concurrẽtibus præſumptionibus, indicijs, & alijs adminiculis delictum probatum eſſe arbitrio ſuo iudicandi, & Curiæ ſæculari, vt præfertur reum tradendum eſſe pronunciandi. Non obſtañ. omnibus, quæ dictus prædeceſſor in ſuis literis prædictis voluit non obſtare, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Mandantes omnibus Confeſſarijs, vt ſuos pœnitentes, quos nouerint fuiſſe ab alijs, vt ſupra ſollicitatos, moneãt de obligatione denunciandi ſollicitantes, ſeù vt præfertur tractantes, Inquiſitoribus, ſeù locorum Ordinarijs prædictis, quod ſi hoc officiũ

prætermiſerint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denunciãdũ Confeſſarios ſollicitantes, ſeù tractantes, vt ſupra ijdem locorum Ordinarij, & Inquiſitores illos pro modo culpæ punire non negligant. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam impreſsis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extra vbique habeatur, quæ præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, quodque eædem præſentes literæ, ſeù illarum exempla ad valuas Baſilicarum S. Ioannis Lateraneñ. ac Principis Apoſtolorũ de Vrbe, & in acie Campi Flore affixæ omnes ita arctẽt, & afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris, die 30. Auguſti M.DC.XXII. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

S.Card.S.Suſannæ.

Anno à Natiuitate D.N. Ieſu Chriſti Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo Indictione 5. die vero prima menſis Septemb. Põtificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris D.N. GREGORII diuina Prouidentia PP. XV. anno eius II. retroſcripta Conſtitutio affixa, & publicata fuit ad valuas Baſilicarũm S. Ioannis Lateraneñ. Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Flore, vt moris eſt, per me Brandimartem Latinum Apoſtolicum Curſorem.

Octauius Spada Mag. Curſ.

ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.

QVAESTIO I.

Solicitare, & ſolicitatio quid?

SVMMARIVM.

SOlicitationis Ethimologia, nu. 1. pro conatu ad labefactandum, nu. 7. ſolicitationis diffinitio, nu. 14.

Solicitare terram, nu. 1. mare, nu. 2. pro inquietare, & perturbare, num. 3. oſtendere metum, vel ſpem, nu 4. pro tentare an fores aperiri poſſint, nu. 5. pacem, nu. 6 fœminas ficto cœlibatu, nu. 9. ſeruos, nu. 11. pro rogare, allicere, ſeu inducere, nu. 12. ceſſare facere, nu. 13.

Differentia inter ſolicitationem, & ſolicitudinem, nu. 8.

Summus Pontifex iuſte ſolicitantes confeſſarios ad ſanctæ Inquiſitionis tribunal deferri iubet, nu. 15.

Solum dicitur mare, nu. 2. & 16.

Solicitare pro inquietare, nu. 3. & 17. pro manes euocare à nu. 17.

Ericto magica apud Lucanum euocat ab inferis manes, nu. 18.

Medea ob manium ſolicitationem exulat Creontis Regis iuſſu, nu. 19.

Synodus Eliberina prohibuit manium ſolicitationem, & lex ciuilis capitaliter, nu. 20.

Solicitare propriè eſt moleſtare, num. 21.

Manes nimio planctu offendebantur, & quare, nu. 22.

Manes inter & lemures differentia, nu. 23.

Animæ à corpore ſeiunctæ amant, & intelligunt, nu. 24.

Anima defuncti triſtatur vxore ad nuptias tranſeunte, nu. 25.

Animæ à corpore ſeiunctæ cognoſcunt quæ in hoc ſæculo aguntur, tripliciter, nu. 26.

Lex Caſtellæ punit in defunctorũ funeribus inſanos planctus, & quare, nu. 27.

 Anus

*Anus apud Sinàs conducuntur ad plangendum in funeribus, numer.*28.
Dæmones pro animis apparent euocatis.
Samuelis animæ vera apparitio.
*Solicitare pro perturbare, num.*3. *&* 29.
*Ciceronis loca circa verbum ſolicitare, num.*3. *&* 30.
*Solicitudo, num.*7. *&* 31. *illius definitio, & ſolicitationis explicatio, nu.*35.
*Solicitatores alienarum nuptiarũ, nu.*8. *&* 32. *litium, nu.*35.
*Solicitare pro concitare ad ſeditionem, nu.*10. *&* 33. *pro allicere, nu.*12. *&* 34.

1 A SOLO, & cito, ſolicito eliciũt Grãmaticorum turba, quaſi loco demoueo. Propterea verbum & vnico, l in ſoluta, duplici in ligata ſcribunt oratione, metro conſulentes. Eſt igitur genuina & propria verbi ſignificatio terram vertere: quæ Verg. nota Geor.2.

Sollicitanda tamen tellus, pulviſque mouendus.

Nota & Tibullo, melioris notæ auctoribus.

Et teneram ferro ſollicitauit humum.

2 Atqui ſolum etiam mare eſt.[a] Neque ob id diſſonum pronauigare ſolicito excipi, excipiũt peritiores. Claudianus præfari incipiens de raptu Proſerpinæ.

Et rudibus remis ſollicitauit aquas.

Verg. lib.2. Georg.

Sollicitant alij remis freta cæca.

3 Illud etiam poetis & oratoribus frequens, ſolicitare pro inquietare,[b] perturbare.[c] [d] Dixit Tullius ad Atticum in Epiſtolis. *Multa ſunt quæ me ſolicitant, anguntque.* Ipſe iterum de finibus: *Quæ ſemper animum excruciant, ſemperque ſolicitant.* Habes & Terentij illa.

Cur meam ſenectutem huius ſolicito amentia?

Vah perij, hoc malũ integraſcit.

Siccine me, atque illam opera tua nunc miſeros ſolicitarier?

Vtraq; ex Andriâ.

4 Solicito te, ideſt, ſpem, ac metum tibi oſtendo, docuit Valla eleganț. lib.5.c.75.

5 Pro aperire fores, & ianuã, vſurpauit Naſo Amorum lib.3. eleg.1.

Per me, decepto didicit cuſtode Corinna.

Liminis adſtricti ſollicitare forem.

6 Solicito pacem inſto vt pax fiat. Liuius 4. bel. Maced. 67. *Iterum ſubacti: ſed non eadem venia fuit victis, ſub corona veniere omnes, ne ſæpius pacem ſolicitarent.*

7 Facit ad rem in qua ſumus, ſumi plerumque ſolicitationem pro aliquem labefactandi tentatione & conatu. Facit ad ſignificationem Tullij locus in Catil. *Iam verò illa Allobrogum ſolicitatio à Lentulo, cæteriſque domeſticis, hoſtibus, tanta res, tam dementer credita, & ignotis, & barbaris.*

Diſcriminantur ſic voces Guillelmus, & Donatus Terentij interpretes in Andr. ſcenà. 5. act. 1. ſolicitudinem [e] nempè mentibus inhærere, ſolicitationem ab alio alicui fieri. Vnde mulierem ſolicitare, ducum animos, iudicum pretio, donis, vi, armis, dicūt Romani.

8 Abijt ad Iuriſperitos vulgaris interpretatio, eſſe idem alienarum nuptiarum ſolicitatores, [f] quod aliarum vxorum affectatores, ambientes, omnia conantes, vt libidinem expleant; qui tales vel re non peccantes, peccandi tamen ob animum extra ordinem puniebantur. Vt eſt tex. in l. 1. ff. de extraord. criminib. Agit de qua, præter alios, quos ſuggerit. Menoch. li. 2. de arbi. caſu 360 nu. 46. Cuiacius ſenten. lib. 5. tit. 4. verſ. ſolicitatores, quem tex. refert Gratianus cap. ſolicitatores 15. de Pœnitent. diſt. 1.

9 Qui autem ficto cælibatu, aliam matrem familias domi relinquentes, mulieres exambiebāt ad nouas nuptias alliciendo, pollicitando, donando, ſolicitare, & ſolicitatores dicebant Galien. & Valent. Imperatores l. 5. C. de donationibus ante nuptias. Hanc verò donationem ante nuptias nihil valere tex. probat. Meminit præterea illorum Iuſtinianus Imperator, qui mulieres ſolicitauerint, quas rapuerunt, l. vnica ad finem, verſ. niſi, C. de raptu virginum.

10 Milites prætereà ſolicitare, ſtimulare, eſt, concitare ad ſeditionem [g] & tumultus in Rempub. Qui verò ſic ſolicitabant, læſæ maieſtatis pœna afficiebantur. De his tex. l. 1. verſ. fin. ff. ad legē Iuliam maieſtatis, quæ Rebuf. nō præterit l. quibus 57. colum. 7. ff. de verborum ſignificatione. Decianus in tracta. criminali lib. 7. c. 12. num. 7. qui doctus ibi à Tullio pro Clu. Publum. & Stolone maieſtatis hoc nomine damnatos.

11 Valet ſolicitare ſeruos idē, quod ad delinquendum impellere. Huiuſmodi ſolicitatores de ſeruo corrupto pœna teneban-

tur,vt arguit Vlpian.l.1.§.qui igitur,& in l.Neratius 11.§.præeunte tamen.Paul.in l.vt tantum 14.§.æſtimatio.ff.de ſeruo corrupto. Addo inſuper, ſolicitātes ſeruos, nunc furti crimine,nunc legis Flauiæ pœna mulctari. Sic diſponit Caliſt.l.non ſtatim, 6.ff.ad legem Flauiam de Plagiarijs, diſponit & Imperator Conſtantinus l. mancipia 5.Cod. de ſeruis fugitiuis, talem ſolicitatorem teneri reddere alterum pro ſolicitato ſeruo, inſuper cum ſolidorum duodecim ſumma ciuitatis reipublicæ inferenda, à qua mancipium abductum eſt.

Seruos ſolicitatos meminerũt Diocle. & Maximian. Imperatores, l.3.Cod. de noxal. actio. Voces circumuentus, ſeductus, ſolicitatus, collatæ inter ſe arrident l 3.§.Si quis volentem,ff.de libero homine exhibendo.

12 Quæ voces ſunt Pontificibus eiuſdem ſignificationis, qui etiam ſolicitare precibus, pro rogare habent, blanditijs allicere, h ſeu inducere, vt firmat Innocentius III. ad Abbatem Ciſtercien. ſcribens c. per Inquiſitionem 26. de elect. ibi: *Eoſque ſollicitaßet precibus,vt ipſum eligerent in Epiſcopum*. Adnotauit ibidem Abb. num.5. & in Epiſtola Leonis Papæ 81. ad Anaſtaſiũ Theſal. cap. 9.pars cuius affertur tom.2.Conciliorum in Concilio Aquiſgran. cap.57.ſub Greg.4.habito ad annum Domini 380. Atque ibi legitur: *Nullus alienum clericum ſolicitare, vel tentare præſumat, ſui Epiſcopi non interueniente conſenſu*. Idem habet eiuſdem Concilij caput 58. *Alienum clericum inuito Epiſcopo ipſius nemo ſuſcipiat, nemo ſolicitet, niſi fortè ex placito caritatis id inter dantem & accipientem conueniat*. Quę verba, quoad principium refert Gratian.c.alienum 19.q.2.

13 Solicitare in ſacris litteris eſt etiam ceſſare facere. Exod. cap. 5. *Quare Moyſes & Aaron ſolicitatis populũ ab operibus ſuis?* Ceſſare facitis interpretatur Marginalis gloſſa.

14 Prçfatus tot de varia vocũ ſignificatione venio tandem ad inſtitutum, & venio cum lacrymis, dolori immerſus, cum videā peccata ita equitare, vt altaria aſcendant,diuinis locis inſultent, Patrem, Romanum Iouem, alioqui mitiſſimum, concitent iaculantem fulmina.Obrue, Deus,Gigantomachiam in gloriam tuā, in tuorum ſalutem. *Solicitatio itaque eſt à confeſſarijs crimen, dum in ipſa confeſſione mulieres*

pœnitentes ad obſcænos actus etiã non adimpletos, prouocant vel prouocare tentant. Dixi *non adimpletos*, quia nihil opus eſt, vt obſcęni iſti actus adimpleantur, vt pœnas dent confeſſarij (quorum adimplementum coitus ſolum eſt, & pollutio) ſed ad rem ſatis erit, ſi in confeſſione actus dentur turpes incompleti, veluti baſia, amplexus, nutus, & id genus alia. Dixi *vel prouocare tentant*, vt ſolicitationem comprehendamus, vel actibus, vel verbis, vel nutibus, vel pellaci oculorum nictu, vel manus in manum inuolutione, vel quibuſcunque alijs amatorijs ſignis factam. Vera enim, & propria eſt ſolicitatio, quę ab ijs omnibus, & à ſingulis prouenit modis. Quod liquet ex ipſa littera: *Alliciendo, & prouocando, vel allicere, & prouocare tentando*. Docetque Paramus in explicatione quęſt.10.nu.116. & 118. Infra autem diſſeremus, an hac commiſſione teneantur confeſſarij, cum non ad libidinem, ſed ad peccata alia pœnitentes mulieres impellere nituntur.

15 Sanxit ęquiſſimè iuxtà & ſanctiſſimè ſummus Pontifex, vt confeſſarij ordinis cuiuſuis & inſtituti, qui dum fœminarum crimina ſacramentaliter excipientes, venereis verbis appellant, ad Sacroſanctum, & incorruptiſſimũ Inquiſitionis Tribunal deferantur, atque cum illis ſeueriùs agatur: cum illis, ò Deus, æternam mortem fratribus moliri contendentibus, ſacramentali puriſsimo illi fonti venenum commiſcentibus mortiferum, vt pœnitentes miſerè combibant. Inhumanum quidem, & immaniſſimum eſt ibi mortis ſupponere irritamentum, vbi vitę auctor Chriſtus Dominus vitam appoſuit. O malum, ò nefas, ſi quando, his nunc noſtris temporibus ſtupendum, deflendũ ſanguine, ſeueriſsimis, imò ſęuiſsimis vexandum ſupplicijs; His, inquam, funeſtiſſimis tẽporibus, quibus hęreticorum impietas, & furor in auricularem confeſſionẽ attollunt vexilla, illudunt, ſuperſtitioſam afferentes, incipiente Eccleſia fuiſſe negantes. Quid ni dabunt triumphandi occaſionem Chriſtiani hi homines, mendacio applaudentes, fauentes, Eccleſię nocentiſſimi? Quid plura? Mitto vos ad Salzed. in additionibus ad Bernard. cap. 82. ad Paramum qui in his multus à nu. 78. quęſt. 10. p. fi.

ANNOTATIO.

16 Ibi,[a] *Solum etiam mare eſt.* Virg. 5. nu. 199.

Va-

Vaſtis tremit ictibus aeria puppis,

Subtrahiturque ſolum.

17 Ibi, *Inquietare*, b ſic & ſolicitare, hoc eſt, euocare animas defunctorum, iuxta illud Virg. 3.

Maneſque vocabat

Hectoreum ad tumulum.

Vnde ne ſolicitarentur, ad ipſorum memoriam, id eſt, ſepulchrum, teſtabantur veteres apud Plinium lib. 28. cap. 2. naturalis hiſtor. notant Briſon. lib. 1. de formulis, pag. 96. Cæſar. Baron. tom. 1. annal. anno. 34. num. 312. ad quod alludit illud, 1. Reg. cap. 28. ex perſona Samuelis: *Quare inquietaſti me, vt ſuſcitarer?* Maximam enim pœnam ex hac ſolicitatione recipere manes ſuſcitatos, inuit Lucan. lib. 6.

18 Vbi Magica Ericto ab orco vmbram euocauit, quam poſtquam excantauit, vt futuras ciuilis belli clades ſciret, ſolicitata vmbra abundantibus lacrymis quid ſciat exponit.

Addidit & carmen, quo quidquid conſulit vmbra.

Scire dedit mæſtum fletu manante cadauer.

Triſtia non equidem Parcarum ſtamina, dixit.

Aſpexi, tacita reuocatus ab aggere ripa.

Sic & nutrix Octauiam deprecatur, ne matris à Nerone interfectæ manes ſolicitet apud Senecam in Octauia nu. 270. vbi Mart. del Rio.

Renouare luctus parce cum fletu pios.

Manes parentis ne ve ſolicita tua.

Explicat Briſon. lib. 1. de formulis, pag. 96. ideoque Creon Chorintiorum Rex Medeam Colchis exulem pronunciat ob eandem ſollicitationem, quam ſceleſtis exercebat carminibus, in Medea apud Senecam an. 289.

Egredere, purga regna, lethaleſque ſimul.

Tecum adfer herbas, libera ciues metu.

Alia ſedens tellure ſollicita deos.

19 De dijs inferis intelligo, qui per Magica carmina ab orco euocabantur, quidquid Martin. Delrius de cœleſtibus ſentire videatur; dum non de euocatione, ſed de moleſtia exponit, quæ expoſitio Creontis timori non congruit.

20 Hanc igitur ſolicitationẽ, inquietudinem, ſeu euocationem prohibiuit Synodus Eliberina, cap. 34. *Ne accenſis cereis ſupra defunctorum ſepulchra eorum animæ inquietarentur*, prout explicat

Baron.

Baron. 1. tom. annal. annot. 34. num. 312. Diuerſo exponit ſenſu Bellarm. lib. 2. de purgator. cap. 19. ante fin. & lib. 2. de reliquijs, cap. 4. col. 4. Aliter Puiol. de ſacro adorationis cultu, diſput. 4. ſect. 1. ad vlt. Lex quoque ciuilis hanc animarum ſolicitationem capitaliter punit l. multi, C. de maleficis.

21 Propria tamen ſignificatio verbi, ſolicitare, eſt moleſtare, ſeu offendere, vt vult Delrius in Medeam, num. 271. Vnde ſolicitare humum, æquor, Iouem, Deos. Sic apud Tibul. 3. eleg. 4.

Pro qua ſollicitas cæleſtia numina votis,

Quæ tibi ſecuros non ſinit ire dies.

Mart. 1. epigr. 4.

Quæ ſemper miſeras ſollicitabat opes.

Vbi Perott. Quo pacto & ſolicitare manes, accipit Delrius in Octauiam, nu. 270.

22 *Quia*, ait, *credebant manes nimio planctu, & luctu offendi*, iuxta illud Tibul. 1. eleg. 1.

Tu manes ne læde meos, ſed parce ſolutis.

Crinibus, & teneris Delia parce genis.

Magna apud me Delrij authoritas eſt: vereor tamen, ne ſubtilior fuerit Tibulli ſenſus. Lachrymas namque & fletus non ſolùm Tibullus Deliæ non prohibuit, ſed & bis commendauit.

Flebis & arſuro poſitũ me Delia lecto.

Triſtibus & lacbrymis oſcula mixta dabis.

Flebis: non tua ſunt duro præcordia ferro.

Vincta, nec in tenero ſtat tibi corde ſilex.

Illa non iuuenis poterit de funere quiſquam.

Lumina non virgo ſicca referre domum.

Obſecrat tamen, ne ob nimium dolorem in ſe ipſam ſæuiat, qua ſæuitia lædet maximè & cruciabit ſuos manes, apud quos Deliæ amor manebit, qui aduerſus ſe ipſam crudelem ægrè feret.

Tu manes ne læde meos, ſed parce ſolutis.

Crinibus, & teneris Delia parce genis.

Quod & Ouid. ab vxore petit. 3. de triſtib. eleg. 3.

Parce tamen lacerare genas, nec ſcinde capillos.

Veteres fortè magnos planctus, & lachrymas immodicas in funeribus moleſtiam, & iniuriam manibus inferre putabant.

23 Quia manes, animæ erant

eorum, qui expiatis culpis tandē ad Eliſios diſceſſuri erāt campos: lemures, eorum qui in baratro,& pœnarum loco damnati detinebantur, ex D. Auguſt. lib. 9. de Ciuitate Dei, cap. 11. Sancio Brocenſi in Minerua, lib. 4. de antiphraſi,& in Ibin, nu. 140. Martino Delrio de Magia lib. 2. quæſt. 26. ſect. 1. colum. vlt. Meritò ergo offendebantur manes immodico planctu, quaſi per illum vel animarum immortalitatem negarēt, vel perpetuam damnationem faterentur lugentes.

24 Animæ enim etiam à corpore ſeiunctæ amant, & intelligunt. D. Thom. 1. part. quæſt. 89. art. 5. & quodlibe. 3. art. 21. Habitus namque & ſimulachra voluntatis & intellectus, præter illos qui ſtatui beatorum aut damnatorum repugnant, non amittantur ab anima corpore libera. Delrius in Octauiam, num. 12. Quod dubitantes ſentiunt Quintilian. in declamatione pro patre circa ſepulturæ curam, ibi: *Siue omnis in defunctis ſenſus perit.* Ouid. lib. 2. de pont. eleg. 11.

Hoc pater ille tuus primo mihi cultus ab æuo,

Si quid habet ſenſus vmbra diſerta, petit.

Cum ſimilibus congeſtis à Briſon. lib. 8. de formulis, pag. 841.

25 Ideoque anima defuncti triſtatur vxore ad ſecundas tranſeunte nuptias, authent. de nuptijs, §. nos igitur. Notat ad propoſitum Alberic. in dictionario, verbo, Anima.

26 Cognoſcunt autem animæ, quæ in hoc ſæculo aguntur, ſiue per Angelos, ſiue per animas hinc diſcedentes, ſiue ex diuina reuelatione cap. fatendum 13. quæſt. 2. vbi Archidiacon. Petr. Thyreus tract. de locis infeſtis, par. 1. cap. 12. Carrillo en la Bulla de defunctos, 1. par. cap. 12.

27 Sed ad rem, l. vltim. tit. 1. lib. 1. Recopil. in defunctorum funeribus inſanos planctus, crinium lacerationē, vultuſque impreſſis vnguibus deformationem ſub grauibus prohibet pœnis, ne more Gentilium, animarum reſurrectionem neget ſimilis vlulatus.

28 Vnde & hodie apud Sinas funeſtis indutæ veſtibus, honeſtæque anus in defunctorum funeribus conducuntur, vt lachrymabūdæ mœſtis cantionibus defunctorum conſanguineos ad lachrymarum copiam excitent; ex Ferdinando Pinto en ſuas peregrinazoes, cap. 99. quas nęnias inter Catholicos damnat D. Auguſt.

tom. 5.

to.5.ſermon 2.ad fin. de conſolatio. mortuorum. Azeued. dict. l. vlt. Sed quò calamus progreditur? Huc tamen excurrit, vt ſolicitare animas vel deos, iuxta ſubiectam materiam, modò pro moleſtare, modò pro euocare, non oſcitans accipiat lector. Illud meminerim, dæmones pro animis apparere euocatis, vt ex Tertulliano aduertit Martin. Delrio de mag. diſquiſition. lib.4. cap.2. q.6 num. 14. Samuelis tamen animæ apparitionem fuiſſe veram, verior opinio eſt; non tamen Magicæ Pythoniſſæ arte, ſed ex diuina ordinatione ad maiorem terrorem & confuſionem Saulis. Delrius lib.2. de Magia, quæſt.25. ſect. 4. verſ. octauo, cum ſequentibus, Suar. dict. cap.16. nu.17. & 18. Serarius 1. Reg. cap.30. quæſt.3.

29 Ibi: *Perturbare*, [c] Lucan.6.

Nec gloria parua
Sollicitet vita.

Hoc eſt, ne perturbet, vel potiùs triſtem reddat. Sic Caſſius apud Tullium lib. 15. epiſt. 19. *Velim ſcire, vtrum iſta ſolicito animo, an ſoluto legas*, id eſt, triſti, vel hilari; triſtes enim curis detinentur, quibus læti ſoluti ſunt.

30 Ibi: *Tullius*. [d] Alia Ciceronis loca apud Nizol. verbo, Solicito, Solicitudo, Solicitus.

31 Ibi: *Solicitudinem*, quę duplex eſt; bona, & mala: illa virtutem, hæc vitium ſequitur. Arias in Lexicon Eccleſ. verb. *Solicitudo*, vbi exemplis declarat. Diffinitur nu.35.

32 Ibi: *Alienarum nuptiarum ſolicitatores*. [f] Ouid.3. de ponto, eleg.3.

Non me legitimos ſollicitaſſe toros.

Et lib.2. de triſtibus.

Quas ratus es vetitos ſollicitare toros.

Helèna Paridi.

Auſus es hoſpitij temeratis aduena ſacris.

Legitimam nuptæ ſollicitare fidem.

De pœnis quorum Petr. Gregor. Syntagm. lib.39. cap.1. nu.2. Quos ſolicitatores alieni affectus, vocat Caſſiodor. lib.5. variar.

33 Ibi: *Concitare ad ſeditionē*, 2. Reg. cap. 15. *Solicitabat* (Abſalon) *corda virorum Iſrael.*

34 Ibi: *Allicere*. Alexand.3. in cap. ex parte 11. de ſepultur. *Quā ſolicitabat ſæpe de ſtrupo*. Auſon. epiſt.16. ad Paulum. *Tegat oportet auditor doctrinam ſuam, qui vellet ad diſcendum ſolicitare trepidantem*. Sic dum Chirurgus blādè telū ab vulnere allicere & detrahere tentat, ſolicitare dicitur apud

apud Virgil. 11.

Ne quid quam ſpicula dextra Sollicitat.

35 Definit auctor ſolicitationem,de qua agimus, quam à ſolicitudine differre,tradit num.7.ad fin. Non erit abſ re hanc quoque definire. Eſt ergo anxia inquietudo,ſeu vehemens mentis cura. Notat ex Driedon.Arias in Lexicon, verb. Solicitudo. Hinc apud Ouid.Metamorph.11.nu.600.

Sollicitive canes, canibusve ſagacior anſer.

Indeq; litium forenſium inſtitores,vulgo, ſolicitatores nuncupantur,Renat.Chopin.de ſacra politia lib.2.tit.7. num.21.Octauian.lib.2.de ſtylo Curiæ,cap.20 Petr. Gregor. Syntagm. lib. 15. cap.42.num.4. ad fin.& lib.44. cap.5.num.11.cum ſequentibus. Sic ſolicitatio ſupponit vehemẽs ſtudium & diligentiam. Vterque Thom.2.2.q.47.art.9. & in materia noſtra Riccius in praxi, deciſ.369.

SVMMARIVM.

Iurisdictio Epiſcoporum, & Inquiſitorũ in cauſa hæreſis olim, & hodie num.1.& 24.

Epiſcopi an ſe gerere debeant in cauſa ſolicitationis,ſicut in cauſa hæreſis nu.2.

Iuriſdictio noua, quando cenſeatur cumulatiua, vel priuatiua ad ordinariam nu.3.12.& 25.

Publicus fauor inducit cumulatiuã iurisdictionem nu.3.& 26.

Suſpicio hæreſis an ex ſolicitatione inſurgat nu.4.

Cognitio contra binubos, & ſodomiticos,eſt cumulatiua inter Inquiſitores, & ordinarios nu.5. & 18.

Cognitio ſolicitationis venereæ in Sacramento Confeſſionis, an ex natura rei Inquiſitoribus competeret nu.6.& nu.21.

Ordinarius non poteſt cognoſcere de ſolicitationis crimine num.7. cum ſequentibus.

Solicitatio venerea in Confeſſionis Sacramento præſefert hæreſis ſuſpicionem nu.7.& 27.

Religioſorum crimina circa hæreſim,hæreſiue ſuſpicionem,& ſolicitationem, pertinent priuatiuè ad Inquiſitores nu.10.& 28.

*Particula,*etiam,*caſum minus dubitabilem inuoluit nu.10.& 29.*

Reſolutio quæſtionis nu. 11.

Solicitationis crimen, an ſemper, & per ſe hæreſis ſuſpicionem inducat

inducat num. 13. & 15.
Suspicio hæreſis à lege, conſuetudine, vel legitimi iudicis arbitrio pendet nu. 14.
Suspicio hæreſis contra ſolicitantes, ex quibus inſurgat num. 16. & 17.
Angeli procumbunt Sacerdoti ſacrificanti nu. 16. & 31.
Inquiſitores vtrùm cognoscere poſſint contra solicitantes, absque commiſſione nu. 20. & 45.
Epiſcopus non potest per se solum cognoscere contra solicitantes, nu. 22.
Episcopus solus non cognoscit hodie contra hæreticos, ex consuetudine, & literis Apostolicis, nu. 22. & 23. & 33. 46. quod declaras num. 47.
Cognitio contra duas habentē vxores, vtrùm ſemper competat Inquiſitoribus nu. 17. & 32.
Iurisdictio cumulatiua inter Ordinarios & Inquiſitores contra nefandum ſcelus nu. 19.
Inquiſitores, an confeſſum, vel conuictum de nefando, relaxare debeant, à nu. 33.
Relaxatio vltimum ſupplicium importat nu. 34.
Iudex inferior, cui cognitio arbitraria committitur, non imponit vltimum ſupplicium, ex communiori nu. 35. & 43.
Pœnæ mortis in foro ſæculari, ſuccedit depoſitio, ſeu incarceratio perpetua apud Eccleſiasticos, num. 36.
Pius Quintus clericos exercentes neſandum, relaxari iubet numer. 37.
Relaxatio requirit incorrigibilitatem nu. 38.
Spes emendationis non deest in peccante contra naturam nu. 39.
Diploma contra neſandum committentes explicatur nu. 40.
Iudex Eccleſiasticus, quem punire potest, relaxare non debet numer. 41.
Relaxatio est inuenta à posterioribus Pontificibus nu. 42.
Laicus exercens ſodomiam, an relaxetur nu. 44.

QVAE-

QVAESTIO. II.

VTRVM PAVLI V. CONSTITVTIO PRO INQVISITORVM iurisdictione contra Confeſſarios fœminas in Sacramentali Confeſſione ſolicitantes, Epiſcopos poteſtate ordinaria hos tales puniendi priuet.

1 INTER omnes quę pro præcedenti cõſtitutione excitari poſſunt, præſens quæſtio loco prima eſt, quæ nec facilè enodari poterit, In cuius terminorum notitiam, Inquiſitorum iuriſdictionem in re hæretica, præuiſa origine, ſuppono, non priuatiuam ad Epiſcopos, ſed cumulatiuam. [a] ex cap. per hoc, de hæreticis lib. 6. Prolabente tamẽ tempore ſic practicante, vtente ſacræ Inquiſitionis Senatu, obtẽtum eſt, aſſiſtant Inquiſitoribus per ſe ſolum, vel per Vicarium Epiſcopi, quibus nec poteſtas de hæreticis cauſis ſeparatim cognoſcendi, imò denunciationem ſibi factam ad Inquiſitores ſecretiſſimè remittent obligati, ſeorſum à quibus fruſtrà eſt proceſſio. Sic tradit Simanc. de Catholicis, tit. 25. num. 5. & ſequentibus. Nunc nouiſſimè D. Molin. de iuſt. tract. 5. diſp. 28. nu. 13. & 14. fol. 2892.

2 Hoc ſuppoſito, illud nunc quæſtionis eſt, an Epiſcopi, non obſtante Pontificia hac commiſſione, per ſe ſolos animaduertere valeant in hoc crimen, vt & in alia merè Eccleſiaſtica, vel vtriuſque fori animaduertunt, & inquirunt: an eandem viam inſiſtere debeant, quam & inſiſtunt in re hæretica apud Inquiſitores.

3 Iuxta quos quęſtionis terminos ad Epiſcopos facit [b] primò, iurisdictioni ordinarię nunquam derogatum cenſeri, niſi facta de derogatione expreſsè mentione, l. 1. vbi notãt omnes, Cod. de officio Præfect. vrbis. Quod maximè admittunt Doctores, cũ in publicum fauorem crimen aliquod certis iudicibus traditur faciliùs extirpandum, tunc enim publicus ille fauor, [c] qui priuatã perſuaſit commiſſionem, erit in cauſa, ne Ordinario cognoſcendi adimatur facultas, ſed cumulatiua fiat iuriſdictio, vt vtrorumque cura de crimine faciliùs inquiratur, cognoſcatur, ſeuerius inferatur

tur ſupplicium. Ita notant plures, de quibus Afflict. deciſ. 41. num. 2. & ibi additio. Menoch. præſump. 18. nu. 26. lib. 2. qui plures refert. Ergo non derogãte prædicta conſtitutione ordinariæ iuriſdictioni, innixa prætere fauori publico & prædicta commiſſione in tanti mali occaſum; videtur, non adimendam ordinarijs & cognoſcendi, & puniendi per ſe ſolos facultatem.

4 Facit deinde, nullam videri oriri ex crimine hæreſis ſuſpicionem, quod in pudicitiæ, non in Fidei damnum eſt: nec ex facta Sacramento irreuerentia ſufficienter ſubodoreris talem ſuſpicionem: ſacrilegij arguet ad ſummum violatum Sacramentum. Ac ſi videas ſacerdotes fœminis aſſueſcentes, frequenter operari ſacris; tori fidem, & matrimonij Sacramẽtum frangere adulteros; ac tamen nullam de hæreſi elicias ſuſpicionem. Cum ergo tale hoc peccatum peccantem non reddat ſuſpectum, iniqua ducitur à tali cognitione Epiſcoporum priuatio.

5 Faciunt tertiò aliorum criminum exempla, quorum cognitio per ſpeciales commiſſiones Inquiſitorum ſubijcitur examini, de quibus tamen iure promiſcuo cognoſcunt Epiſcopi. Inter alia binubium ſunt, & venus poſtera.

6 Facit denique ſi quando hoc crimen, veluti de hæreſi præbens ſuſpicionem, Inquiſitorum reſeruatur iudicio, potuiſſe quidem ex ſuæ commiſſionis ordinariç vi, ante prędictam conſtitutionem, de crimine inquiere. Ergo ſuperflui aliquid, noui nihil importat noua hęc conſtitutio. Poſſunt prętereà ante hanc ipſam & in delinquentes ire. Quod vtrumq; duritiem olet.

7 His tamen non obſtantibus, per conſtitutionem prædictam Ordinarios non poſſe in ſenatu ſuo ordinario de tali crimine cognoſcere, tenendum eſt. Probatur ex ſequentibus. Primò, quia Inquiſitorum iuriſdictionis quaſi ordinariæ fundamenta ſunt crimina quælibet de hæreſi prębentia ſuſpicionem; quod notant in cap. accuſatus, in principio de hęreticis lib. 6. Albertin. de agnoſcendis, q. 34. nu. 46. Ex pluribus Paramus de origine Inquiſitorum q. 10. num. 97. Atqui crimen hoc de hæreſi facit om-

nino ſuſpicionem, vt Pontificis in commiſſionis proœmio denotant verba, ibi: *Nos in animum ducere nequeuntes, quod quidem Fide Catholica rectè ſentiunt, Sacramentis ab Eccleſia Dei inſtitutis abutantur*, &c. iuncto c. ad abolendam, in principio, de hæreticis. Iunctis deinde quę traduntur per Pen. ad Directorium 2. part. Comment. 81. verſ. ille quoq; Sicq; habẽt omnes in hanc rem ſcribentes. Emmanuel Rod. tom. 2. regul. quæſt. 27. art. 1. in fine, & art. 2. poſt medium; nouiſſimè Farin. in praxi crimin. par. 4. de delictis carnis q. 173. nu. 28. poſt Salzed. in pract. cap. 82. verſ. deponatur. Ergo Inquiſitores neceſſariò procedent iuxta formam obſeruatam ſibi in officio ſuo, neq; Epiſcopo fas erit ſe immiſcere, & interponere rebus ad ſacrę Inquiſitionis officium attinentibus, cui ipſi Epiſcopo nefas ſit per ſe ſolum immiſtio & interpoſitio.

8 Facit deinde, iubere prędictam conſtitutionem, facultatis conceſſæ Inquiſitoribus formam in hęreticos, vel de hęreſi ſuſpectos, religiosè ſeruari, vt patet ibi: *Iuxta facultatem contra hæreticos à Sede Apoſtolica conceſſam* &c. At verò talis facultas non patitur Epiſcoporum in taliter ſuſpectos ſeparatum iudicium, ſeparatum ſupplicium. Ergo neq; in prędicti criminis reos: aliter commiſſionis illa verba non obſeruari vides.

9 Facit tertiò, fidem ſic delinquentium, quæ labi videtur, excutiendam eſſe & explorandam, vt habet prędicta conſtitutio, ibi: *Ac ſuper Fide Catholica & quicquid de ea ſentiant diligenter inquiras* &c. Hoc autem, pręterquam Inquiſitores, faciet nemo. Ergo omnino neque faciet Epiſcopus ipſis inconſultis.

10 Facit pręterea Clementis VIII. Decretum ex ſacrę Inquiſitionis Senatus deliberatione: refert Param. d. quęſt. 10. nu. 168. fol. 881. quo edictum eſt, vt ita in huiuſmodi peccata procedatur, ſicut in alia, quorum cognitio ſancti Officij eſt, *Etiam & priuatiuè quoad regularium ſuperiores*. e Quo ex Decreto deducitur, in hoc tali crimine Inquiſitorum iurisdictionem ad omnes alios ordinarios iudices priuatiuam eſſe. Neque dicendum, de ſolis regularium Prælatis Decretum agere,

agere, neque ad alios extendi poſſe; littera manifeſtè implicat, & Decreti mens, quia verba: *Priuatiuè etiam quoad ſuperiores regularium*, vtrumque inuoluunt, [f] quæ dum exprimunt intricatiorem caſum, extricatiorẽ ſupprimunt. Aequiùs enim dubitaretur de regulariũ Prçlatis, queis non è communi iure, ſed ſpeciali indulto, firmato mille clauſulis ſua eſt iuriſdictio, ac ob id de illo obſcurior prçſumitur notitia: ſua verò eſt Ordinarijs è communi iure, Pontifici notior, vnde faciliùs prçſumimus derogationem. Non tanta deinde fit Ordinarijs iniuria, tantum prçiudicium, quando de hoc crimine cognoſcendi per ſe ſolos facultate exuantur, alioqui Inquiſitoribus immiſti, cum ipſis iudicaturi, quibus non fruuntur regularium Prçlati: vnde ſeuerius cum illis agetur, ſi priuatiuè quoad illos cẽſeatur iuriſdictio. Quocirca aduerbio illo, *etiam*, inſerto, quod habet prçdictum Decretum, dum Pontifex regulares Prçlatos ſua iuriſdictione priuatos expreſsè vult, quod ipſis plus nocet, tacitè inſeruit; idem dicendum in Ordinarijs, cum quibus mitior erat ſermo.

11 Comprobata igitur veriſſima hac concluſione, circa quã nullum moueri debet dubium, reliquum eſt, vt ijs reſpondeamus argumentis, per quç aliqui nituntur in contrarium, quorũ ſolutio & firmiorem reſolutionem, & illuſtriorem reddet materiam.

12 Diluimus autem primũ argumentum, ſi aduertamus, Doctorum omnia dicta ibi relata, in dubio procedere, dum legiſlator aliter non declarauit; quo declarante, & iuriſdictioni ordinariæ derogatur, & quæ denuò tribuitur, etſi facta in fauorem publicum, priuatiua cẽſetur. Ita admittunt ibi citati omnes. At verò in prçſenti Pontifex per commiſſionem ſuam luce clarius exprimit, ſeparatam ab Inquiſitoribus Epiſcoporum iuriſdictionem nequaquam poſſe procedere; atque exprimit verbis i l in effectu denotantibus, vt ſupra argumentando pro hac parte oſtendimus. Ex quibus eſt, vt iuriſdictio priuatiua cenſeatur, iuxtà tradita per Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 40. nu. 8.

13 Secundum autem vt diluamus, altius, & à capite ex-

haurire oportet. An, & cur crimen hoc de hęreſi inducat ſuſpicionem. Occurrit in primis illud inter Doctores noſtros diffuſius, & ſatis controuerſum, quibus nam circunſtantijs effectum ſit, vt crimen in formalitate ſua ab hęreſi diuerſum, inferat alioqui hęreſis ſuſpicionem. Qui varias tradunt regulas, quę id indicent, vt conſtat ex traditis per Param. vbi ſupra quęſt.10. à nu.71. Meum verò eſt iudicium, nullam certam ex re hac oriri poſſe. Cum enim ſuſpicio nihil aliud ſit, quàm mali ex indicijs prouenıens opinio, vt ait D. Thom. 2.2. quęſt.60. art.3. vel potiùs Barto. qui magis ad rem, in l. admonendi nu. 21. ff. de iureiurando, cui aſſentit Menoch. de pręſump. lib.1. q.7. nu.44. per quam iudicis animus argumenti colore in hoc, vel illud propendet; ſit conſequenter, quid facti ſuſpicionem eſſe, quā non pręſcribas certa regula, certis ſignis. Quę enim hodie poſita in tali homine, in tali loco, te mouent iudicem in hanc, vel illam partem; eadem in homine alio, in loco alio cras demouent. Nullum igitur tradetur documentum, per quod de hęreſi ſuſpicionem imbibat iudex, dependente à facto re tota: cùm maximè vſu veniat, talem ſuſpicionem ex varijs circunſtantijs occurrentibus aliquando grauiſſimum crimen non gignere, gignente leuiore alio. Crimen deinde, quod tempus, locus, perſona, ab omni tali ſuſpicione liberum reddunt; eadem mutata in contrarium, aliter reddent. Sentit doctè Simanc. de Catho. tit.50 à num.23. vſque ad finem.

14 Cùm ergo, quò ducatur iudex, nihil certi ſit, totum arbitrio ſuo relinquitur, iuxta regul. l.1. ff. de iure deliberandi, iuxta quæ, illud crimen de hęreſi ingerit ſuſpicionem, per quod vel lege, vel conſuetudine, vel legitimi iudicis arbitrio dictantibus, peccans homo ſuſpectus in Fide redditur. *Lege*, *conſuetudine*, *legitimi iudicis*, dixi prudens, quia legiſlatoris lex ea cuncta, quę in arbitrio ſunt iudicis, declarare poterit; cùm par ſit & iudicandi, & leges ferendi poteſtas, vt notatur in l. Imperium, ff. de iuriſdict. omn. iudic. & in cap. Eccleſiæ ſanctę Marię, de conſtit.

Quia deinde cōſuetudinem legis virtutem habere, tradit

Iuriſ-

Iuriſconſultus l. de quibus, ff. de legibus; eſſeque veriſſimum interpretem l. ſed ea ff. illo tit. Vtque tandem intelligas iudicem futurum, cui de materia Fidei cognoſcenda incumbit iuridicum onus. Hic in re hac iudex legitimus eſt, & proprius.

15 Ex quibus conſequimur euidenter, crimen de quo agitur, de hęreſi inducere ſuſpicionem. Quod inferas ex Summi Põtificis Romani Decreto, qui in rebus Fidei ſupremus arbiter, ſupremus iudex ſic arbitratus eſt, iudicauit, rectè voluit per hanc ſuam cõſtitutionem. Inferas deinde ex Inquiſitionũ diuerſis in orbis partibus agentium ſtylo & conſuetudine hoc idem obtinente. Habes in hãc rem auctores ſimpliciter aſſerentes, ex hoc tali crimine talem exoriri ſuſpicionem. Vide Pen. dict. 2. part. com. 81. Salzed. in pract. cap. 82. verb. deponantur, qui ait, *Cùm malè de ſanctiſſimo Sacramento Pœnitentiæ ſentire videantur*. Emmanuel Rod. & Farinac. ſupra citatis locis. g

16 Cauſa autem, quę in hanc impellit ſuſpicionem, ex varijs quę conſiderat Paramus de ſumi poteſt. Vltra quem hę mihi conſiderationes. Sacramẽnto nempè duplicem maculam inuri poſſe; vel enim circa accidentia, vel circa ſubſtantiam maculamus. Macula erit in accidentibus, quando vel miniſtretur, vel ſumatur indecẽter, vel aliquid in illius effectum, ſeu finem admittatur. Erit in ſubſtantia, tollendo doloſe aliquid de illius ſubſtantialibus. Vt ſi Baptiſmus celebretur citra Eccleſię formam. Sunt in alijs alia exempla. Sed in priori caſu licèt grauiter & miſerè miſer quis peccet, ſanctiſſimum Sacramentum, cui procumbũt Angeli reuerentes, h cœleſtia contremiſcunt & infera, irreuerenter tractans, effectui obſiſtens, finem defraudans; non erit tamen efficax cauſa, vt ſuſpiceris hunc talem de diuiniſſimo Sacramento malè ſentire, cui nihil detrahit ſubſtantiale, miniſtrando forma debita, & materia. Licètque effectum impediat, ſeu finem, non tamen expediet, vt perſuadearis, hunc ipſum fidem non adhibere integram Sacramenti fini, & effectui. Vt etiam qui mortaliter peccat ex prauo voluntatis affectu, creaturam affectu, creaturam affectat pro fine, nõ

tamen ob id opinandum erit, hunc talem ſpeculatiuè credere, *Deum* non eſſe verum finē, vt docent Theologi ad 1. 2. quæſt. 1. vbi Medina art. 5. in explicatione articuli. At verò in maculantes Sacramentum in ſubſtantia, grauis inclamat coniectura, veluti non credentes veriſſimam veriſſimi Sacramenti doctrinam. Qui enim certi erimus, illum rectè de Sacramento ſentire, qui miniſtrando, ſubſtantialem formam cōfringit, labefactat?

17 Infertur ex quo, meritò ſuſpectos haberi de Fide, qui in ſacra Confeſſione in turpes actus fœminas ſolicitant. Conſiſtente enim Sacramenti ſubſtantia in dolore peccati & deteſtatione obfirmata, ſubſtantiam tollit omnino à Sacramēto, qui dum miniſtrat, peccatū ſuadet. Neque inferas ex hac ratione, idem eſſe dicendum, cùm confeſſarius dicentem peccata quemlibet ad quodlibet aliud prouocare nitatur: quia Pontificis conſtitutio in libidinis ſolicitatores impudicitiam fęmineam iaculantes tantùm inuehitur. Satis enim ſit, vel cùm ex omni ſolicitatione prædictam oriri ſuſpicionē dignoſcimus, vt indicat Pen. ſupra citato loco: Pontificemque ex eo in conſtitutione conſultò poſuiſſe ad libidinoſos ſolos actus, iuxtà infrà dicenda. Vel cum dicimus, non eſſe fortè per ſe efficacem hanc noſtram rationem, niſi Pontificis Decreto munitam, qui iuſtiſſimo iudicio ſuo dictam imbibit ſuſpicionē, ex regula ſupra poſita. Ergo habentes nos in talem hanc obſcęnorum actuum ſolicitationē Pontificis arbitrium, quod fortaſſe deerit in aliorum criminū illectionem, meritiſſimo ex illa neq; ex altera opinabimur hęreſis ſuſpicionem. Atque hæc diſſoluunt argumentum hoc ſecundum.

18 Diſſoluitur facilè tertiū, ſi dicamus, id introductum conſuetudine, quæ iuriſdictionem illam Ordinarijs cumulatiuam cum Inquiſitoribus potuit tribuere; ſi fortè verum eſt, de criminibus per ſpecialem commiſſionem Inquiſitoribus reſeruatis, de illiſquè ſuſpicionem de hæreſi indicantibus Epiſcopos in cognitionem veniſſe; quod ego non probabile cenſeo, ex ijs quæ tradunt [i] Couar. 4. Decret. par. 2. cap. 7. §. 3. nu. 6. Simanc. de Catholicis, tit. 4. nu. 2

Pen.

Pen.ad Directorium 2.par.cõmen.81.verſ.de eo, qui viuente.Quà de re plura alio loco.

19 Quod ego admitterem faciliùs circa nefandum peccatum, quia facta de illo Inquiſitoribus commiſſio non ideò facta eſt, quòd tale peccatum de hæreſi faciat ſuſpicionem, nec hæreſim ſic peccantes abiurãt; vt patet ex Apoſtolico reſcripto, cui innititur commiſſio. Cumque non ex vi ordinarij officij ſui, *ſed ex commiſſionis cognoſcant Inquiſitores*; hæc talis commiſſio in dubio cumulatiua iudicatur in criminis odiũ. At verò in noſtro hoc caſu Inquiſitorum cognitio ab officio ſuo eſt, ſic edicente Pontificis ſpeciali conſtitutione. Quòd eleganter confirmatum habet Clem.VIII.Decretum, à Paramo relatum in fine 10. quæſtionis,ibi: *Sicut in alijs ad ſanctæ Inquiſitionis officium pertinentibus*, ponderando vocem, *alijs*,quæ ſimilia repetit,& eiuſdem naturæ, oſtenditque, eſſe inter ea hunc caſum, quæ ad Inquiſitores pertinent, iuxta legem,ſi fugitiui,C.de ſeru.fugitiu.vbi gloſſ.verb. alia, communiter recepta ex Couar. Pract.cap.25.num.3. Menoch. recuperandæ remedio 9. num. 256. Tiraq. de con[illegible]it. part.1. nu.63,notatur in cap. ſedes de reſcriptis.Tandem facit Fr.Emmanuel de regul.qui optime 1.tom.quæſt.30. art.14. colu. vlt. Atq; ita commiſſionis reſcriptum ordinariæ iuriſdictionis excitatiuum haberi. Quæ verba de peccato nefando in reſcripto,quod vidi, non reperi ſub eadem forma. Propterea nihil mirum, ſi ex hoc ad illud non valeat argumentum.

20 Quartum, & vltimum duplicem propinat quæſtionẽ: an potuiſſent Inquiſitores ex vi ordinariæ ſuæ iuriſdictionis animaduertere in tale crimen abſque commiſſione, an etiam nunc poſſint in peccantes, qui peccarunt ante factam commiſſionem, libere procedere. Ad primam dico ſic:verum eſſe,tale hoc crimen de hæreſi inijcere ſuſpicionem; atque ob id Inquiſitores ex vi ſuę iuriſdictionis in ſuſpectos de hæreſi inquirere potuiſſe. m Ex cap. accuſatus de hęreticis, lib.6. & ex ijs ſupradictis. Ex quo tamẽ malè inferas, fruſtrà dari prędictam conſtitutionem,tùm quia de hęreſi ſuſpicio non adeò nota erat,vt talis haberetur, non

arbitrante Romano Pontifice, nec decidente;nec in Luſitaniç hoc Regnum id conſuetudo, in alia fortaſſe introductum,intro duxerat;tùm vel maximè, quia talis ſuſpicio, vt fatemur, leuis eſt. Atque dubium moueri poterat, an in leuiter tantùm ſuſpectos ire potuiſſent Inquiſitores. Vt conſtat ex traditis per Simanc.dict. titu. 50.num.29. Vtque tolleretur dubium, immiſſa eſt conſtitutio, per quam in quoslibet dicti criminis reos Inquiſitoribus liceret cognitio, nõ obſtante prędicta ſuſpicionis leuitate, quç inanis ob id non reputari debet. Argumenti pars poſtera digniſſima eſt, quam tractet integra quçſtio.

21 Oboriuntur autem nũc, imò aboriuntur Doctorum aliquot ſententiæ, noſtræ diſſentientçs,qui id aſſerunt non reddi de hæreſi ſuſpectos,qui ſolicitant in confeſsione, licètque habeantur ſuſpecti, non propterea eximi poſſe ab Epiſcoporum cognitione, per ſe ſolos co gnoſcentium,cum ipſis Epiſcopis hoc liceat per ius,nulla con trariante conſuetudine,quç facit ad reliquos hçreſis caſus: de hac enim nuſquam, & nunquã in hoc Regno facta eſt mentio.

Sed quàm ęquè pugnent, & impugnent, indicat ſummus Pontifex illis verbis: *Nos in animum inducere nequeuntes*, &c. Ex quibus apertè videas, ſic ſolicitantes hçreſis incurrere ſuſpicionem. Aſſentiuntur viri docti omnes, agentes de tali hoc caſu,quos teſtor nu.7. At nobis ſtat Praxis totius Hiſpaniç,totius Italiç. Quod etiã colligitur ex Iacobo de Graphijs conſ.1.de cogna.ſpiritua-li, qui affirmat poſſe Inquiſitores procedere contra confeſſores ſolicitantes in confeſsione; nullamque de noſtro Breui facit mentionem, quaſi de iure communi Inquiſitoribus hçc competat poteſtas.

22 Quo facto, per ſe ſolos de hoc crimine minimè valent cognoſcere Epiſcopi: tum quia qui mos [n] vetuit Epiſcopis cognitionem per ſe ſolos de hçreſis crimine,non hoc,vel illud vetuit, ſed hçretica omnia, vel hçreſim olentia: tum quia ipſis nefas [o] eſt iuxtà Apoſtolicas litteras in his Portugalliç Regnis, hçreticorum criminum, vel hçreſi accedentium cognitio.Lubuit in hanc rem ex ſcribere Pij IV. Breue integrum ad Sereniſs. Infantem Cardinalẽ

Hen-

Henricum, tunc generalem Inquiſitorem :.quod nunc cum eadem extentione prorogatione Sanctiſsimus Clemens VIII. Illuſtriſsimo D. Petro Caſtillo Generali Inquiſitori conceſsit, ſub annulo Piſcatoris, Anno Domini 1604. die 23. Auguſt. Conceſſerunt prętereà omnes Summi Pontifices omnibus generalibus Inquiſitoribus ab Hẽrico vſq; adhuc. Patet ex Bullis. En habes Breue.

Dilecto filio Henrico tituli Sanctorum quatuor Coronatorum, Presbytero Cardinali Infanti Portugalliæ nuncupato.

PIVS PAPA IIII.

23 DILECTE fili noſter, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum audiamus quoſdam locorum Ordinarios iſtarum partium, gratia odio, vel timore cauſas hęreſis inconſultò, ac pręcipitanter expedire, ſeu in longiſsimũ tempus protrahere. Nos huic malo, quo nullum aliud in religione periculoſius conſpicitur, ea, qua poſſumus prouidentia occurrere volentes, tibi, cuius prudentię officium Inquiſitionis huius prauitatis primo, & deinde legationis munus in iſtis Regnis, cęteriſq; Prouincijs & locis Sereniſsimo Regi Portugallię ſubiectis quoad cauſas fidei demandata ſunt, quaſcunque cauſas hęreſis, & illius prauitatem huiuſmodi ſapientes coram ordinarijs Regnorum, Prouinciarum, & locorum pręfatorum, nunc & in futurum in quibuſcunque ſtatu, ac terminis pendentes, quandocunque tibi expediens viſum fuerit, ab ipſis Ordinarijs ad te aduocandi, ac illis eorumque iudicibus, & perſonis, ne in eis vlterius procedant, ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis inhibendi, eaſque cauſas cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergẽtibus, annexis, & connexis iuxtà facultates tibi traditas per te, vel alium, ſeu alios audiendi, & fine debito terminandi, cęteraq; in pręmiſsis, & circa ea neceſſaria, & opportuna faciendi, & exequendi plenam, & liberam autoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, contrarijs quibuſcunque

cunque aut ſi ordinarijs, iudicibus, & perſonis prçfatis, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas nō facientes plenam, & exprçſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Romç apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 14. Aprilis 1561. Pōtificatûs noſtri, anno ſecundo.

Breue eſt in Collectorio Apoſtolicarum litterarum, titu. 3. fol. 53.

24 *Cumulatiuam*. [a] De materia Farin. de hçreſibus, q. 186 à num. 56.

25 *Facit*, [b] Quando iuriſdictio cenſeatur conceſſa priuatiuè, vel accumulatiue. Couar. in cap. alma mater 1. par. §. 12. num. 3. Barboſ. in l. 1. art. 4. à num. 73. 123. 134. & 143. de iudicijs.

26 *Publicus fauor*. [c] Vltra citatos, adde Decian. tractat. crimin. lib. 4. cap. 10. nu. 23.

27 Ibi, *Sicque habent omnes*. [d] Adde Azeued. l. 7. tit. 2. num. 90. lib. 8. Recopilat. Iacob. à Graffis cōſ. 1. nu. 29. de cognat. ſpiritual. Petr. Ledeſma in ſūma part. 1. de pœnitent. cap. 19. conclu. 6. verſ. En eſta dificultad. Sanchez de matrim. lib. 7. diſput. 55. nu. 1. Aloyſius Riccius in praxi fori Eccleſiaſtici deciſ. 369. nu. 1. Quarant, verbo, Confeſſor, verſ. ſciendum, Baptiſta Corrad. in reſponſionibus caſuum conſcientiç, caſu 151. verſ. dicitur fol. 298. & relati q. 5. nu. 18.

28 *Priuatiue quoad regularium ſuperiores*. [e] Hoc regulare eſt, vt crimina religioſorum ad Inquiſitionis tribunal attinentia puniantur, non per ipſorum Prçlatos, ſed per Inquiſitores in ſimul cum Epiſcopo diſtricti, ad quem pertinet religioſus Molin. de iuſti. tract. 5. diſput. 7. nu. 5. antequam tamē Inquiſitores ad regularium, & inſignium perſonarum capturam procedant, conſulere tenētur, ex Caſtellç ſtatuto generalem Inquiſitorem. Simanc. de Catholicis tit. 34. nu. 32. Molin. dict. nu. 5. declarantes id nō procedere, ſi in mora periculū vertatur.

29 *Vtrumque inuoluunt*. [f] Particula etiam caſum minus dubitabilem implicat Menoch. conſ. 753. nu. 17. volum. 8.

30 *Supracitatis*. [g] nu. 7. vbi additio.

31 *Pro-*

31 *Procumbunt Angeli reuerentes.* h Quod abſque dubio firmāt D.Gregor.lib.4. dialog. cap.58. refertur à Gratiano in cap.quid ſit ſanguis 73.de conſecrat. diſt.2. *Quis fidelium habere dubium poſſit in ipſa immolationis hora, ad Sacerdotis vocem cœlos aperiri, in illo Ieſu Chriſti myſterio Angelorum choros adeſſe, ſumma, & ima ſociari, terrena cœleſtibus iungi, vnũque ex inuiſibilibus, atque viſibilibus fieri.* D.Chryſoſtomo lib. 6.de Sacerdotio, Magiſter in 4. diſtin. 13. Innocent. de ſacro Altaris myſterio lib.2.cap.24. & lib.5.cap.6.relati per Caniſ. de Euchariſtia, art.6.ad fin. Bellarmin. de Euchariſtia lib. 2. cap.34.§.5. Henrique lib.8. de Euchariſtia cap.11.§.4.litera Q.& cap.32.§.2.litera R.& lib. 9.de Miſſa cap.34. §.2. Valenzuela contra Venetos 4. parte nu.60.Non ſolùm autem adorant, ſed & oratione ſupplicant erga Sacramentum. Bellarmin. dict.§.5. Henriquez dict.cap.32 §.2.litera F.poſt alios: ideoque ſacrificans per illa verba, *Iube hæc perferri, &c.* petit, vt oblatio per Angelum ad cœlum deferatur, hoc eſt, vt Angeli circunſtantes ſua prece noſtrum obſequium Deo commendent D.Thom.3.part.q.83.art.4.ad 9.Bellarmin. lib.2. de Miſſa, cap.24.verſ.1.& inde in finē ſacrificij Sacerdos, vel Diaconus licentiat populum dicens, *Ite Miſſa eſt*, ſcilicet, hoſtia ad Deū per Angelum, vt ſit Deo accepta.D.Thom.dict.loco.

32 *Ex his quæ tradunt.* l Adde Rebuf. in concordata tit.de publicis concubinarijs §. & cum omne gloſ. & cum omne, in princip. Henriquez lib.11 cap.2.§.3.& lib.12.de matrim. cap.6.§.4.qui ſecure affirmant contra illum, qui duas habet vxores, poſſe de hæreſi inquiri: Vude deducitur cognitionem Epiſcopis eo in caſu eſſe inhibitam, iuxta reſoluta per authorem ſupra à num.7. tametſi in binubio inter Inquiſitores, Epiſcopum, & iudicem ſæcularem præuentioni eſſe locum, cùm ſit mixti fori, teſtentur Albert. de agnoſcendis, q.23.num.76. Couarru.in 4.part.2. cap.7.§. 3.nu.6.Salzedo in pract. c.80. verbo, deponi, verſ. nec illud, cum ſequentibus. Decian.tract. crimin.tom.1.lib.5.cap.23.nu. 1.Petr.Cabal. eodem tract. tomo 1.caſu 98.num.31.Si tamē Inquiſitores hos delinquentes

tan-

tanquam ſuſpectos de hæreſi petant, ad ſuum tribunal cauſam præuentam delinquentiũque perſonas auocabunt, ex citatis, & Menoch. de arbitr. caſu 420. nu. 214. Farin. 1. tom. q. 8. nu. 126. & 4. tom. q. 140. nu. 24 quos ſic intellige, quia eo caſu intrat Inquiſitorum iuriſdictio. Cabal. d. nu. 31. Farin. de hęreſibus q. 178. nu. 72. ad fin. Forſitan de hoc caſu, & ſimili alio mixti fori agit Azeued. l. 7. tit. 20. lib. 8. num. 82. Recopilat. dum refert Epiſcopum Placentinum habere ius incarcerandi laicos hęreticos, idque obtinuiſſe in contraditorio iudicio in regiæ iuriſdictionis præiudiciũ, quod præiudicium in eo mihi conſiſtere videtur, vt in cauſa binubij, inceſtus, & ſimilium, quæ vel ſuſpicionem hæreſis præſeferunt, vel illius appellatione, licèt late comprehendantur, ceſſet præuẽtio; priuatiueq; ad Epiſcopum pertineat cognitio.

Reſoluunt autem Albertin. & alij ſupracitati, cum Simanc. de Catholicis tit. 40. nu. 3. & 4. & in praxi hæreſeos cap. 12. à num. 4. in binubio, non poſſe Inquiſitores ſeſe ingerere, niſi quando duas vel plures habens vxores, fuerit alias ſuſpectus de hæreſi, vel palam contrahat, aliudue ſimile concurrat; ex quo præter binubium hæreſis ſuſpicio oriatur. Mouentur primò, quia actus fornicationis, vſuræ, & furti ſunt omni iure illiciti, hęreticique ſunt, qui eos licitos crediderint, clemen. 1. §. vltim. de vſur. clement. ad noſtram, de hęret. illos tamẽ exercens, nec eſt ſuſpectus de hęreſi, nec fidei cenſoribus puniendus ſubeſt cap. accuſatus §. de quęſtionibus, de hęret. in 6. nullaque inter vtroſque differentiæ ratio conſtitui poteſt. Secundò, quia ſi Inquiſitores de binubio indiſtinctè cognoſcere poſſunt, poterunt & de omni alio peccato contra ius naturale commiſſo, quòd nullus admittit. Tertio, quia fidei cenſores non poſſunt cognoſcere, niſi de hęreſi formali, aut de his, quę manifeſtè ſapiunt hęreſim cap. accuſatus §. ſane, de hęret. in 6. qui verò duas habet vxores, potiùs libidinis cauſa, & diuitiarum, quàm errore ductus crimen illud committit, vt innuit lex Athalarici Gothorũ Regis, quàm referunt Caſſiodor. lib. 9. variarum, & Simanc. de Catholicis tit. 40. num. 1.

vnde

vnde in illum ſuſpicio manifeſta non cadit, niſi palam, & publicè ſecundam ſuper inducat, ſeu religioſus, ſacris initiatus, à Mahumetis deſcendens, vel ſimilis proponatur.

Pręuia tamen ſub proteſtatione, contra omnes, contrariũ mihi verius videtur; vt ſcilicet Inquiſitores poſſint indiſtinctè procedere contra duas vel plures habentem vxores, tanquam contra ſuſpectum, de hęreſi, licet palam vel occulte contrahat, licetque aliàs de hęreſi nõ ſit ſuſpectus aliudue cõcurrat, niſi ſecundę nuptię bona Fide fuerint contractę, vt bene excipiunt Simanc. dict. nu. 3. Enriquez, lib. 12. de matrimon. c. 6. §. 4. Ad noſtram opinionem fundandam ſuppono male ſentire de matrimonio, & reliquis Sacramentis, & aliter quam Sãcta Romana Eccleſia prędicat, & obſeruat, eſſe hęreticum cap. ad abolendam, de hęret. Trid. ſeſſ. 24. de matri. Can. 2. Caſtr. cõtra hęreſes, verb. matrimon. hęreſi. 5. praxis Inquiſitorum, verbo, vxor. Gryſaldus eodem verb. nu. 2. & an. 6. an autem naturali, vel poſitiua lege Diuina ſit prohibitum binubium, videndi ſunt poſt alios Bellarmin. lib. 1. de matrimon. c. 11. Henriquez lib. 11. cap. 2. §. 3. & lib. 12. cap. 6. à princip. Sãchez de matrimo. lib. 7. diſput. 80. Pręterea qui à communi fidelium conuerſatione, vita & moribus diſſidunt de hęreſi ſuſpecti ſunt, & contra eos tanquam contra ſuſpectos inquiri etiam nulla pręcedente infamia poteſt cap. excommunicamus §. adijcimus de hęretic. vbi Cardin. col. 2. & Anan. ad fin. Farinac. 1. tom. q. 9. num. 14. Duas vero habens vxores ipſo facto, vita, & moribus à reliquorum fidelium conſortio, & vſu diſſidet, contraque Eccleſiæ dogma explicite agit, Mahumeto, Anabaptiſtis, & luthero vxorũ pluralitatem impie defendentibus conſentiens, vt per Sanchez ſupra nu. 2. in eos ergo ſic contrahentes, ſeu potius delinquẽtes tanquam contra ſuſpectos de hæreſi cognitionem Fidei cenſores habent, & in dubio ad ipſos cognitio pertinet, vtrum ſibi iuriſdictio, & animaduerſio eo in caſu competat ex dicendis infra q. 5. à num. 38. Imò & in diſtinctè hæreſis præsũptionem contra ſimilem ad eſſe tenet nouiſſime Farinac. de hæreſibus quæſt. 138. nu. 70. poſt

Vmber.

Vmber.& Campeg.Nec obſtāt ex aduerſo adducta, refellitur primum ſi aduertas in caſu, de quo noſtra eſt quæſtio, non ſolùm ius naturale, aut diuinum, ſed & Sacramentum preſſe ſūptum violari, ideoque non caret hæreſis ſuſpicione propter Sacramenti abuſum. Farinac.de hæreſibus q. 178. nu. 72. Quæ Sacramenti circūſtantia in exēplis fornicationis, furti, & ſimilium non militat, neque Inquiſitores de bigamia, ſeu polygamia cognoſcunt, quia per illud ius naturale, aut diuinum poſitiuum per ſe offēditur, ſed quia Sacramenti vnioni, & inſtitutioni ex iure naturali, aut diuino prouenienti repugnat; quo etiam pacto ſecundum ſoluitur argumentum. Neque tertiū obſtat, quod doctiſſimos tranſuerſos traduxit viros, ad cuius refutationem aduerto diſtinctionem illam inter publicum, & ſecretum matrimonium vix in praxi hodierna mihi probari. Nam cum omne matrimonium, vt tale ſit, publice, & in facie Eccleſiæ celebrari debeat, ex Trident.ſeſſ.24.cap.1.de reformat. matri. vix hodie inter Catholicos, vbi Tridentinum fuerit receptum, differentia ve- rificari poterit. Quod ſi in diuerſis locis, regnis, aut prouincijs habitent vxores, parum quoque ad rem attinet, ſemper enim homo nequam tenebras quærit: ſed eſto quod publicitas, vel clandeſtinitas augeat, vel minuat ſuſpicionem, vtroq; caſu Fidei cenſoribus competet cognitio. Qui tam in vehementer ſuſpectos, quam in leuiter animaduerſionem habēt cap. cum contumacia cap. accuſatus, in princip.de hæret. in 6. & in dubio cognoſcere poſſunt, vt bene reſoluit Illuſtriſſimus auctor infra q.5. nu.13. vbi videbis. Neque obſtat dict. §.ſane quo doctiores decipiuntur, tum quia diſtinguendum eſt inter actum, qui per ſe ſuſpicionem hæreſis importat, & inter eum, qui hæreſim ſapit, cum differant, vt explicabis infra q.5.à num.32. Tùm etiam, quia ſi aliquo binubij caſu Fidei cenſoribus animaduerſio competit, in dubio ad ipſos cognitio competet, vtrum ſua ſit iuriſdictio, ex reg. l. ſi quis ex aliena ff. de iudicijs, explicabis q.5.àn.38.

33 *Sed ex commiſſionis*. 1 Quæri poteſt, vtrum Domini Inquiſitores ex huius commiſ-

ſionis

ſionis vi conuictum, vel confeſſum de nefando crimine relaxare debeant? & ſub eorum cenſura non debere probatur primò, quia de iure communi non relaxantur huiuſmodi delinquentes cap. clerici 4. de exceſſibus prælator. commiſſio autē Pontificia ad ius commune redigenda eſt, c. cauſam 18. de reſcript. iunctis traditis per Molin. lib. 2. cap. 1. n. 13. Menoch. lib. 2. præſumpt. 9. à princip.

34 Secundò relaxatio, ſeu curiæ ſæculari traditio vltimū ſuplicium importat vltimatè, ex traditis per tex. ibi in capit. nouimus 27. de verbor. capit. Inquiſitionis, de hæretic. cum alijs notat Suar. de cēſuris diſp. 30. ſect. 1. nu. 22. & ſect. 2. num. 10. & in hoc caſu, cum ſit ignis, eſt omnium maximum l. capitalium 29. in princip. de pœnis, notat Farinac. in praxi criminali tom. 1. q. 19. nu. 21.

35 Sed iudex inferior in caſu ſibi commiſſo pœnam vltimi ſupplicii imponere nequit, iuxta. gloſ. verb. alioquin in cap. Inquiſitionis, in princip. de accuſat. quam ſequuntur poſt alios Menoch. de arbitr. q. 86. nu. 1. Clar. in pract. §. vlt. q. 83. nu. 11. Padil. nu. 27. in l. tranſigere. C. de tranſactio. Salzed. in pract. c. 146. Caſtr. de lege Pœnali cap. 6. ad fin. & alij relati per Farinac. 1. tom. q. 17. nu. 34. verſ. & licet, quam magis communem veram & æquiorē fatentur, Salzedo & alij relati per Farinac. vbi proxime, contra aliam deductam ex gloſ. verb. extraordinaria, in §. in ſumma, inſt. de iniurijs, quam plures ſequuntur à prædictis præcipue à Farinac. dict. nu. 34. relati. Quam tamen licet alij communem dicant, communiter tamen reprobari teſtantur Afflict. deciſ. 276. nu. 6. Marſilius in pract. §. oportune, nu. 40. & in praxi priorem eſſe ſeruandam tuetur Carauita ritu 41. Magnæ Curię num. 15. ad fin. Mench. communem dicit vſu frequent. (& non illuſtr. vt per incuriam à Farin. refertur) c. 39 num. 26. citant vltra alia illud Ariſt. 1. Rethoricar. cap. 1. *Iudicibus inferioribus non grauia, & maxima committi debere.* Exornant Soto. lib. 1. de iuſtit. q. 5. art. 1. Mench. illuſtr. cap. 1. nu. 12. eo maxime, quod apud Eccleſiaſticos plus ponderis habere debet canonica, quam Accurſiana gloſſa.

36 Sed eſto quod Accurtij opinio

opinio verior, communior & in praxi recepta foret contra ſupradicta. Apud Eccleſiaſticos tamen, loco illius pœnæ, ſcilicet, mortis non eſſet relaxatio imponenda, ex qua mors ſequitur, ſed depoſitio, perpetui carceris pœna, vel alia ſimilis Eccleſiaſtica, ita Bernar. in pract. cap. 146. nu. 4. à nemine, quem viderim quo ad hoc expenſus, qui dum Accurtium ſequitur concludit. *Pari modo Eccleſiæ cenſores poterunt præmiſsis conſideratis ad depoſitionis, & carceris perpetui pœnam procedere ex arbitrio*, & hæc fuit ſententia. Innocentij in cap. quia diuerſitatem per tex. ibi, de conceſ. pręb. recepti, ex Felin. cap. 1. num. 14. verſ. item poteſt, de offic. delegati, agentis generaliter de quocunque iudice Eccleſiaſtico. Aduerte autem Bernardum praxim illam in principio, Fidei etiam cenſoribus ad decidendas cauſas obtuliſſe.

37 Tertiò probatur ab ſpeciali ex conſtitutione Pij Quinti edita anno Domini, 1568. tertio Kalend. Septembris incipit, *horrendum illud*, de quo vltra alios Cenedo, & ab eo relati ad decretales collectan. 130. nu. 5. & Bobadil. lib. 2. cap. 18. num. 59. In qua tria conſiderari oportet. Primum, eam conſtitutionem à Pontifice aliàs in puniendis criminibus ſeuero extortam fuiſſe. Bis enim Epiſcopus ſeptimacenſis repulſam paſſus eſt, donec tertio quaſi per importunitatem Pontifex flecteretur, nec ab vllo prędeceſſorum impetrari potuit. Ita ipſi Simanc. in propugnaculo de primogenijs cap. 33. Salze. in pract. cap. 80. verb. Curię tra deretur Farin. 4. tom. q. 148. nu. 28. Secundum, locum tantũ habet contra clericos, vt ex illa conſtat, citatique Doctores, & ab illis relati obſeruant. Vltimum, vt conſtitutioni ſit locus contra clericos crimen illud exercentes: ita vt frequentia ſit neceſſaria, ex dict. cõſtit. verbo, *exercentes*, prout bene defendit Nauar. in manua, cap. 27. num. 249. dicens ita reſpon diſſe Greg. XIII. & eius datarium. Eman. 1. tom. de regular. q. 30. art. 19. Henriq. lib. 13. cap. 36. litera N. & lib. 14. cap. 5. §. 1. litera F. Suarez de cenſur. diſput. 31. ſect. 4. num. 21. & plures alij, quos refert & ſequitur Garcia de beneficijs 2. tom. part. 11. c. 10. §. 2. nu. 198.

contra Salzed.in pract.cap.80. Vela, & Azeuedo relatos per Garciam, vbi proximè nu.199. & contra Farinac.4.tom.quęſt. 148.nu.30. & contra P.Aldrete lib.2.de relig.diſciplina tuẽda cap.15. à nu. 27.cuius fundamenta euincunt tantum crimen illud etiam pro prima vice puniendum, non tamen probãt clericum eo caſu relaxandum. Ex quibus duo deducũtur quoad propoſitum, priùs conſtitutionem illam locum non habere in laicis.Nauar.dict.nu.249. Suar.num.20.Graffis, Tolet.& alij, quos congerit Garcia nu. 202. Secundum in clericis requiri frequentiam ex veriori, de qua ſuprà. Ergo extra hunc caſum in toto iure canonico non inuenies relaxationem, igitur per argumentum ab ſpeciali, non debet in reliquis relaxatio practicari, & quod eſt mirandum,adeo ea conſtitutio viris doctiſſimis riguroſa viſa eſt,vt in dubium reuocarint,an iudices præcisè eam obſeruare tenerentur, vt per Suarez nu. 22.ſuprà.

38 Quarto oſtenditur hæc pars,quia relaxationi, vt ſit locus neceſſaria eſt incorrigibilitas,vel quod crimen commode per Eccleſiam puniri nequeat, vt aduertit Bernardus Diaz in pract.cap.90.Ego addo,& quãdo emendationis non eſt ſpes; ſed in propoſito nullus ex tribus caſibus conſiderari poteſt: incorrigibilitas enim pendet potiùs à primæua,& præcedente prælati, & iudicis punitione, quam à criminis perpatratione,cap.cum non ab homine, cum ibi notatis, de iudicijs, & colligitur, ex Bernard. cap.96. In ſecundo vero caſu canones ſacri pœnam tam contra clericos,quàm contra laicos ſtatuũt in cap.clerici,de exceſſibus prælat. tradunt Bernard. in pract. cap.86.Farin. 4.tom. q.148. à nu.23. Menoch. caſu 286. qui relaxationem non iniungunt, vnde Eccleſiaſticus iudex eam imponere nequit. Neque enim iudex lege crudelior eſſe debet.

39 Tandem emendationis ſpes non deeſt in hoc caſu, teſte Emanuel Rodrig.1.tom. de regularibus, quæſt.30. art.19. ad fin. atque ita hanc partem tenet Nauar. conſ.1. de iudicijs,vbi ait non ſolùm comprehenſum in hoc crimine non eſſe relaxandum à iudice Eccleſiaſtico, ſed nec proceſſum iu-

dici ſæculari tradendum, idem de Inquiſitoribus agens tenet Albert. de agnoſcendis q. 25. num.28.ad fin. iuncto num.66. vbi teſtatur ſe in facto habuiſſe de quodam accuſato de criminibus hæreſis, & apoſtaſiæ, qui inter confitendum illa crimina dixit ſe commiſiſſe crimẽ ſodomiticum cum quadam muliercula,& dict. num.66. reſoluit non eſſe tradendum curiæ ſæculari, & cum prædictus Albertinus citeriotis Siciliæ Inquiſitor eſſet, Siciliaque ad Aragoniæ principatum expectet, & in eo de prædicto crimine cognoſcant Inquiſitores, magnam noſtræ opinioni authoritatem præſtat. Nec me mouet, quod in caſu Albertini confeſſio fuit incidens. Nam cũ domini Inquiſitores ſint eo caſu iudices, ex ea confeſſione, inſtituta accuſatione per fiſcalem, procedi potuit, & debuit ad pœnam ordinariam, ex tex. in cap.2.de confeſſis.

40 Nec contra ſupradicta obſtabunt verba diplomatis Põtificij,quibus facultas puniendi de nefando conuictos,vel confeſſos pœnis etiam ſæcularibus conceditur Inquiſitori, cui dificultati multipliciter ſatisfit. Primo, quia in pęnis benignior interpretatio eſt facienda, reg. in pœnis lib.6.Secundò, quia ſi Pontifex vellet relaxationem ſignificare, apertius declaraſſet,nec ambigibus opus erat in re,& pœna tam graui, arg.cap. ad audientiam, de decimis, notabilia enim ſpeciali nota indigent, l.item apud Labeonem 15. §. hoc edictum ff. de iniurijs,ibi: *Ea enim,quæ notabiliter ſunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta.* Tertio, cum ſecundum canones pœna huius criminis eſſet excommunicatio, depoſitio, carceris mancipatio,in monaſteriũ detruſio,& ſimilis, voluit Pontifex,vt vltra has poſſent Inquiſitores fuſtibus,exilio, triremibus,& ſimilibus,quæ potius ſęculares quam canonicę ſunt, plectere,& damnare delinquentes. Quarto, ex eiſdem verbis oſtenditur noluiſſe Pontificem, vt prædicti delinquentes relaxarentur, nam relaxatio indicitur,vbi Eccleſia iam non habet quid faciat, cap. cum non ab homine, de iudicijs, ſed in noſtra ſpecie iubet, vt Inquiſitores puniant, deſignatque quibus pœnis. Ergo ipſi punire,nõ verò puniẽdos tradere debẽt.

41 Vnde

41 Vnde dixerat Cardin. Alex. quem refert, & ſequitur agens de Inquiſitoribus, Boer. deciſ. 341. ad fin. iudicem Eccleſiaſticum, quem punire poteſt, relaxare non debere.

42 Adde, quod relaxatio pęna eſt Eccleſiaſtica à modernioribus Pontificibus inuenta, vt ex Platina, & alijs aduertit Henriquez in ſumma lib. 13. de excommunicat. cap. 55. §. 2. litera I. Inquiſitoresque pęnam mortis imponere non poſſunt, cap. ſententiam ſanguinis cap. clericis. Ne clerici, vel Monachi. Ergo ſi ipſi punire debent pœnis ſæcularibus, non eſt interpretandum de relaxatione, quæ non eſt pęna ſęcularis, nõ de vltimo ſupplicio, quia non poſſunt; ergo alijs pœnis à relaxatione, & ab vltimo ſupplicio diuerſis.

43 Et quãdo ſupremus Princeps diuerſas ab vltimo ſupplicio pœnas arbitrio iudicis imponendas inſinuat, cõmiſſarius mortis pœnam imponere non poteſt, ex omnium ſententia gloſ. verb. alioquin, in c. Inquiſitionis, ſic intelligenda de accuſat. Maranta diſput. 3. num. 14. Menoch. de arbitr. q. 86. nu. 6. poſt alios.

44 Vnico tamen caſu limitari poterit prędicta opinio, quando ſcilicet rei aſſuefacti ſunt peſſimo illi ſceleri, tunc enim incorrigibiles reputãtur, ex Fr. Eman. 1. tom. de regular. q. 33. art. 19. in fin. ac proinde tanquam incorrigibiles, quos Eccleſia commodè punire nequit, Curiæ ſæculari tradendos ratio ſuadet. De quo tamen adhuc dubitabit qui caſum motus proprij Pij Quinti tantum exceperit, & ab ſpeciali argumentatus fuerit. Sed hoc, & reliqua præcedentis Inquiſitorum prudentiæ & doctrinæ diſcutienda relinquamus, quorũ iudicio ſtãdum eſt. De execratione huius criminis vide quæ dicturi ſumus infra q. 6. Quando autem complices non ſint teſtes in hoc crimine notabiliter aduertes infra ad quæſt. 23. Cognitionem autem hanc ab Inquiſitorum tribunali remouendam, breueque, reuocandũ exoptat agens de Inquiſitoribus Aragoniæ Fr. Iacob. Bleda è Prædicatorum familia in defenſione Fidei in cauſa Moriſchorum confectar. 12. pag. 424. doletque illud in vulgus publicaſſe Paramum lib. 2. de origine Inquiſitorum tit. 2. cap. 8. pag. 184.

pag.184. Aduerto tamen diſputationem noſtram attento iure procedere, quando quidem Domini Inquiſitores Luſitani ex ſpeciali Gregor. XIII. breui cinædos brachio ſæculari pro arbitrio relaxare poſſunt. Interim cauebis à Gracia de nobilit. gloſ.9.nu.29. dum ex dict. conſtitutione Pij oſcitanter tradit clericum de hoc conuictum crimine, abſq; degradatione à iudice ſæculari puniendum.

45 *Inquirere potuiſſe*, [m] reſoluit illuſtriſſimus Inquiſitores ex vi ſuæ iuriſdictionis contra ſolicitantes in confeſſione inquirere potuiſſe, etiam abſq; commiſſione Pontificia, quæ tamen opinio non procedit ſine controuerſia, ſuos namque pro & contra habet patronos. Nã eam tenet Pegna ad directoriũ Inquiſitorum 2.part. commẽt. 81. verſ. ille quoque, dum generaliter Inquiſitoribus concedit cognitionem in ſolicitantes in confeſſione ad venerem, vel ad quæcunque alia flagitia, contrariam tamen ſententiam tuetur P. Aldrete tract. de religioſ. diſciplina tuenda lib. 2. cap.15. nu.22. Qui tamen in huius ſententiæ defenſione dupliciter labitur; primo dum eam imponit Nauarro conſ.1. vel 2. de hęret. qui non de ſolicitante in confeſſione, ſed de habente copulam cum filia ſpirituali extra confeſſionis locũ, & tempus loquitur, qui caſus longe differt à noſtra ſpecie, vt videbis apud Illuſtriſsimum quæſt.5. num.14. & 51. Decipitur ſecundo, dum Inquiſitoribus tribuit tantum cognitionẽ contra hęreticos, non vero cõtra ſuſpectos de hęreſi, in quo loquitur contra tex. in cap. accuſatus de hęret. lib.6. Aldrete tamẽ ſententia probabilior mihi videtur. Primò, quia praxis eam obſeruat teſtante illuſtriſſimo d. num.20. Secundò, quia ſuſpicio ex hac ſolicitatione reſultans leuis eſt, vt aduertit illuſtriſsimus hic ideoq; manifeſte nõ ſapit hęreſim, & propterea ordinarijs, non vero Inquiſitoribus competit cognitio ex reg. dict. cap. accuſatus §. ſane iunctis, reſolutis per me q.5. à num.47. Vnde cauebis à Pegna, vbi ſuprà dum non leuem ex eo actu ſuſpicionem deduci firmat: Tertiò, quia id elicitur ex mente Pontificis nõ de ſpeciali ex diplomate in Inquiſitoribus committentis, & tandem, quia id ſentiunt omnes

nes Doctores, dum hanc cognitionem Pontificię bullę tribuunt.

46 *Qui nos*, [n] iam literis Apoſtolicis confirmatus eſt, Molin. tract. 5. de iuſt. diſp. 28. num. 13. Quod cum Fidei negotio expediret, optauerat Simanc. de Catholic. tit. 25. nu. 5 & quoad Luſitanię Principatũ extant breuia, quorum mentionem facit author inſerens Pij Quarti breue nu. 23.

47 *Nefas eſt*, [o] ex breui hic inſerto nu. 13. non aufertur poteſtas Ordinarijs cognoſcendi de hęreſi iuxta iuris terminos, de quibus in cap. per hoc, cap. vt officium §. verum de hęret. in 6, Clemen. 1. §. 1. eodem, ſed generali Inquiſitori conceditur facultas auocandi ab Ordinarijs cauſas, proceſſuſq; hęreſis, in quibuſcunq; ſtatu, & terminis pendentes. Vnde Ordinarius valide procedit, quouſque inhibeatur, & cauſa auocetur, proceſſuſque ab eo factus validus eſt iuxta tradita per Mandoſ. de inhibitionibus q. 22. num. 3. cum ſeqq. & q. 70. ſolẽt tamen Ordinarij in his ſeſe non intromittere, ne poſtea inhibeã tur, & quia Fidei negocio, ſecretoque ſic conuenit, ſi vero aliquid reperiant, ſummariam conficiunt informationem, quã ad Inquiſitores remittũt, Mol. tract. 5. de iuſtit. diſp. 28. nu. 13. cuius nouę praxis non meminit, Farin. de hęreſibus q. 186. à nu. 56. vnde tota illa quęſtio hodie non eſt in vſu, dum Epiſcopis ſeorſum cognoſcendi cõtra hęreticos facultatem admittit ex iure antiquo.

SVMMARIVM.

Diploma contra ſolicitantes extenditur ad præterita, à nu. 1. & nu. 20. & 24. non extenditur à nu. 7. reſolutio nu. 10.

Lex declaratoria comprehendit præterita nu. 2.

Intellectus cap. vlt. & cap. licet, de ſponſal. duorum nu. & 19.

Lex non extenditur ad præterita num. 7. & 21. extenditur declaratoria nu. 22. & quid ſi pœnam contineat num. 7. 8. & 23.

Diploma contra ſolicitantes, quo tempore Olyſipone publicatum nu. 9.

Delinquens ſi dubitet, vtrum

ante, vel poſt legem deliquerit, non ſubiacet pœnis legis nu.9.
Suarius Coymbricenſis Primarius, in ſacra Theologia laudatus nu.10.
D. Andreas Dalmada Conymbricenſis Veſpertinæ Cathedræ in ſacra Theologia proprietarius laudatur num.10.
Intellectus cap.1.de poſtulatione prælator.nu.17.
Cognoſcens filiam ſpiritualem Neapoli, ipſo iure audiendi confeſſiones poteſtate priuatur num.24.
Condemnatus ſemel, vel abſolutus, iterum in iudicium, non trabitur num.11. etiamſi ab alio accuſatio refricetur nu.12. vel per gratiam, diſpenſationem Principis, vel abolitionem abſoluatur nu.13.
Statutum non comprehendit deciſa, aut pendentia negotia num.14.
Reus an poſſit præuenire iudicem benigniorem num.14.& 25. dicitur fugiens nu.26. Reo in cauſis capitalibus tranſigere licet nu.27.
Reus, ſi pœna imponatur leuis aut redicula, iterum accuſari poteſt nu.28.
Delatio ſolicitantis ceſſat, ſi poſt multos annos, aut aliunde apparet emendatus num.15. 32.& 33.
Legislator ſi velit, poteſt præterita comprehendere num.16. & fin.
Scientia reſcripti æquipolet citationi nu.29.
Delegatus non habet iuriſdictionem in actu contra perſonas nominandas, & declarãdas, vnde præueniri poteſt nu.30.
Pœnitentia quando liberet à culpa nu.31.
Emendatio criminis per quod tẽpus præſumatur nu.32.
Emendatus non eſt deferendus nu.33.
Fœmina an teneatur deferre confeſſorem ſolicitantem poſtquam abſolutus, vel condemnatus fuit nu.34.
Lex comprehendit præterita, ſi legislator vult nu.35.

QVAE-

QVAESTIO. III.

VTRVM AD PRAETERITA EXTENDI POSSIT Conſtitutio,qua & comprehendantur qui fœminas ſolicitauerant ante promulgationem.

1 INtricata quæſtio, quæ mihi, & fortaſſe alijs lapſus paret, quos fugere nitar,patrocināte Deo.Quęſtionis Pars affirmatiua [a] ſuaderi poteſt.Primò,quia Pontificiam per hanc conſtitutionem, vt ſuprà probamus, non introduci, non inſtitui ius nouum, ſed iam introductum, inſtitutū illuſtrari, patens fieri videtur; cum tantum ſuppoſita, quam declarat,hæreſis ſuſpicione,ordinariæ iuriſdictionis excitatoria habeatur. Atqui quando declaratoria lex eſt, ex vi ſua ad præterita iure extendi poteſt.

2 Sic docemur ex Authen. de filijs inſtrumenta antedotalia natis, Collat.3. Exemplum etiam deſumi licet ex cap. vlt. de ſponſa duorum, [b] vbi contractum, & non conſumatum matrimonium, poſt aliud item ratum, & conſumatum, validū cenſetur:quod ibi etiam præterita amplexum vides ex Pontificis ſententia.Deſume aliud ex cap.de infidelibus, de conſanguinitate, & affinitate, ex cap. cum tu de vſuris. At qui ſic ratiocinabimur; declaratoriam regulam non eſſe actionis regulam, ſed illius merè ſuppoſitricem,& interpretem, quia declaratoriam regulam iam lex præiuerat,vel ius obligationem,vel alium huiuſmodi effectum imponens. Lex igitur, per quam tale ius clarius redditur, ipſum nunquam caruiſſe effectu ſupponit. Ius enim primum non effectum quærit à declaratione, facta poſteà à legiſlatore in maiorem lucem argu. tex. in l. hæredes §.1.ff.de teſtamentis.

3 Eſt à nobis deinde Pontificis conſtitutio, quæ proprius iuriſdictionis commiſſionem, quam legem facit.Iuriſdictionē in iam commiſſa delicta alteri tradi poſſe quis dubitat? Atque ſummus Pontifex in talia peccata iuriſdictione, quæ ſua eſt, fungi-

fungitur, qui exerceret pro arbitrio. Ergo eadem iuriſdictione ob armari Inquiſitores *&* *permiſit*, c & potuit. Iuuat maximè, quod licèt lex non directe feratur in præterita, de futuris tamen, quæ circa præterita verſari poſſunt, diſponit; vt eſt vulgare. Sed decretum hoc de futuris directè diſponit, id eſt, de ſupplicio tali crimini inferẽdo. Iuxtà quod igitur & tali ſupplicio æquè affici poſſunt multò ante decreti factam publicationem talium criminum facti rei; Poterit etiam prædicta lex in præterita peccata inuehi ideſt, ſolicitationes in confeſſione fœminis factas, quas tales ſemper punire valet Pontificis Conſtitutio.

4 Quamobrem facta in hũc ſenſum iuriſdictionis commiſſione, vt oſtenſum eſt, nulloque in conſtitutione reperto verbo, ex quò in alium factam, colligatur, & nos colligere debemus, ita factam eſſe in prędictũ ſenſum. Minor probatur, quia nullum in hoc decreto dabis verbum conceſſionem conſignatè aſtringens ad futura. Vnde inferas conſequentiam. Primò, quia poteſtatis hęc delegatio fauorabilis eſt, ob id nunquam reſtringendam, imò pro verborum permiſſione extendendam aſſeres, iuxtà doctrinã Innocentij cap. Epiſcopi nu. 3. de rebus Eccleſiæ, Dominic. in cap. licet §. fin. num. 4. verſ nota benè, de elect. lib. 6. cui Decius aſſentit conſ. 233. num. 7. Deinde, quia licèt conceſſio delinquentibus ſimpliciter videatur grauis: Fidei tamen maxime, & Religioni ſalubris eſt. Summa eſt ratio, quæ pro religione facit, dixit Iuriſconſult. in l. ſunt, in fin. ff. de relig. & ſumpt. funerum. Facit tex. in cap. in fidei fauorem, de hæreticis lib. 6.

5 Tertiò probatur maximè, quia ex decreti verbis, & ſerie hoc planè percipitur. Prior eſt Pontifex in dolendis abuſu, & frequentia delicti, per hæc regna graſſantis, tunc addit, *Vt Inquiſitores procedant in omnes, & ſingulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum Ciuitatum, Diœceſum, Locorum, ac Dominiorum de præmiſsis quomodolibet diffamatos, &c.* Ac infrà: *tam ſuper præmiſsis, quàm ſuper Fide Catholica, & quid de ea ſentiant, diligenter inquirãt.* Quæ igitur verba, & conſtitutionis initium apertè indicant,

ſum-

ſummi Pontificis animum ſic velle, vt talia delicta, etiam eo tempore iam commiſſa puniat Inquiſitionis ſanctum Officiũ, & ſeueritas, vt cautio ſit in futurum.

6 Probatur vltimò, quia vt ſuperiori proxima quæſtione dixímus, per nouam hanc conſtitutionem iam nulla Epiſcopi cognoſcendi per ſe ſolos de tali hoc crimine eſt iuriſdictio. Ergo ſi neque Inquiſitoribus, impunè abibunt delinquentes, contra notata in l. ſi operis, C. de pœnis, optimè Decianus tract. crim. lib.2. cap.10. num.2. & 4. Farinac. tom.1. quæſt.5. nu.2. Si autem obijciatur fore, vt poſſint Epiſcopi de confeſſarijs cognoſcere, qui ante, Inquiſitores autem de illis, qui poſt promulgationem peccarũt; ſic reijcietur magna ex hac iuriſdictionis immiſtione oriri poſſe inconuenientia, & confuſiones, vt cõſideranti occurret. Maximè cũ dari poſſit, vt confeſſarius ante, & poſt publicationem peccaſſet. Tuncque nefas erit; vtroſq; Epiſcopos nempè, & Inquiſitores ſeparatim cognitionem excipere de delinquentibus.

7 Reluctatur autem ſupradictis cap. 2. de conſtitutionibus,[d] quo aſſeritur nunquam legem amplexari præterita. Si autem dicatur non de declaratoria lege,[e] ſed de conſtitutiua textum loqui, reſponſio adhuc eſt in promptu, non etiam extendi ad præterita declaratoriã legem, agentem de puniendo crimine aliquo, id præcipiendo, contrarium cuius elapſo tempore obſeruanter tenebatur Anan. in cap. cum tu de vſuris nu.3. Butrius in cap. vltim. nũ. 15. de conſtitut. vbi Feli. nu.*6.* poſt alios dicit communem. Cum ergo lex in procedendi modo pœnam contineat quin potiùs terrendis hominibus inferatur, vt à crimine caueant in futurum, non videtur extendi poſſe ad præterita, vbi tunc, licèt aliòqui, ſit lex declaratoria, contraibat communis obſeruãtia, quam certum eſt, communem Regni huius fuiſſe vſque adhuc ante prædictam conſtitutionem, vt tale hoc crimen, iure ordinario, Epiſcoporum vindictæ ſubijceretur.

8 Reluctatur deinde tex. c. I de poſtulatione Prælatorum lib.*6.* quò in textu conſtitutio, & ſi antiqui iuris dicatur declaratoria, præcedentes tamen factas electiones non attingit, prop-

proptereà ad præterita, quoad pœnam nequaquam extendes.[f]

9 Cum ergo edictum hoc contra ſolicitantes anno Domini 1609.5.die Aprilis ſolemni illo fidei actu in Olyſipone celebrato, palam lectum fuerit: ante hoc tempus ſolicitatę mulieres de ſolicitantibus denunciare Inquiſitoribus non teneri debent. Imò reſtantibus adhuc prędictę quadrageſimę 15. diebus, ſi pęnitens mulier fortè dicat ſe ſolicitatam in eadē Quadrageſima, non tamen meminiſſe, an ante, vel poſt publicationem fuerit ſolicitata, non poterunt in hoc caſu procedere Inquiſitores, in delinquentem, iuxtà Bartho. celebrem doctrinam l.non ſolum §.ſed vt probari num.2.& 3.ff. operis noui nuntiatione, conducit optimè gloſſ. doctrina, verbo aliqui in cap.clerici 81.diſtin.quā ſingularem dicit Roman. conſ. 281.num.3. Abb.in c. cum P. num.13.de accuſat.Dec.omnino videndus, reſponſ.8. nu.42. & 43.vol.1.

10 Ecce mihi hæſitanti caliganti illuxit luminare illud, totius Hiſpaniæ de cantandum decus, è Societate Ieſu Franciſcus Suarius, Theologiæ nunc in Conymbricen. Academia Doctor primarius, qui mihi conſultus reſpondit ita ſe opinari; prędictam Pontificis conſtitutionem etiam in illos excitari, qui ante ipſam, in ſacramentali confeſſione mulieres ſolicitauerāt. Opinioni accedunt eiuſdem ſocietatis viri alij pijſſimi, doctiſſimi, quos, & alios Theologiæ, & vtriuſquè iuris peritiſſimos maturè conſului in re tanta. E quibus eſt *Dominus* Andreas Dalmada, quem illuſtre genus, Theologiæ ſpeculatio, quam nunc Conymbricę profitetur, Regno ſatis illuſtrem fecit. Vocant laudes calamum, reuocat ſuſpicionis metus, notiſſimo cōſanguinitatis, & amicitię inter nos arctiſsimo vinculo. Vides corroboratam opinionem tot munumentis? Quid ni acquieſcam? Acquieſco equidem, amplector, ſuadeo.[g]

11 Cui tamen doctrinę dico limitem, & modum adhibēdum. Tunc enim non extendetur ad pręterita noſtra concluſio, cum talia crimina ab Ordinario iudice præiudicata fuerint; manent tunc extincta in foro Eccleſię. Vel enim reus iudicialiter abſolutus eſt; ob id ſiſtet accuſatio non vltra progre-

grediens cap.de his, de accuſationibus,& ibi relati per Cenedo Collect.113.num.1. par.2. gloſ. 2. & omnes in c. habet.2. q.5.l.ſi cui §.1.vbi Bart. & cõmunis ff.de accuſationibus l.licet 6.ad fin. verſ. ſed ſi abſolutus ff.nautæ, caupones. Greg. Lopez l.12.tit.1.par.7. gloſ.1. tradunt poſt alios Couar.2.reſolut.cap.1.à principio. Clarus in pract.§.vlt.q.57.à principio. Latè Decianus tract. crimin. lib.3.c.30.per totum. Probat apud nos lex regia lib.5. titul. 113.in principio. Vel damnatus idem reus per diffinitiuam ſententiam eſt,atque ſimiliter in ipſum accuſatio progredi non poteſt,iuxta communem mentem in dict.c. de his, & in dict. l.ſi cui §.1.gloſ.2. in principio, in leg.qui de crimine 9.vbi Doctores,C.de accuſationibus,ex pluribus Clarus dict. q. 57.nu. 1.& 12.Greg.vbi proximè,in gloſ.1.Gomez de delictis cap.1 num.27. Tradunt latiùs citati per Cenedo vbi ſupra.

12 Qui modus, & limes ampliantur,primò vbi ab eodem accuſatore non tantùm,ſed vbi diuerſo ab alio accuſatio refricatur gloſ. & omnes in dict. c. de his,glo.Bart. & alij in d.§.1. cõmunis, vt per Couarru.Clarum,& præcitatos, inſinuat Ordinatio dict.principio, ibi: *Naõ ſeja daby em diante mais accuſado.* Expreſſe dicta lex 12. partitę, ibi: *No lo podria accuſar otro ninguno*. Ampliatur deinde,vbi abſolutio non ſolùm data ſit reo per accuſationis, ſed per Inquiſitionis viam. Bart. & alij in dict. l. ſi cui §. 1. Abbas nu. 7. poſt Innocentium quem citat,& alij,vt per Beroium nu. 20.in dict.cap.de his.Couarru. vbi ſupra nu.5. Marant. de ordine iudiciorum part. 6. tit. de Inquiſitione num.49. Gregor. d.l.12. gloſ. 3. Clarus d. q.57. nu.7.Dec.d.cap.30.nu.5. communem dicentes.

13 Ampliatur prętereà,quãdo legitimi ſuperioris indulgẽtia & gratia per remiſſionem, abolitionem, vel diſpenſationem; non ſi ſolùm per ſententiam, aut iuſtitię ordinem reus abſolutus eſt gloſ. & Doctores in dict. cap.de his gloſ. penult. cap.vlt.de temporibus ordinat. & cap.ex tua verbo, irritari, de filijs presbyter. Communis ex Couarru. vbi ſupra nu.2. Gregor.in gloſ.2. Clarus nu.9. Decian.nu.7.

14 Secundo conſtitutionẽ

moderandam duco, ſi quo tempore promulgata eſt, crimina iam venerant ad Ordinarij iudicium, inchoata iam, & formata cauſa, tunc ad prǽterita delicta non extendi debere cenſeo, quia rem integram iam non dabis, quam legitimè prǽoccupauerat aliud forum, quem modum docet Bart. l. omnes populi q.5. num.40. ff. de iuſtitia & iure, qui aſſerit ſtatutum nũquam prǽterita attingere deciſa iam, vel finita, vel in principalis cauſǽ iudicio pendentia, ibi additio litera E. multa congerit; Iuuant, quǽ Ordinatio de iuriſdictionis diſponit prǽuentione lib.2. titul.9. in principio, & §.3. circa illam, Cabedo deciſ.88. tom.1. Multa eleganter tradit Decianus lib.4. cap. 20. num.7. & cap.22. à num.1. Si autem h ſolicitator conſtitutionem Pontificiam prǽodoratus, prǽſentiens id obnixè curauit, vt Ordinario nomen ſuum deferretur, ac cauſaretur ipſe faciliùs abſoluendus, forſan fruſtra faceret, ex ijs, quǽ tradit Boerius deciſ.289. num.10. in fin. poſt Iaſonem, & alios. Decian.d.cap.20.nu.24.

15 Similiterq; ſi multi ſunt anni poſt factam ſolicitationẽ: atque ſolicitata fœmina iterum veniens ad ipſummet confeſſarium, peccata dictura, ipſum inuenit alium, peccati dolentem: vel ſi ex parte alia, l etſi non ex confeſſione, ſibi conſtat veriſimiliter de mutatione, & peccati dolore: alijſque tandem veriſimilibus innixa fundamentis bonum habet, bonum plerunq; habitum; Tunc videtur ipſa olim ſolicitata fœmina non vrgeri ad denunciationem.

16 Nec opinioni retentǽ, debere nempè prǽdictam conſtitutionem ad ſolicitationes extendi ante promulgationem factas, erunt obſtaculo pro parte contraria adducta fundamẽta. Reſpondemus ad primum valere communem illam doctrinam, quando de ſuperioris *acta prǽterita ligare volẽtis*, m mente non conſtat, atqui ſi cõſtet, tunc ſub lege, vel commiſſione comprehendi certum eſt, iuxta ſuperius tradita. Sed de Pontificis mente, & voluntate apertiſſimè conſtat ex verbis, *Quomodolibet diffamatos*, & ex verbis, *Super prǽmiſſis diligenter inquirant*. E quibus manifeſtè colliges per Pontificiam conſtitutionem Inquiſitoribus licere, de diffamatis cognoſcere,

re, & delinquentibus, qui delicta aggreſſi fuerant ante factã commiſſionem.

17 Diſſoluitur facilè ſecundum argumentum ex cap. 1. de poſtulatione prelatorum lib. 6. cum dicamus, textum illum, vel geſta antea comprehendere debere, ni inſereretur vox de cętero. Fatetur Imol. cap. vlt. num. 12. verſ. nam primo de conſtitutionibus; gloſ. ibi in dicta voce de cętero.

18 *Pars affirmatiua.* [a] Quã ſequi videtur Iacobus de Graphis conſ. 1. nu. 36. de cognat. ſpirituali, circa explicationem conſtitutionis Neapolitanę, qua confeſſarij ad turpia ſpirituales filias ſolicitantis, reuocatur ipſo iure audiendi confeſſiones facultas, vt non comprehendat confeſſarium, qui ante conſtitutionem illam filias ſpirituales ſolicitauit, induxitue ad turpia, de quo notabis infra nu. 24.

19 Ibi: *Cap. vltim. de ſponſa duorum.* [b] Textus iſte adducitur pro contraria parte. Dum Innocent. III, declarans prius matrimonium ratum, pręferri poſteriori conſummato. Innuit hanc declarationem non extendi ad pręterita, vt conſtat ex illis verbis: *In matrimonijs de cætero contrahendis illud te volumus obſeruare*, notat Morla in emporio iuris tit. 1. q. 6. nu. 13. ſed communis in dict. cap. vlt. intelligit ex conſuetudine poſteriora matrimonia valuiſſe ante illam deciſionem, quam merito reprobat Couar. de ſponſalibus 2. part. cap. 7. §. 3. num. 5. At vero communis in eum ſenſum accipi poteſt, vt intelligatur interueniente Pontificis maximè diſpenſatione, quę ex illo verbo, *de cætero*, deducitur, prout intelligit, ibi Prępoſitus, Felin. nu. 7. poſt Imol. in cap. vlt. de conſtit. quę vera eſt interpretatio, nam ſi Pontifex ex veriori, & recepta in praxi ſententia, in matrimonio rato diſpenſare poteſt, ex traditis poſt alios, per Hẽriquez lib. 11. de matrimon. cap. 8. §. 11. & lib. 12. cap. 5. §. 3. Nauarr. cap. 22. nu. 21. Menoch. caſu 455. num. 4. & lib. 2. pręſumpt. 10. num. 37. Sanchez lib. 2. de matrimo. diſput. 14. num. 2. Barboſ. in rubr. part. 2. nu. 103. ff. ſoluto matrimon. iuſtaque diſpenſandi cauſa eſt ſcandalum, Menoch. d. pręſumpt. 10. num. 42. & conſ. 385. nu. 7. Sanchez lib. 2. diſput. 16. nu. 3. cum ſequentibus,

quentibus, magna certe ſcandala, & incommoda oriri poterant, ſi in ſpecie dict. cap. ſi. ſepararentur poſteriora matrimonia conſuetudinis prętextu inita, & priora redintegrarentur in maximum prolis, & familiarum dedecus, & perniciem. Meritò ergo Pontifex eo caſu diſpenſauit, tametſi declaratio ex rei natura comprehenderet prę terita, prout intendit illuſtriſſimus.

20 *Permiſit*. [c] Per illa verba, *De præmiſſis quomodolibet infamatos inquiras, procedas, punias, &c.* quę Inquiſitionis, pro ceſſus, pœnęque facultas reſpicit etiam infamiam, & reatum prę cedentem, contra quę de prę ſenti inquiri, & animaduerti iubet Pontifex, aduertit Illuſtriſſimus auctor num. 16. Adde quod quando conſtitutio declaratoria ſecundum verba refert: poteſt ad prę terita, & futura, debet trahi etiam ad prę terita. Gabriel. lib. communiũ titul. de regul. iur. concluſ. 3. nu. 11.

21 *Cap. 2. de conſtit.* [d] Ornãt Menoch. caſu 185. num. 1. Morla in emporio iuris tit. 1. q. 6. Cenedo ad decretales, collect. 1. Marta de iuriſdict. part. 4. caſu 94. à nu. 27. Soar. de legibus lib. 3. cap. 14. à princip. Salas de legibus, diſput. 21. ſect. 7. à num. 17.

22 *Declaratoria lege.* [e] Hęc ad prę terita extenditur Mandoſ. reg. 9. Chancel. q. 3. nu. 2. & regul. 32. q. 12. nu. 7. Syluester verbo, lex § 23. repertoriũ Inquiſitorum, cum addit. verbo, dubium. Gabriel. tit. de regulis iuris concluſ. 3. nu. 10. Salas de legibus diſput. 21. ſect. 7. à num. 17. Morla omnino videndus in emporio iuris tit. 1. q. 6. nu. 12. cum ſequentibus, optime declarans.

23 *Ad prǽterita quoad pœnam nequaquam extendes.* [f] Syl ueſt. & Mandoſ. citati nu. prę cedenti, Morla in emporio tit. 1. q. 6. nu. 11. & optimè à nu. 15. Azor. 1. tom. lib. 5. cap. 16. q. 13. Salas de legibus, diſp. 21. ſect. 7. nu. 19.

24 *Suadeo*; [g] Vltra ea, quę addidimus num. 20. ex eo mihi hęc ſententia probatur, quia expreſſe declarauit edictũ publicatũ Vlyſipone nonis Aprilis, anno 1609. cuius publicationis meminit actor nu. 9. ibi: *Tiuerem cometido, ou prouocado, ou cometerem, ou prouocarem*. Mitius tamen cùm illis agendũ fore

fore arbitror cum actore, q. 24. nu. 15. Nec obſtat ſententia Graphis conſ. 1. num. 36. de cognatione ſpirituali, cuius meminimus num. 18. agit enim generaliter de ſolicitante, vel cognoſcente carnaliter filiam ſpiritualem, etiam extra cõfeſsionis actum, & locum, & de reuocatione facultatis audiendi cõfeſsiones antea obtentę, quod longe diuerſum eſt à noſtra quęſtione.

25 *Si autem*, [h] Adde Barboſa l. ſi quis poſtea, num. 88. ff. de iudicijs. Merito actor noſter vſus eſt, verbo, *forſan*, Nam nec ſententia Boerij cum cęteris, nec applicatio ad noſtrum caſum mihi vera indiſtinctè videtur. Puto enim, quod ſi delinquens à diuerſis iudicibus (inter quos detur prçuentio, vt in mixti fori criminibus) puniri poſſit; poterit vtique ad iudicis benignioris tribunal recurrere, ex Cępola cautela 5. in princ. poſt alios.

26 Rei enim ſemper iudiciũ timent, & fugiunt l. inter ſtipulantem § 1. ff. de verbor. Ideoq; rei appellantur fugientes l. properandum §. etſi quidem, vbi gloſ. verbo, fugientem. C. de iudicijs, notat Zaſ. num. 2. in dict. §. 1. Cabedo li. 4. diuerſor. cap. 10. nu. 7.

27 Indeque illis etiam in cauſis capitalibus tranſigere integrum eſt l. tranſigere, C. de tranſact. vbi Padil. Corraſ. 2. miſcel. cap. 1. Gouean. lib. 1. variar. cap. 30. Cuiat. 19. obſeruat. cap. pen. & paſſim alij; repugnat ergo rationi non quęrere mitiorem iudicem.

28 Vnde ſententia Angeli in l. ſi ſeruus plurium §. penul. ff. de legat. 1. quam ſequuti ſunt Boer. & alij relati à noſtro auctore, intelligenda eſt, quando pœna ridicula, & leuiſsima imponitur à iudice prçuento, ex traditis per Gam. deciſ. 53. Tiber. Decian. lib. 4. cap. 16. nu. 7. tom. 1. Barboſ. in l. hęres abſens § proinde num. 60 ff. de iudicijs. Admiſſa tamen Angeli opinio non poteſt in noſtri breuis ſpecie verificari. Tùm quia illa procedit caſu, quo vterque iudex in actu habet cognoſcendi, & puniendi iuriſdictionem, nos autem agimus de iudice futuro euitando. Tùm etiam, quia per breue non compellũtur fęminę ſolicitatę ad deferendum, ſed Inquiſitoribus inquirendi, cognoſcendi, & puniendi facultas committitur, qua

qua ſi velint, vti poſſunt, & ab ipſorum arbitrio pendet reſcripto vti. Cur ergo compelletur reus futurum arbitrium, & iudicium expectare.

29 Poterat tamẽ noſtri autoris ſentẽtia iuuari ex eo quia ſcientia breuis, ſeu reſcripti ęquipolet citationi cap. cum cauſa 22. verſ. quia tamen ante, de officio delegat. cap. ſuggeſtum 15. cap. adhęc 30. gloſ. magna in cap. meminimus 9. de appellat. Sed adhuc ſubſiſto: Tùm quia vix in noſtra ſpecie probabis ſcientiam de re Inquiſitoribus commiſſa, quę non prçſumitur reg. prçſumitur in 6. Tùm etiam, quia citata iura agunt de perſona certa & nominata, contra quam reſcriptũ fuit impetratum, quę cum ſint exorbitantia non debent extendi reg. quę à iure lib. 6. ac proin de perſonas incertas & nominandas, ſeu deferendas comprehendere non debent, ſi prçuentę fuerint. Antequã enim perſonę exprimantur, commiſſarius non habet in actu iuriſdictionem, vnde prçuentioni locus erit cap. paſtoralis 14. §. quoniam, de reſcriptis cap. volentes, vbi Abb. not. 1. & alij de offic. legati, Bart. in l. 4. §. ſi tam vicinum ff. de damno infecto; Mandoſ. forma 2. commiſſion. verb. in executione citationis: Nec replices quod ſi hęc regula ſit obſeruanda, idem procedet etiam poſt breuis promulgationem, vt ante reorum delationem poſſit Inquibtoribus per prçuentionem cognitio auferri. Refellitur enim obiectio, ſuppoſita iuriſdictione quoad alios priuatiua poſt promulgationem. Quod planius locum habebit, ſi commiſſio adhuc Inquiſitoribus prçſentata non fuerit ex reg. cap. vt debitus honos 69. de appellat. cum ibi notatis.

30 Adde quod rei diffugiũ in ſpecie cap. ſuggeſtum de appellation. cum ſimilibus, in magnum impetrantis cedit nocumentum, cuius laborem & expenſas fruſtratur, nec debitum, nec rem ſoluens, aut reſtituens, quę ratio in noſtra hypotheſi ceſſat, ceſſabit ergo & argumentum, ex reg. l. Papinianus ff. de minoribus & in materia criminali planius procedet diſſimilitudo. Nam in terminis à Boerio, & à communi propoſitis ea ratio verſari videtur.

31 Quia in illis pœnitentia non liberat à pęna l. qui ea mente

mente,67.ff.de furtis,Alciat.in l.ſi inſulam,84.nu.27.ff. de verbor.Menoch. remed.9. recup. nu. 144. Per contrarium vero ſolicitantis pœnitentia ſolicitatis fœminis nota, eas à deferendo ſolicitante liberat ex traditis per noſtrum auctorem, num. 15. iuncta noſtra addictione in ſcholijs ſequentibus.

32 *Multi ſunt anni*, i tres annos exigit cõmunis ad emẽdationem præſumendam in criminoſo, ex Maſcard. concluſ. 600.nu.14.Alciat. reg.2. præſumpt.7.Farinac.in praxi q.23. à nu.26.& deciſ.51.nu.10.lib. 1. vbi agit de ſuſpecto de hæreſi,qui abiurauit.

33 *Vel ex alia parte*, l quia hæreticus is deſinere dicitur, qui pœnitentia ductus ſe ipsũ corrigit Decian.reſponſ.5. nu. 1.volum. 2. emendatio enim delicti extinguit nomen, & infamiam,cap.ferrum, 50.diſt.cõducit tex.in l.1.§.vlt.ff. de ædilit.edicto, vbi non dicitur phreneticus,qui talis eſſe deſijt, cumulat alia Menoch. caſu 499. num.30.rationes tamen ab auctore relatæ non ſolum obtinent ante,ſed etiam poſt huius delicti reſeruationem, vt de obligent fœminam ad denunciandum, ſi correctio fraterna locum in noſtra materia habet, prout habere, ſi certa emendationis ſit ſpes,reſoluit idem auctor cum cõmuni q.18. nu.14.

34 Vnde infero ad illum caſum, quod ſi fœmina ſolicitata non denunciauit, & tamẽ ex aliarum delatione confeſſus, vel conuictus confeſſor abiurauit,& ab Inquiſitoribus punitus eſt,tenebitur ne hæc,quę tacuit confeſſorem deferre? & quod teneatur conſtat, quia in hac cauſa proceditur ad inſtar hæreticæ prauitatis ex ipſo breui, notatque Illuſtriſſimus q.2. nu.4.& q.4.num.7.& 11.& paſſim in cauſa autem hæreſis abſolutus, ſiue condemnatus, ſuperueniente noua probatione iterum condemnari debet,latè Rojas de hæret.2.p.aſſert. 49. & 50.igitur idem in noſtra ſpecie dicendum videtur. Contrarium tamen puto verius, ratio, quia ex Illuſtriſſimo in præſentiarum,fœmina deferre non tenetur, ſi de emendatione ſolicitantis ſibi conſtet, & ad hunc effectum Illuſtriſſimus admittit etiam fraternam correctionem, q.18. nu. 14. ergo ſiue confeſſor ſit abſolutus, ſiue condemnatus, ſi de eius emendatione

E con-

conſtat, non erit deferendus, quæ opinio iuuatur ex reſolutis per Illuſtriſſimum à nu. 12. & ita in noſtro caſu poterit fœmina abſolui virtute bullæ ab excommunicatione, cum deferendi obligatio ceſſet, prout ſupponitur ex confeſſoris emẽdatione. Nã in caſu abiurationis de ea conſtat, in caſu verò abſolutionis par credere eſt cõfeſſarium ſibi præcauere debere, ac per conſequens abſtinebit deinceps à ſolicitationibus, quæ emendatio ſufficit, vt ſolicitata fœmina deferre non teneatur, quod ſi abſolutus perſeueret in ſolicitationis vitio, erit proculdubio deferendus, etiam ob præteritam ſolicitationem. Nec obſtat argumentum hæretici, tum quia in eo caſu agitur de iudicio Inquiſitorum repetendo ex noua probatione, quod forſan & in noſtro caſu, ſi fœmina deferat, locum habebit. Nos autem agimus de obligatione deferendi. Tum etiam, quia in cauſa hęreſis hæreticus, qui tacuit complices, qui puniendi ſunt, vel diuerſam hęreſim, diminutus eſt, & vere non abſolutus, vel ſaltem, plene non punitus, ac proinde nil mirum, ſi nouum in eum inſtituatur iudicium.

35 *Acta præterita ligare volentis*: m poteſt enim legislator præterita comprehendere l. leges C. de legibus, ibi: *Niſi nominatim, & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotijs cautum ſit*, reſoluit gloſ. recepta in cap. vlt. de conſt. cum alijs Sylueſter verb. lex q. 23. Azor. 1. tom. lib. 5. cap. 16. q. 13. Salas de legibus diſput. 21. ſect. 7. num. 17. in princ. & nu. 18. Suar. eodem tract. lib. 3. capit. 14. à nu. 9.

SVMMARIVM.

Diploma contra ſolicitantes requirit diffamationem, num. 1.

Inquiſitores procedunt contra ſolicitantes, licet nulla laborent infamia, à num. 2.

Solicitans raro infamia laborat, num. 3.

Inquiſitores tripliciter in cauſa hæreſis procedunt, nu. 4. ſic & contra ſolicitantes, nu. 7.

Accuſationem inſcriptio accuſantis, denunciationem fraterna correctio, Inquiſitionem infamia præcedunt, nu. 5.

In-

Infamia non requiritur ad inquirendum in cauſa hæreſis, num.6. & à nu.14. & à nu. 31.& nu.35. contra Decian.

Infamia non requiritur ad accuſandum, vel ad denuntiandum, nu.8.& 9.

Fœmina ſolicitata tenetur deferre, ſolicitantem, licet non laboret infamia, nu.9. & licet ſit ſola, nu.37.

Inquiſitio ſpecialis creari poteſt in ſolicitantem, poſtquam delatus eſt, licet non laboret infamia, nu.10.

Infamia qualiſqualis ſufficit ad inquirendum contra quomodolibet diffamatum, num.11. & 12.

Infamia, & clamoſa inſinuatio differunt, & quælibet ſufficit ad inquirendum, nu.13.

Indicia requiruntur, & qualia ad inquirendum in cauſa hæreſis, nu.15.

Fœminæ vnius dictum an ſufficiat ad capturam, & torturã ſolicitantis, à nu.16.

Dictum vnius an ſufficiat in cauſa hæreſis ad torturam, num. 16.& 29.

Torturam legitima præcedunt indicia, nu.7. etiã in exceptis nu.18.

Fœminæ, vel mari dicenti ſe tentatum non eſt credendum ad torturam, nu.19.

Fœmina deferens ſolicitantem; aut honeſta, aut inhoneſta, nu.20.

Dictum vnius fœminæ importat præſumptionem, nu.21.

Præſumptio vnica non ſufficit ad torturam, nu.22.

Præſumptio eſt minor quam ſemiplena probatio, num.23.& minus quam indicium, nu.24

Indicium vnicum non ſufficit ad torquendum, nu.25.

In dubio pro confeſſario negante ſolicitationem, vel ſigilli fractionem ſtandum, nu.26.

Fœminæ vnius dicto non eſt confeſſarius in carcerem detrudendus, nu.27. ſed inquirendus, nu.28.& 38.

Confeſſarius Inquiſitus de ſolicitatione, vel fractione ſigilli, ſi malæ famæ reperiatur, capi, & torqueri poteſt, nu.28.

Presbyter in cauſa hæreſis non eſt incarcerandus ex vnius dicto, nu.28.

Iudex facilior ad torquendum in criminibus exceptis, quam in alijs, nu.29.

Fœmina non eſt teſtis omni exceptione maior, licet in occultis, & exceptis admittatur, nu.30.

Infamia non eſt neceſſaria ad inquirendum ſpecialiter, in criminibus enormibus, & ratio, nu.31.

Infamia præcedere Inquiſitionẽ ſpecialem regulariter, aut loco infamiæ indicia debẽt, nu.32.

Indicia loco infamiæ ad inſtituendas ſpeciales Inquiſitiones, qualia debent eſſe nu.33.

Solicitationis crimen enorme, nu.34.

Fœmina ſolicitata tenetur deferre confeſſarium ſub mortali, & excommunicatione, nu.9. & 36.

Fœmina, licet ſciat ſe eſſe ſolam ſolicitatum, deferre tenetur, nu.37.

Inquiſitio ſpecialis creari poteſt contra confeſsarium per fœminam delatum, num.38. & vide nu.28.

QVAESTIO. IIII.

VTRVM PAVLI V. CONSTITVTIO IN ſolicitantes in confeſsione ad actus turpes, locum habeat in eos, quibus nulla adhuc talis peccati nota inuſta eſt.

1 QVæſtioni cauſam dederunt prędictæ conſtitutionis, illa verba: *De præmiſsis quomodolibet diffamatos, &c.* Quæ etiam dubitare fecerunt multæ litteraturæ viros inquirentes de ſolutione, quorum mens ſic erat: ſic procedentem conſtitutionem eos tantùm illigare, de crimine iam aliqua notatos infamia. Atquè ab illis ſtare videtur, eſſe pœnalem conſtitutionem, nequeuntem extendi vltra verborum latitudinẽ, regula odia, lib.6. Ergo conſtitutio ſolùm de diffamatis loquens eos non complecti poterit, quos nulla tetigit infamia.

2 In quos tales nimis anxios retorqueri poteſt vetus illud: *Nodum in ſcripto quæris*. Atquè nullum eſt dubiũ, quin valeanr Inquiſitores in quoslibet procedere ſuſpectos de hoc crimine, de quibus denunciatum eſt; quin prætereà denunciare omnes teneantur, etſi de denunciatis nulla extet, nec pro-

probetur infamia. Quæ aſſertio hac confirmatur ratione; generaliter per hanc conſtitutionem conceſiſſe Inquiſitoribus ſummum Pôtificem poteſtatem procedendi in tales delinquentes iuxtà eandem illam formam, quà & in hæreticos. Sed nulli dubium eſt, quin Inquiſitoribus ex ſuæ facultatis vi liceat in hęreticos procedere denunciatos, & ſuſpectos, etſi ipſi in nulla ſint infamia. Ergo inuehi poterunt in talis criminis reos armati hac eadẽ facultate.

3 Deinde ſi Pontificis mẽs eſſet, vt ſolum intelligeretur commiſſio in diffamatos, nemo quidem ad Inquiſitores, niſi de diffamatis, deferre teneretur. Hoc autem eſſet conſtitutionẽ deſtruere, & praxim tollere. Ergo patet ſequella: Si iuriſdictio limitatiuè conceſſa eſt ad infamiam patientes, vltra iuriſdictionis terminos denunciationes Inquiſitores non excipere poterunt. Quo dato, ceſſare conſtitutionis praxim vides; quia facto ſemper ſecretiſſime tali hoc peccato, peccãtis nunquam vera apparebit infamia. Quo circa rarò, vel nunquam ſurget in delinquentem Inquiſitorum iuriſdictio. Ergo vides certiſſimam hanc aſſertionem, quę nunquam dignè controuertetur. Maximè quia difficilè, imò nefas ſit pœnitentibus, quę mulieres ſunt, dijudicare, quando ipſe confeſſor dici poſsit infamatus, aut infamia liberatus.

4 Neque obſtabunt prędicta verba, quę prębuere dubitãdi anſam, ibi: *Quomodolibet diffamatos*, &c. Quorum ſenſus vt ex vulgata iuris peritia eliciatur. Aduertendum eſt primo dari triplicem viam, quam inſiſtit Inquiſitorum tribunal, vt de hęreticis cognoſcant, accuſationem, denuntiationem, Inquiſitionem, qui ſunt vulgares procedendi modi in omni crimine. Vt apparet ex rubr. de accuſationibus in Decretalibus. Tradunt omnes per textum, ibi: l. 2. C. de apoſtatis, & cap. accuſatus, de hęreticis lib. 6. Afflict. lib. 1. conſtitut. rubr. 1. Carreri. in Pract. tit. de hęreticis num. 102. Repertor. Inquiſitor. verb. denũciatio, cum vulgaribus.

5 Aduerte ſecundò, ſicuti regulariter in accuſatione requiri libellum cum inſcriptione, & legitimum accuſatorem,

& in denũciatione prçeuntem monitionem cum caritate; ita in Inquiſitione de aliquo facta, requiri infamiam, veluti ipſi quidpiam particulare, quam vocant clamoſam inſinuationem, a eſt tex. in cap. qualiter in 2. cap. Inquiſitionis, §. tertię, de accuſationibus. Latè Duen. regu. 298. Clar. §. vult. quęſt. 6. Abb. Felin. ac poſt alios Marian. nu. 16. in cap. licet, de accuſationibus.

6 Aduerte tertiò, recipi ſpecialiter in cauſa hęreſis, vt particularis fiat Inquiſitio, etſi vera delinquentem non prçcedat infamia, b ita Duenh. vbi ſupra, nu. 9. Simanc. de Catholicis, cap. 44. num. 9. Auenda. reſpõſ. 31. in principio; Communis ex Clar. §. vltim. q. 6. verſ. item ſcias. Dummodo tamen prçcedant Inquiſitum ſuſpicio, vel indicia, quę pro infamia ſunt, vt exponunt ſupra citati. Nauarr. in cap. inter verba cõcluſ. 6. nu. 296. Clar. vbi ſupra. Vti etiam in prędicto hęreſis crimine receptum eſt, vt monitione non prçcedente, poſsit fieri denunciatio. Simanc. de Catholicis, cap. 19. nu. 6. & 10. Atquè à nobis diffuſius probatum eſt.

7 Quibus ſuppoſitis, primò dicendum eſt, in tali hoc crimine in peccantes agi poſſe accuſatione, denunciatione Inquiſitione. Facta enim in hęreſi proceſsione per hos tales modos, oportet, vt procedatur in hoc crimen iuxta conſtitutionis ſupra relata verba, quod & illa intendunt Pontificis, ibi: *Diligenter inquirant, & iuxta facultatem tibi contra hæreticos, &c. procedas*. Quaſi non ſolùm Inquiſitoribus fas ſit inquirere, ſed & procedere quocunq; modo, quacunque via.

8 Secundò dicendum eſt, nullo modo prçire debere infamiam ad accuſationem faciendam, vel denunciationem. Patet, quia infamia circunſtat Inquiſitionem, nequè in iure requiritur ad alium proceſſum, vt ſupra diximus, ac probat tex. dict. cap. qualiter. Quapropter ne dicas in ſua conſtitutione iaculara inſolicitantium abolitionem, Pontificem ſic voluiſſe, vt declarandis reis noua requiſita poſtularentur, defraudato iure. Vnde fit conſequens, illa verba: *Contra quomodolibet diffamatos*, connectẽda ſubſequentibus: *diligenter inquirant*. Quaſi requiratur qualisqualis infamia Inquiſitioni

tioni faciendæ,non autem alijs procedendi modis,accuſationi, denunciationi.

9 Erit prętereà conſequenter teneri quemuis ſub mortali & excommunicatione, [c] quæ iam fulminata eſt, denunciare de reis etiam non diffamatis, *ſi certus ſit*, [d] vel legitimè ſaltem habeat notitiam. Non requiſita enim in denunciatione præcedenti infamia, non eſt cur à denunciatione excuſetur aliquis. Tandem ſic infertur fore, vt aduerſus denunciatum, etſi vera infamia non præcedat,poſſit ſanctę Inquiſitionis promotor libellum offerre accuſationis, per quam proceſſum faciẽt Inquiſitores,quia ad accuſationem nulla præcedens requiritur infamia.

10 Tertiò hoc maximum, & præcipuum eſt, quòd poteſt in delinquentem creari noua, & ſpecialis *Inquiſitio*, [e] licèt nõ detur vera,& legitimè probata infamia, dum pręeant tamen vrgentia indicia, de reo grauis ſuſpicio, quę in crimine hęreſis locum occupant pro infamia, vt ſupra dictum eſt. Atque probatur,quia iubet ſummus Pontifex eamdem in hoc crimine obſeruari formam, quę obſeruatur in hęretico, quod non requires, vt pręcedat vera infamia, pro qua ſunt ſufficiencia indicia, vel ſuſpicio ad ſpecialẽ Inquiſitionem. Ergo ad inquirendum de hoc crimine, vel indicia, vel ſuſpicio ſufficere debent.

11 Neque verba: *Quomodolibet diffamatos*, contra arguũt. Imò fortiſſimè firmant aſſertionem noſtram, ſi maturè diſcutias. Illud enim *quomodolibet* ad ſignificat non eſſe opus vera infamia,ſed qualemqualem ſufficere, cap. indemnitatibus, §. ſanè,verſ. ſi qua, & ibi gloſ. de elect.lib.6.cap.ſtatutum,§ nullo,de reſcriptis,eodẽ lib.Clem. 2. in fi. de priuileg. poſt alios Menoch. de recuper. remed. 6. nu.15. Parum quidem infamię eſt,quę prouenit ab indicijs, & ſuſpicione. Ergo ab illa ad ſpecialem Inquiſitionẽ iri poteſt. Iuuat declaraſſe Pontificem verba; *Quomodolibet diffamatos*, per ſequentia, ibi: *Iuxta facultatem tibi contra hæreticos*, &c. per quæ formam intelligit, qua inquiritur de crimine hæreſis: Cum ergo de crimine hæreſis ſuſpectus,vel grauatus indicijs, quomodolibet habeatur diffamatus, vt in ipſum ſpecia-

liter inquiri poſſit,idem meritò dicendum eſt in hoc crimine, atque benè fundata iuris peritia probare,& approbare videtur horum verborum ſenſum.

12 Vnde iam inferas, ſummum Pontificem per illa verba noluiſſe Inquiſitorum iuriſdictionem coarctare,imò voluiſſe perampliare.Cum enim ex prę dictæ conſtitutionis vi in prædictos reos procedere potuiſſent per accuſationem,vt ſupra teſtatum fecimus,etiam voluit, vt & per Inquiſitionem poſsēt ſpecialiter factam,cui faciendæ non requiras veram infamiam, ſed qualemqualem, vti obſeruāt in crimine hęreſis. Quę iuxta interpretanda eſt Pontificis mens.

13 *Requiri infamiam, quam vocant clamoſam inſinuationē*, [a] Sic Innocent.in princip.Abb. nu.5.Anania in cap.qualiter,2 de accuſat.Soto de tegendo ſecret.membro 2.q.6.dub.3.pro eodem capiunt. Verumtamen infamia, & clamoſa inſinuatio, licet eumdem operentur effectum,differunt, & tanquam diuerſa ponuntur in dict.cap.qua liter,ibi:*Per clamorem & famā*, & ibi: *Denunciante ſama, vel deferente clamore*,cap. Inquiſitionis,§.1.de accuſat.ibi:*Super quo non laborat aliqua infamia, ſeu clamoſa inſiuuatio non præceſſerit*,vbi Aret.num.3.cap.licet Heli, de ſimonia, ibi: *Per publicam famam,vel inſinuationem frequentem*, reſoluunt Alciat.nu.61. verſ.2. in cap. perniciosam, de offic. ordina. Nauar.in cap.inter verba,concluſ. 6.nu.124.Ex quorum mente (quidquid Salon 2.2.q.69. art. 2. controuerſ.1. differentiam agnoſcens, potius confundat, quam explicet, dum infamiam ad iudicij atteſtationes, inſinuationem verò ad extraiudicialē rumorem refert. Tùm inſinuationis vim violans. Tùm iudicium ad infamiam requirens. Cùm potiùs infamia iudicium pręcedat) infamia eſt quoties legitimus rumor de crimine inter probos, & honeſtos viros ſpargitur, qui veroſimiliter rei notitiam habere poſſunt, gloſ. vlt. iuncto tex. in cap. Inquiſitionis,§.vlt.de accuſat. optime Bart.in l.de minore,§.plurimū, à num.5.ff.de quęſt.Soto de tegendo, membro 2. q.6. Inſinuatio verò clamoſa eſt, quando per plures crimen iudici extraiudicialiter frequenter inſinuatum eſt, ac proinde ad inquirendi

quirendi effectum non eſt neceſſaria legitima, & perfecte probata fama, ex reſolutis per Alciat.dict. nu.61. Sed ſufficit illa extraiudicialis inſinuatio, cap.qualiter,2.ibi: *Sed ſæpe*,de accuſat.Sufficit enim ad Inquiſitionem contra aliquem formandam alterum membrum, ſcilicet infamia, vel inſinuatio prout citata iura expoſcunt, & exponit late poſt alios Farinac. 1.tom.q.9.à principio.

14 Licet autem prędictę locum habeant regulariter in quacunque Inquiſitione particulari, attamē in noſtra ſpecie, ſicut in cauſa hæreſis non eſt neceſſaria fama, vel frequens illa inſinuatio,vt concludit auctor illuſtriſſimus, probant que in cauſa hęreſis Param. de origine Inquiſit.lib.3.q.6. nu.92. & q.7. num.34. & plures alij, quos congerit Farinac. de hæreſibus,q.185.nu.48. Dummodo indicia præcedant. Martin Delrio de diſquiſitionibus magicis,lib.5.ſect.2.verſ.5. Farin. vbi proxime nu.50.

15 Sed magis in ſpecie inſpici oportet, quæ indicia in noſtra materia ſufficiant ad ſolicitantis delati capturam,torturā, & condemnationem. Sed quia de probatione reſpectu condēnationis agit auctor illuſtriſſimus infra q.23.de reliquis in præſentiarum diſputari absre non erit.

16 In qua quęſtione Didacus à Cantera in quęſtionibus criminalib. c. de plena probatione,nu.47. fol. mihi 313. reſoluit vnius fœminę ſolicitatę delationem ſufficere ad ſolicitantis capturam,& torturam. Mouetur, quia quando de ſui natura,nec actu,nec habitu poſſit ſciri crimen,niſi per ſocium, tunc ſufficeret dictum ſocij ad torturam,licet non ſit aliud indiciū, quę fuit opinio Gomez, 3.to.c.12.nu.18. Blanch. de indicijs à nu.378.tradentium in criminibus exceptis dictum ſocij facere indicium ad torturam,etiā ſine adminiculis. Sed hęc opinio communiter reiecta eſt,& contrarium,vt veriorem, & in praxi receptam ſequuntur poſt alios Menoch. de arbitr. caſu 474. nu. 45. & lib.1. de præſumpt.q.89.nu.73.Maſcar. concluſ.158. nu.3. & concluſ. 1312.nu.5. Farin.1. to.q.43. à nn.147. vbi n.150.poſt alios reſoluit idem procedere in crimine hęreſis, & in tract.de hęreticis,q.185.à nu.130.

17 Ad-

17 Aduerto autem, quod fundamentum Canteræ, & pręcedens Doctorum controuerſia verſatur in criminis ſocio, qui cum non ſit integer, cap.in Fidei fauorem de hęret.in 6.mirum non eſt non ſufficere ipſius dictum ad torturam quam legitima indicia pręcedere debent, l.1.l.vnius §.in ea cauſa,l.fin.ff. de q.c.cum in contemplatione vbi gloſ.verb. quęſtionibus, de regulis iur. proſequuntur poſt alios Maſcard. concluſ.1386.à princip.Farin.1.to.q.37.à nu.1

18 Quod procedit etiam in criminibus exceptis Peguera decíſ.17.nu.1. Farinac. q.37.à nu.60. Nos autem agimus de ea, quę ſolicitata fuit, in quam regulariter crimen non cadit, vnde videtur Canterę opinio admittenda, licet falſo, & alieno nitatur fundamento.

19 Verum tamen non placet eius reſolutio, quia receptior eſt ſententia, fœminæ vel mari aſſerenti ſe tentatum, aut ſolicitatum non eſſe credendũ ad torturę condemnationem, vt reſoluit ex alijs Farin.1.tom. q.43.nu.94.neç ad probationẽ Marta.voto 138.à nu.1.Barboſa ad Ord.Luſit. lib.5. tit.13.§. 6.nu.1. Riccius deciſ. Metrop. Archiep.118.nu.5.part.2.

20 Diſtinguendũ ergo erit, quod aut fœmina deferens eſt inhoneſta,& malæfamę,aut honeſta : in primo membro reijciẽda, ne dicam repręhẽdenda eſt,cap.teſtimonium de teſtibus cum ſimilibus.Si vero ſit honeſta, dicatque ſe in confeſſione à confeſſario fuiſſe ſolicitatam, non ſufficit eius dictum, quia ſingularis eſt,non ſolum ad torturam, vt proxime reſoluimus, ſed nec etiam ad purgationem indicendam, vt reſoluit Iacob. Leomiſſę,conſ.55.num.12.volum.1. apud Ziletum, ſequitur Farinac.4.tom.q.147.nu.32.

21 Secundum quos dictum fœminę honeſtę importat tantum pręſumptionem.

22 Quę cum ſit vnica ad torturam non coget ex traditis per Menoch.de pręſump.lib.1. q.89.nu.3. Farinac.q.36.à nu. 219. Dum probant per l.maritum vbi gloſ.verb. à quęſtionibus, & verb.illicite, ff. de quęſtionibus non poſſe deueniri ad torturam per dictum vnius teſtis, niſi ſit omni exceptione maior,aut delictum ſemeplene probatum, quod declarat Farin.de hęreſ.q.185.à nu.130.

23 Cum autẽ pręſumptio

ſit

ſit minus, quam ſemiplena probatio, ex Claro in pract.§.fin. q.20.in princip. Petra de fideicommiſſis q.6.nu.75.

24 Imo & minus, quam indicium Natta conſ. 499. nu.7. volu.3. Roland. conſ.37. à nu. 17.volu.3. Maſcard.de probat. lib.1.q.10.nu.14. Albert.de agnoſcendis, q.36.nu.38. Menoch.lib.1.de præſumpt. q.7.à num.6.Petra de fideicommiſſis q.9.nu.134.

25 Vnicum autem indiciũ non ſufficit ad torquendum, ex doctrina Bart.nu.9. in l.fin. ff. de quęſtionibus, recepti ex Menoch. de arbitr. caſu 270. nu.32.Farin.q.37.nu.43.conſequens eſt dicamus non ſufficere ad torturam.

26 Stante ergo hac contra confeſſarium pręſumptione, ſeu indicio, ſtat tamen pro eo ſacramenti reuerentia, perſonę qualitas, vnde in hoc dubio in confeſſarij fauorem, ſicut in ſigilli fractione, ſi accuſatus confeſſarius neget, reſoluit Abb.& communis in cap. omnis de pœnit.Lap.allegat.94.Henriq. in ſumma lib.6.cap.19.nu.10.

27 Ex hac noſtra reſolutione infertur ex vnius fœminæ quantumuis honeſtę delatione non eſſe confeſſarium in carcerem detrudendum contra Canteram in quęſt.crim.cap.de plena probatione,nu.47.pag.113 eodem, quo Cantera innititur fundamento, docet enim moris eſſe apud fideicenſores neminem incarcerandum, niſi ſufficientes adſint præſumptiones, ſeu probatio ad torquendum; ſatis autem ſupra probauimus in propoſita hypotheſi confeſſarium non eſſe torquẽdum. Ergo nec carcerandus erit. Præcipuè, ſi vera eſt illa ſententia quod nec in cauſa hęreſis, ſit præsbyter incarcerandus ex vnius teſtis delatione ſeu dicto, de quo Simanc. in inchiridion violatę religionis, tit. 25.rubr.de comprehendendis, nu.5.Farin.de hęreſibus, q.185 num.7.

28 Prædicta tamen de latio ad inquirendum erit ſufficiens, Menoch.de præſumpt. lib.1.q. 88.nu.14.Farin.q.37.à nu.25. quod ſi per Inquiſitionem apparuerit confeſſarium leuis, ſeu potius malæ vitæ eſſe, poterit & capi, ac ſubinde torqueri, ex traditis poſt alios per Menoch. nu.6.Farin. n.65.vbi proxime, & quę Mandoſ.ad Lapum, allegat.94. litera R. circa ſigillum fran-

frangentem. Sic intelligo Riccium 3.part.deciſ.collect.549. dum tradit Neapoli ad deferẽtis dictum cõfeſſarium tortum fuiſſe propter ſolicitationis vitium. Nam vt ipſe explicat interuenit Inquiſitio pręcedens.

29 Concludo ergo, quòd licet in hoc crimine, ſicut in quolibet alio occulto, & difficilis probationis ad torquendum Iudex debeat eſſe promptior, quã in alijs, & ideo leuiora ſufficiãt indicia, ex doctrina Bald. in l. quicunque, nu.25.C. de ſeruis fugitiuis, recepta ex Granut. Theoremat.23.nu.15. Farinac. poſt alios, q.37.à nu.150. In criminibus tamen exceptis nõ ſufficit vnus teſtis ad torturã, qui non ſit omni exceptione maior, vt ſupra probauimus, & tradit Peguera deciſ. 17. nu.1. cõmunis eſt Farin.q.37.nu.60.

30 Fœmina autem licet in criminibus occultis & exceptis admittatur, nunquam tamen eſt omni exceptione maior, Burſat.conſ.20.nu.22. Roland. conſ.7.num.12.& conſ.24.nu. 63.volu.1.Hieron.Magon.dec. Lucan.89.num.3. Farin.q.59. num.26. & in materia torturæ q.37.nu.63.

31 Ibi; *Non præcedat infamia*.[b] In gratiam huius quæſtionis, inquiri operæ pretium erit, quare in his fit ſpecialis Inquiſitio abſque infamia, contra cap.qualiter, de accuſat.cap. licet Heli, de ſimonia, cum ſimilibus? dicendum erit prædicta iura ad ius pertinere priuatũ, quoniam infamiam præexigũt ad ius ſingulorum tuendum circa bonitatis præſumptionem, ſecundum quam vnuſquiſque bonus præſumitur, cap. vlt.de præſumpt. cap. ſtote, de regul. iuris.D.Thom.2.2.q.60.art.4. Soto lib.3.de iuſtit. q.4. art.4. quod ius priuatum eſſe conſtat ex regula l.1.§.huius ſtudij, ff. de iuſtitia, ac proinde à partibus remiſſibile cap. 2. de accuſat.in 6.obſeruat Clar.§. vlt.q. 6.nu.9.

Hinc fit merito defendi leges, & ſtatuta, quæ in nonnullis caſibus ob vtilitatem publicã nulla præcedente infamia ſpeciales admittunt Inquiſitiones, præferunt enim priuato bonũ publicum, ſic contra electum proceditnr, c. cum à nobis 19. verſ.is igitur, de elect. Contra teſtes, ſeu tabelliones falſum committentes, contra calumniatores, & id genus alios, de quibus Bart.l.2.§. ſi publico, nu.10.

num.10.ff.ad l.Iuliam,de adulter. Gom.3.tom. cap.1.nu.49. not. 4. contra ſeruos de nece Domini l.1.ff.ad Syllanian.Cõtra officiales publicos in ſyndicatu, Marant.6.p. in princ. nu. 28.quidquid Clar.d.q.6. hunc caſum aliter defendat: & tandem in noſtra ſpecie,pro qua adducitur text. in cap. excommunicamus 13. §.pen. de hæret.vbi omnes,& vltra hic citatos,& ſcholio præcedenti,adde Menoch.conſ.100.nu.67.Cõfirmatur autem noſtri auctoris ſententia ex alia communiter recepta,quod in omnibus enormibus delictis,non eſt neceſſaria præcedens infamia ad Inquiſitionem ſpecialem formandã, ex doctrina Bart. in extrauag. ad reprimendam,verbo,Inquiſitionem, ad medium, verſ. ſed tunc,Gig.de crimine lęſę Maieſtatis, lib.1.rubr. qualiter procedatur,q.9.nu.6.Menoch.cõſ. 100.nu.66. Cephal.conſ.304. volu.3.nu.88.Farin.q.9.nu.15 & de hęreſibus q. 185. nu.48. Cùm in his atrocioribus liceat iura tranſgredi, ex Bald.q.10. in l.obſeruandum, ff.de offic. Præſidis, in quam concluſionẽ allegatur text. in l.1.C. de falſa moneta.

32 Vnde extra crimina enormia infamia pręcedere debet Inquiſitionem ſpecialẽ, cap.qualiter,de accuſat. cum ſimilibus,vt reſoluiſti præcedẽti ſcholio, aut loco infamiæ indicia neceſſaria ſunt,ex Bart.in l.congruit, ff. de offic. Præſidis recepto, vt per Dueñ. regul. 298. limitat.12. Farinac.q.92. num.20.

33 Indicia autem hæc infamiæ loco requiſita non quęlibet, ſed illa requiruntur, quæ infamiam euincant, hinc fit dicta trium, vel quatuor teſtium ad ſpecialem Inquiſitionem non ſufficere licet enim iudicialiter plene conuincant, c.in omni negotio,de teſtibus.

34 Extraiudicialiter tamen ſolùm faciunt iudicium ab infamia longe diuerſum, cap.Inquiſitionis, §.vlt.de accuſat. quod ad inſtituendam ſpecialem Inquiſitionem non ſufficit, d. §. vlt.Nauar.cap. inter verba,concluſ.6. corol. 48. Dueñas reg. 298.nu.1. Sufficiunt tamen ad inſtituẽdam Inquiſitionem ſuper infamia,cap.2.ibi: *Infamia omiſſa Inquiſitione*, de accuſation.in 6.Innocen. in c.licet,de accuſation. communis ex Claro §.vlt.q.6.verſ.ſcias etiam.

35 Quod

35 Quod autem crimen hoc ſit enorme ex eo conſtat, quia eſt depoſitione dignum, imo & degradatione, de quo infra q.24. à nu.7. & à nu.23. Hinc cauebis à Deciano. 1. to. lib.5.cap.29. nu.1. tradente non poſſe in cauſa hæreſis procedi ſine infamia, ſi ſpecialiter contra aliquem inquiratur.

36 *Sub mortali & excommunicatione*, c de quo infra q.20.

37 *Si certus ſit*, d licet ſciat ſe eſſe ſolam ſolicitatam, vt probamus infra q. 10. nu.8. & q.18.nu.13.

38 *Inquiſitione*, e Ducñas reg.298. Martin Delrio, Mag. diſquiſition.lib.5.ſect.2. verſ.5 ad finem poſt Clarum quem citat.

SVMMARIVM.

*Pars negatiua, à nu.*1. *affirmatiua,& reſolutio,à nu.*6

*Inquiſitores an cognoſcere poſſint de his, quæ hæreſim ſapiunt, ſed non manifeſte, num.*3. *& à num.*32.

*Doctores,qui agunt de ſolicitantibus in confeſſione, non excludunt actum proximum, nu.*4. *&* 17.

*Iuriſdictionem alienam vſurpare peccatum,nu.*5.

*Solicitatio ante, vel poſt confeſſionem immediate pertinet ad Inquiſitores,nu.*6.*&* 18.

*Factum, vel in proxime faciendum æquiparantur, nu.*7. *&* 28.*ſic in vindemia, vel proxime,in naufragio, vel naufragij trepidatione, tempore belli,vel proxime, & ſimilia, nu.*19.

*Potentia proxima actui habetur pro actu,nu.*7.

*Deſtinatio habetur pro actu completo,nu.*8.*&* 22.

*Fidei cauſa fauorabilis,nu.*8.

*Frumentum aſportans, et captus in itinere incidit in pœnas cōmiſſi,nu.*8.

*Vicinitas actuum vnum facit, nu.*9 *&* 24.

*Legis extenſio admittitur,ne fruſtratoria diſpoſitio maneat, nu.*10.

*Sacrilegium an detur in ſolicitatione ante, vel poſt confeſſionem,nu.*12. *& à num.*25. *&* 30.

*Sigilli violatio non conſideratur, niſi de peccatis in confeſſione detectis,num.*26.

*Sacrilegiū in quo cōſiſtat, nu.*27.

Con-

*Connexitatis ratione idem conceditur,nu.*28.*&* 29.

*Confeſſor cognoſcens filiam ſpiritualem committit ſacrilegium,nu.*31. *& an hanc circunſtantiam in confeſſione aperire teneatur, num.* 31. *cum ſeqq.*

*Inquiſitores an poſſint cognoſcere in dubio, an ſua ſit iuriſdictio,nu.*13.38. *&* 40.*non cognoſcunt de crimine inceſtus, quod commiſit confeſſor cum filia ſpirituali,nu.*14.

*Solicitatio per epiſtolam, inter nuncios,lenones an ſubiaceat Inquiſitoribus,nu.*15.

*Actus proximus quis dicatur, nu.*20.*non requiritur proximus ad puniendam ſolicitationem,nu.*21.*&* 20.

Leno ſolicitans punitur, licet effectus non ſequatur, nu. 22.

*Conatus qua pœna puniendus, nu.*23.

*Clericus infraganti delicto, & immediatè poſt,capitur à laico iudice,nu.*24.

*Inquiſitores non poſſunt cognoſcere de his,quæ non ſunt hæreſis, vel hæreſis notorium habeant ſaporem, nu.*32.*non cognoſcunt de diuinationibus, & ſortilegijs indiſtincte attento iure,à nu.*33.

*Diuinationes, & ſortilegia per ſe ſumpta non pertinent ad Inquiſitores, niſi ſapiant hæreſim manifeſte,nu.*34.

*Inquiſitores hodie cognoſcunt cõtra omnes ſortilegos, & maleficos nu.*35.

*Inquiſitores cognoſcunt contra ſuſpectos,etiam leuiter de hæreſi,nu.*36.

*Suſpicio hæreſis leuis quæ dicatur ad effectum, vt Inquiſitores procedere poſſint,nu.*37.

*Suſpectus de hæreſi leuiter, vel vehementer quis cenſeatur, nu.*38.

*Inquiſitores in dubio poſsunt cognoſcere, vtrum dictum, vel factum manifeſte ſapiat hæreſim,& vtrum ſua ſit iuriſdictio,nu.*39.*&* 40.

*Inquiſitores ſunt iudices delegati in vtroque foro,nu.*40.

*Inquiſitores non cognoſcunt in dubio an dictum, vel factum ſapiat hæreſim,ſed qualificatores Theologi,nu.*40.

Inquiſitores cognoſcunt in dubio, an ſtatutum laicorum officium ipſorum impediat, nu. 42. *non poſsunt cognoſcere de criminibus,quæ ſapiunt hæreſim, ſed non manifeſte, cognoſcunt tamen contra leuiter ſuſpectum, quod explicatur nu.*43.

Sapere hæreſim manifeſte, vel non quid ſit,nu.44.
Suſpectus leuiter de hæreſi Inquiſitoribus ſubijcitur, & quis talis ſit,nu.45.
Suſpicio hæreſis differt à ſuſpicione facti,nu.46.
Intellectus, cap.accuſatus, §.ſane, de hæreticis contra communem,à nu.47.
Hæreſis omnis manifesta eſt, quia iure diffinita,nu.48.
Inquiſitores poſſunt damnare nouas hæreſeos propoſitiones, & quando,nu.49.
Filiam ſpiritualem cognoſcere an ſit ſacrilegium,& eius circumstantia in confeſsione aperienda,nu.52.cum ſeqq.
Cognatio ſpiritualis ex confeſsione orta euanuit ex Baſilij ſententia,contra, nu.53. & 54.
Inceſtus fornicatio, & adulterium denotant actum in vaſe naturali,nu.55.
Cognatio ex confeſsione orta eſt temporalis ex Aegidio, ſed contra nu.56.

QVAESTIO V.

QVO TEMPORE FIERI DEBEAT SOLICITATIO, vt denunciandi detur obligatio: an neceſse ſit fiat in confeſsione,an ſufficiat fieri proximè ante,vel poſt?

1 Negatiua pars videtur efficaciſſimè probari, primò,quia per Pauli V. commiſſionem tantùm de ſolicitãtibus cognoſcere poſſunt Inquiſitores. Verum ipſe Pontifex ſic ait: *Sacramentali confeſſione abutentes, & mulieres pœnitentes, dum earum audiunt confeſsiones, ad actus inhoneſtos prouocantes*, pertinere ad Inquiſitores. Sed non abutuntur cõfeſſione ante vel poſt ſolicitantes, nec mulieres prouocant, dum earum confeſsiones audiunt. Ergo non ſubdi videntur Inquiſitoribus: cum fœminæ maximè ante, vel poſt confeſſionem,nec ſint, nec dici poſſint pęnitentes,confitentes,ſeu pęnitentiæ actum exercentes. Vim maximè facit vox, *audiũt*, ex quà pro genuina ſignificatione pręſens tempus intelligas.

2 Secundò, quia propterea

In-

Inquiſitorum cenſuræ ſubijciũtur ſic peccantes, quòd de Sacramentis malè opinari, illiſq; iniuriam facere videantur. Sed ante, vel poſt confeſſionem ſolicitantes, nullam Sacramentoq faciunt iniuriam; cum ſaltẽ per ſuam partẽ (eo modo, quo res ſucceſſiuè exiſtunt) ante cõfeſſionem ſimpliciter nondum ſit, nec extet Sacramentum, nihilquè iam extet poſt abſolutionem. Ergo nec iniuria fit, nec ſacrilegium, quæ digna ſint ſancti Officij animaduerſione.

3 Tertiò, Nauar. lib. 5. conſiliorum edict. 2. conſ. 2. de hęreticis, incipit, vtrum Inquiſitores nu. 4. illud afferit cõcluſionem recipi receptiſſimam, non poſſe Inquiſitores cognoſcere, niſi de peccatis hęreſis, vel hęreſim manifeſte [a] olentibus. Quod adeò recepit, gloſ. c. accuſatus, §. ſanè, verb. manifeſtè, de hęreticis lib. 6. ibi recepta per Ioannem Andream, Dominic. Franc. & alios, vt doceat, non ſufficere in dubio noſſe an crimen hęreſim ſapiat, necne, ſed requiri, vt manifeſtè ſapiat, quò poſſint Inquiſitores cognoſcere. Ergo ſaltem excitato dubio, an iuriſdictio ad ſolicitationem extendatur factã ante, vel poſt confeſſionem, minimè ad Inquiſitores deferetur de delinquentibus.

4 Propterea Ludouico Lopez videtur [b] hęc probari opinio inſtructor. conſcientię p. 1. c. 35. §. at hic iam. Qui ait, caſus pertinere ad Inquiſitores, quando confeſſor intra confeſſionem fęminam ſolicitat. Adhęrere videtur Sanch. lib. 7. de matri. cap. 55. in principio, quatenus docet eſſe Inquiſitorum talium delictorum cognitionẽ, quando confeſſarius vtitur cõfeſſione, tanquam medio ad libidinem, in ipſaquè confeſſione ſolicitat pœnitentem.

5 Vnde iuxta prędict. opinionem, grauiter peccabunt fęminę, ſi ante, vel poſt confeſſionem ſolicitationem factam ad Inquiſitores detulerint; cum graue ſit peccatum peccata proximorum abſcondita non iudicibus reuelare: cum confeſſarij boni eſſe debeant ob ſe, & benè audire ob alios, vt ait Auguſt. cap. non ſunt audiendi 11. q. 3. & cap. nolo 12. q. 1. Peccabunt in ſuper Inquiſitores, ſi ex tali denunciatione procedant, quia vſurpare alienam iuriſdictionẽ ex ſuo genere mortale peccatum eſt. D. Thọ. 2. 2. q. 60. art. 6

receptus, vt per Nauar.d.conſ. 2.de hęreticis nu. 4. & notatur l.vlt. ff. de iuriſdictione omniũ iudic.

6 Hęc tamen eſt concluſio. c Ante, vel poſt confeſſionem, in confeſſionis ipſo loco, vel in altero facta ſolicitatio, pertinet ad Inquiſitorum cognitionem, atque fœminę tenentur in foro conſcientię, & ſub excommunicatione rem Inquiſitoribus aperire. Ita expreſsè docent Henriq.in ſum.lib.6.c.17. nu.4.littera L. Frater Emanuel Rode.ſumm.c.207.nu.1. aliàs 204.119.aliàs,in quo cap.de luxuria agit, clarius idẽ docuit 1.tom. regul.q.59.art.4. verſ. vnde iuſtiſſimè, & 2. to.q.27. art.1.ad fin.& art.2.ad med.atque, art. 3. in princ. Paramus d.q.10.nu.90.eſſeque S.Officij ſtylum, & communẽ vſum tradit idẽ Param. nu.116. & 119. vbi refert Ledeſm.in additionibus ad tertiam partem q. 56. art.2.concluſ.1.ſic opinantem. Quę veriſſima eſſe mihi rogatus reſpõdit D.Franciſcus Suarius.

7 Probatur primò, quia id habetur pro facto, quod proximè faciendum eſt, atque ęquo iure cenſetur eſſe factũ aliquid, vel in proximè faciendum, d vt tradit Bart. per textum illum in l. penult.ff. de militari teſtamento, vbi Bald. ipſum liquat, qui ait: propinqua potentia actui habetur proactu. Quod etiam dicit in l. ſi impuberi nu. 2.ff. de tutoribus, & curatoribus. Ripa nu.57.in l.admonendi, ff.de iureiurando, Paramus refert multos d. num.34. quos vltra, Tiraq. vide omnino poſt connubiales leges,gloſ.2.à nu. 2. cum perditũ habeatur quod ſtatim perdendum eſt, gloſ. in d.l.pen.verb.confeſtim. Ergo pertinente ad Inquiſitores inter confeſſionem facta ſolicitatione, & pertinebit eadem ratione quę ante, vel poſt fiet.

8 Secundò, quia pro actu completo habetur deſtinatio ſecundum Feli. cap. cum adeò de reſcriptis nu.2. & 4. Et tradit poſt multos Paramus num. 38. Quę doctrina procedit maxime in fauorabili cauſa, vt poſt Alexan. ait idem Param. nu.39. ſed fidei cauſa fauorabilis eſt,vt patet ex Clem. ſępe de verborum ſignificatione Simanc. poſt alios de Catholic. cap.40. nu.30. Cum ſolicitatio igitur iuris ſit Inquiſitorum, ne abeat impunè talis ſolicitatio, valebit in ea prędictus canon.

cum

cum conatus maximè,& proceſſus ad maleficium pro impleto habeatur e maleficio,vt elicitur ex textu in l. is, qui cum telo, C.ad legem Cornel. de Sicarijs,& ex l.1.§.Diuus Adrian.ff. eodem: Vltra alios Menoch.de arbit.caſu 360.nu.59. Atque à ſimili confirmatur, quia iuxtà ſententiam communem apud Clar.§.fin.q.82. ſtatut.7.nu.8. verſ.pone,quod ille;Si quis cōtempta Luſitana lege, quæ vetat aſportandas merces extra Regnum in itinere comprehendatur reus, etſi neq; extra Regni fines, poterit tamen acerrimè vexari.Ergo ſimiliter in noſtro caſu.

9 Tertiò,quia vicinitas factuum ante, vel poſt vnū facit, & eundem actum, eandemque diſpoſitionem,ratione contextualitatis, & ſimilitudinis iuxta textum in cap.officij,§. nos autem de electione, l. ſi ventri, §. in bonis. ff. de priuilegijs creditorum. Atquè igitur de his actibus, ac ſi eſſent vnus, vnum fit iudicium per l.cum antiquitas, C.de teſtamentis, ac iuxta doctores, quos citat Paramus nu. 43. Quo in auctore ſupradicta omnia videbis diffuſiùs.

10 Quod vltrà aduertendum eſt, talem hanc opinionē optimè ſuaderi, ſi incommodis proſpiciatur. Qui enim reperies confeſſarium,qui ita æſtuet libidine,ita præceps ſit,& effrænis, imò ita ſtultus,vt in ipſo confeſſionis actu fœminam ſolicitet? Solicitabit quidem ante, vel poſt, ne ad tribunal reus veniat Inquiſitorum, atque præterea ſummi Pontificis conſtitutio ſēper fruſtrà erit. Quod argumentum in iure validiſſimum eſt ex multis,quæ tradit Euerard.in centurijs, loco 8. Facitq; communis doctrina,vt etiam in onerosis legibus,ne omnino, vel penè fruſtrētur, neceſſaria fiat extentio, argumen. tex. in cap.ſi ciuitas de ſententia excommunicationis lib.6.vt ex illo textu colligit Nauar. in ſum. cap.27. nu.51.ante finem. Couar.3.variarum cap.3.nu.9.verſ.5.Quia ſemper prudenter lex facta habetur, vt optatum cum vtilitate finem obtineat, Atqui hoc idem in lege præcipuum eſt, quæ in religionis,& Sacramenti venerationem, animarumq; ſalutem ſancitur; quæ omnia noſtræ conſtitutioni conueniētiſſima ſunt.

11 Neque nobis retinentibus hanc talem opinionem pro con-

contraria parte reluctabuntur adducta fundamenta. Sic autē ad primum reſpondetur: non obſtare illa verba? *Vt Sacramēto pœnitentiæ in ſacramentali cōfeſſione abutantur:* tùm quia illic ſummus Pontifex factum refert; ob idquè ſub communi vſu, quo tale factum frequentiùs obuenire ſolet, verba ſubintelligenda ſunt. Frequentiùs vero hoc modo committi ſolet peccatum, ad confeſſionem proximè, ſub eius initio, vel fine. Tùm præterea, quia in aliquo actu illud moraliter fieri dicitur, quod proximè, & ferè concomitanter cum illo fit: maximèque ſi ſub eius fiat amictu, & prætextu, vt hic eſt, & nos ſuprà probatum fecimus.

12 Ad ſecundum autem fatemur, niſi in actu confeſſionis, non dari ſacrilegium g iuxta ea, quæ affert Henriq. in ſum. lib. 6 cap. 19. nu. 8. atque ex Suarez colligitur de pœnitentia, diſp. 33. ſect. 2. & 3. Veruntamen ob adductas rationes neceſſario extendi debere conſtitutionē, quæ in ſolicitationem fertur, ante, vel poſt confeſſionem factam. Cum enim Sancti Officij inſtructionis diſpoſitio inſtructa ſuper hanc rem confeſſariū ad venerea pœnitentem prouocantem ſuſpectum de hęreſi declarare videatur, potuit & ſimiliter confeſſarium ſuſpectum habere, ante, vel poſt confeſſionem proximè ſolicitantem. Cū paria ſint, in confeſſionis actu, vel incontinenti ante, vel incōtinenti poſt aliquid fieri. Ex ſupradictis regulis, de quibus latè Tiraq. de cōuention. retract. p. 2. §. 1. gloſ. 4. & gloſ. 5. nu. 25. in terminis poſt alios tradit Paramus d. q. 10. nu. 44. & 45.

13 Ad tertium reſpondeo, toties Hiſpaniæ Inquiſitionum vſum nos certos reddere ſine controuerſia, talem hunc caſū ad ſanctum Officium pertinere, ac de illo poſſe Inquiſitores cognoſcere. Cum maximè ſententia, h gloſ. in dict. verb. manifeſtè, verum non cōtineat, quia probabilior eſt contraria opinio, vt per Imol. cap. 1. de officio delegati nu. 8. & poſt alios tradit Felin. ibidem nu. 17. verſ. ſeptima eſt. Arelatan. de hæreticis notab. 3. eſſeque praxi, & vſu receptum affirmat poſt plures Simanc. de Catholicis, cap. 30. nu. 21. Ac poſt Cardinalem Iaſon nu. 6. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus, qui communiter reprobari teſtatur dictam gloſ.

14 Ad-

14 Aduertimus tamen, non licere Inquiſitoribus de incæſtus crimine i Inquiſitionem facere, quod cum filiabus ſpiritualibus habuere confeſſarij, quorum peccata excepere per ſacramentalem confeſſionem, quoniam tales fœminæ neque in confeſſionis actu, neque proximè ſolicitantur, verum poſt longum à confeſſione tempus: quod eleganter docet Nauar. conſ. 2. de hæreticis: incipit, *Vtrum Inquiſitores* per totum, & poſt Emmanuel Rod. tradit Paramus d.q.10.nu.91. Etſi ibi Nauar. immeritò arguat, putãs longe aliter cenſuiſſe ſapientiſſimum ſenem, ſequitur Iacob. de Graphijs ſic intelligendus, in deciſ.p.1.lib.2.ca.48.nu.16.

15 Similiter nec ille confeſſarius Bullæ pęnas incurrit, qui ſpirituales confeſſionis filias literis amatorijs, lenis, & internũtijs ſolicitat, cum talem in actu confeſſionis nullo modo ſolicitare dicas. Nec cõtra ſtat Graphij conſ. 1. de cognat. ſpirit. à nu.37. dum aſſerit taliter ſolicitantes eiſdem pęnis adſtringi, ſicut & illis adſtringuntur qui in confeſsione ſacramentali fęminas ſolicitant. Namque id pro reſponſione moneo, pręfatum auctorem ſolùm loqui iuxta terminos caſus, de quo agit: qui caſus Neapoli (vbi Pœnitentiarius maior ille exiſtit) indiſtinctè reſeruatur. Caſus autẽ reſeruatus ecce eſt. *Confeſſarius qui filiam ſpiritualem in confeſſione, ſiue extra confeſſionem ſolicitauerit, ne poſſit deinceps confeſſiones audire: imò ipſo iure, licentia, quam ad munus iſtud exercendum illi erat conceſſa, manet inualida:* Verum in noſtræ Bullę terminis, abſolutè omnis ſolicitatio minimè reſeruatur: ſed illa ſolùm quę in ipſo confeſsionis actu committitur. 16. Ibi, *Manifeſte*, a vide infrà à num. 45.

17 Ibi, *Videtur*, b Doctores, quos auctor illuſtriſsimus allegat, non excludunt proximum confeſsioni actum, cùm non phiſico, ſed morali modo ſint intelligendi, vnde auctor recte, verbo, *videtur*, vtitur, ſicut nec bulla illum excludit, ex relatis nu.6. Sic Henriq. lib.6. cap.10. §.2. litera H. meminit tantùm clerici in confeſsione ſolicitantis, & tamen lib.4. cap.14. §.4. ad fin. lib.5. cap.10. §.11. litera T. li.6. c.17. §.4. litera L. & cap. 23. ad fin. addit. *intra, prope, aut circiter*. Probaturque noſtra

ſtra aduerſio, ſi Sanchez lib.7. de matrim.diſp.55. nu.1. & 2. ponderetur. nam nu.1. dixerat ad fideicenſores pertinere cognitionem cõtra Sacerdotem, qui in confeſſione pœnitentem ſolicitat, nu.vero 2.agit, quãdo extra confeſſionem filiam ſpiritualem cognoſcit, quẽ caſum, vt opponat, ſic declarat: *Quãdo non accipitur confeſſio, vt medium ſed multo tranſacto tempore Sacerdos rem habet cum fœmina, cuius aliquando confeſſionem excepit*, vides, quod in priori membro comprehendit etiam actum confeſſioni proximum, vt à poſteriori diſtinguatur.

18 Ibi: *Concluſio*, [c] Eamdem ſententiam aperte ſequuntur Henriq.in loc.cit.nu.17.Fr.Petrus de Ledeſma de pœnit.cap. 19.ſub concluſ.6.fol.327. alias 264.ibi: *En la miſma confeſſion, ò proximamente à la confeſsion.* Iacob.à Graphis conſ.1.nu.29. ad medium, de cognat.ſpiritua li.Fr. Franciſ. Ortiz in ſumma ſummarum, c.24.nu.11. Viualdo in Candelabro 3.p.tit.de irregul. ſub nu.62. verſ. vltra pœnas, fol.mihi 87.Baſil.de impedim.matr. cap.24. §.2. verſ. ſed quid dicendum. Benedictus Aegidius Luſitanus citans illuſtriſſimum in tract. de iure & priuileg. honeſtatis, art.11.nu. 19. Colẽdiſſimus Card.D.Balthaſar Moſcoſo de Sandoual Epiſcopus Giennenſis en la inſtruccion de Curas, cap.17.§ 5. qui noſtrum illuſtriſſimum authorem commendat, & ſic per Clement.VIII. declaratum fuiſſe refert Aloyſius Ricciusin praxi fori Eccleſiaſt. deciſ.369. nu.1.

19 Ibi: *Factum aliquid, vel in proxime faciendum*, [d] ſic illud dicitur factum tempore vindemiæ, quod factum fuit parum ante vindemiam, vel potius in vindemiæ pręparatione, l.diuortio, in princip. verſ. neq; enim, iuncta gloſ. verb. vindemię, ff. ſolut. matrim. vbi notat Bald. col.2.& Alex. Sic & Pędius ait poſſe etiam dici (ad pœnam incurrendam contra rapientem ex naufragio) ex naufragio rapere, qui cum non dum naufragium fiat, in ipſa trepidatione rapiat, l.4.ff. de incẽdio, ruina, exornãt Rom. conſ.301.nu. 8.vbi bona additio, Boer.deciſ. 249.à num.6.Tiraq.de retract. tit.2.§.1. gloſ.5. nu.6. Valaſc. de iure emphyt.q.27. num.13. verſ.rurſus, reſoluentes idem dici fieri tempore belli, quod in

belli

belli trepidatione, ſeu immediata pręparatione, quod ad varios iuris articulos conducit, prout proxime citati ad praxim vtilia deducunt.

20 Sed adhuc manet dubium, qualis dicatur actus proximus: in quo reſoluendum eſt illum eſſe proximum, qui immediatus fuerit, quo ſuppoſito alterius ſequitur continuatio, argu. l. tria prędia, l. qui cella, §. in ruſticis, ff. de ſeruitut. ruſticorum pręd. notat Bald. conſ. 356 volum. 1. & ita in noſtra ſpecie ille actus dicetur confeſſioni proximus, inter quem, & ipſam confeſsionem non poteſt alius magis proximus dari: ſicut proxima ea dicuntur, quæ immediatè contingunt, l. ait prętor, 1. §. æſtas, ff. nequid in flumine publico. Proximus in ſucceſsionibus, quem nemo præcedit, §. hoc quoque de ſucceſ. feud. Vel erit proximus, quod in idē reincidit, quando confeſſor ad extraneos actus non diuertit Param. q. 10. num. 47. lib. 3. Ac proinde, ſi poſt abſolutam mulierem confeſſarius ad extraneum alium actum diuertat, quamuis eam ſtatim ſolicitet, incontinenti ſolicitaſſe non dicetur, ac per conſequens hæc conſtitutio locum nō habebit, vt reſoluit Aegidius de iure & priuileg. honeſtatis, art. 11. nu. 19. poſt illuſtriſsimum, quem allegat. Sic in atrocioribus, vt puniatur conatus, non ſufficit tractatus, ſed neceſſe eſt, vt dicatur peruentum ad actum proximū, vt ſequatur inſultus, vel offenſio, deducit multa Farin. conſ. 4. nu. 7. litera M.

21 Aduertas tamen notabiliter, quod licet reſpectu tēporis, in quo ſpecialiter ſacramenti circumſtantia & irreuerentia requiritur, proximus deſideretur actus; attamen ad puniendā ſolicitationem non eſt neceſſarius proximus conatus, ſed remotus ſufficit ex l. vnica, C. de raptu virgin. reſoluit Menoch. de arbitr. caſu 359. nu. 33. quæ reſolutio ad materiā quęſtionis ſeptimę optime conducit.

22 *Conatus pro impleto habetur*,[c] ſic ſolicitans leno, etiam quod lenocinium effectum nō habuerit, punitur ex Petro Caballo tract. crimin. tom. 1. centur. 2. caſu 171. nu. 15. non tamen ordinaria lenocinij pœna, ſed extra ordinaria ex Gom. l. 80. Taur. nu. 74. Petr. Greg. ſyntagm. lib 36. cap. 11. num. 6. ad fin. Menoch. caſu 534. num. 48.

Farin. q.144. nu.33. Cabal.d. nu.15.quod probat text.in l.1. §.fin.ff.de extraordinar. criminibus:quo pacto conciliari poſſunt, Bertachin. & alij relati, & reprobari per Farin. d. q. 144. num.34.

23 Quando verò, & in quibus caſibus conatus puniri debeat ordinaria,vel extraordinaria pœna, conſulendi ſunt Anton. Gomez 3.tom. cap.3. nu. 30. Couar. omnino vidēdus in clem.ſi furioſus,2.p.in princip. à nu.6.Menoch. de arbitr.caſu 360.à num.1.Decian.tract.crimin.tom.2. lib.9. c.29. à princip.Farin.tom.4.q.124.à nu.1. Petr.Caballus 1.tom.cap.27.à princip.

24 *Vicinitas actuum ante vel poſt vnum facit*,[f] vnde ſicut clericus in fraganti delicto à laico iudice capi poteſt, c.ſi iudex laicus,de ſentent.excommunication. in 6. ſic etiam capitur immediatè poſt delictū, ex Bernard. de Plotis apud Ziletum conſ.133.nu.22. ad fin.tom.1.

25 *Niſi in actu confeſsionis non dari ſacrilegium*, [g] imò ſacrilegiū dari, quando ſacerdos ante vel poſt immediatè ſolicitat, conſtat ex fundamentis, de quibus hac quęſt.à nu.7.

26 Nec obſtat, quod violatio ſigilli non conſideratur,niſi de peccatis intra ſacramentalē confeſsionem detectis, ex Henriq.& Suar.ab auctore citatis, quia aliud eſt frangere ſigillum ſacramentale,aliud ſacrilegium committere,quod confeſſor cō mittit, dum irreuerenter circa illius ſacramenti adminiſtrationem ſe gerit, tam etſi nō intra, ſed immediatè,& circiter in loco, & adminiſtrationis tempore impudicitiam exerceat.

27 Cum ſacrilegium conſiſtat in rerum ſacrarum irreuerentia D. Tho. receptus 2.2.q. 99.art.1.in corpore.

28 Factum namque concernit non ſolum actum, in quem dirigitur, & diſponitur, ſed antecedens, & ſubſequens immediatum,pulcher tex. in l.cum pater 30. ff. de negotijs geſtis (ſi ſpiritualem, & carnalem æqui pares natiuitatem) vbi actio tutelę pro filij naſcituri tempore conceſſa compręhendit ſubſequens, & antecedens natiuitatis immediatum tempus, ibi: *Si natus fuerit poſthumus,tutelæ erit actio, & in eam vtrumque tempus veniet,et quo, antequam naſceretur infans, geſſit,et quo poſtea quā natus ſit.*

29 Ra-

29 Ratione namque cõnexitatis, & immedietatis idem concedi reſoluit Azo in Brocard.rubr.90.alias 98.nu.2.

30 Si enim prohibitio vtrũque comprçhendit latus, & in ipſo Sacramenti actu datur ſacrilegium, dabitur & inutroq; latere, ex eo quia ex prohibitione propter Sacramenti reuerentiam in hac ſpecie conſtituta reſultat ſacrilegium, vt docet Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 55. nu.3. atq; ita cõmitti in hac ſpecie ſacrilegium tenet expreſſe Sanchez vbi proxime nu.1.iunctis reſolutis per meſu pra nu.17. Imo & illuſtrisſimus auctor idẽ tenet q.24. nu. 2 & 6.& Param.lib.3.q.10.nu. 3.& 119.poſt Ledeſm. quem citat Vitorel. ad Sa. verb. cõfeſſio,nu.25. Luſius in sũma,cap. 24. nu. 11. Graphis conſ.1. nu. 28.de cognat.ſpirit.Quod ſi ſolicitatio Sacramentum ſubſequatur, nulla erit dubitatio, quando quidem & ſacrilegium committit ſacerdos cognoſcẽs filiam ſpiritualem, de qua agimus, multo tranſacto tempore poſt confeſſionem ex reſolutis per Sanchez d.diſp.55.à nu.3.

31 De quo latius additio, noſtra infra nu.50. cum ſeqq.

32 Quãdo Inquiſitores poſſint cognoſcere de criminibus quę manifeſtè ſapiunt hęreſim, confunduntur ſcribentes: tres ergo conſtitue concluſiones, prima ſit Inquiſitores ex vi cõmiſſionis contra hęreticam prauitatem nõ poſſunt cognoſcerẽ de his, quę non ſunt hęreſis, vel notorium non habeant hęreſis ſaporem. Probatur concluſio, Inquiſitores nec debent, nec poſſunt ſeſe ingerere, niſi de negocijs Fidei, hoc eſt, quę probata concludunt errorem contra Fidem, cap.accuſatus,§. ſane, de hęret. in 6. ſed huiuſmodi ſunt ea tantum quę vel ſunt hęreſes, vel proxime accedunt ad hęreſim,& illam ſapiũt manifeſtè non alias d.§. ſane, cum ſequentibus.

33 Vnde ea,quę aliquod hęreſis veſtigium prçſeferunt, vel hęreſim aliquo modo ſapiunt, ſed non manifeſtè, ad Inquiſitorum cognitionem proculdubio non pertinent, vt conſtat ex diuinationibus, & ſortilegijs, quorum exempla adducit Pontifex in d.§. ſane, hęc enim non ſunt hęreſes, habent tamen qualemqualem hęreſis ſaporem: quia ſunt opera dęmonis, cuius auxilium inuocatur, & cum quo ſaltem

tem tacitum pactum celebratur cap.1.26.q.4.D.Tho.2.2.q.95 art.2.ad 2.& plures per Simāc. de catholicis,cap.21.nu.9. per quę ad gentilium errorem maxime acceditur cap. 2. 26.q.5. ſaporemq; hęreſis prę ſeferunt, cap.non obſeruetis,26.q.7.ibi: *Qui talibus credunt,ſciant ſe Fidem Chriſtianam,& Baptiſmum prauaricaſſe,& vt paganum,& apoſtatam,ideſt retro abeuntem, & Dei inimicum iram Dei grauiter in æternum incurriſſe*. Nō tamen ex eo cognitio Inquiſitoribus competit, d.§.ſanè, vbi non bene Pontifex dubitaret, an ea pertinerent ad fidei cēſores,ſi nullus in eis hęreſeos ſapor reperiretur.

34 Inde inferes diuinationes, & ſortilegia per ſe ſumpta, etiamſi pactum expreſſum, vel tacitum cum dęmone interueniat,ſuper his,quę ab ipſis effici poſſunt, cuius modi eſt reuelatio eorum, quę nobis ſunt occulta,cap.ſciendum, 26.q.4.nō pertinere ad Inquiſitorum iuriſdictionem,ſi nulla detur aliūde admixtio hęreſis veluti dęmonis adoratio, aut manifeſtus ſapor illius inducatur, veluti ſi conſulatur ad ea, quę ipſe per naturā ſcire nequit,glo.d.verb. ſaperent ſic intelligenda cum reſolutis per Caſtr.lib.1. de iuſta hęret.punit.c.13. Simāc.de Catholicis,cap.21. à nu.10. & cap.30.à nu.14.poſt D.Tho.2.2.q.95.art.2. Griland. de ſortilegijs q. 10. nu. 19. Villadiego q.9.à nu.6.& relati ꝑ Emanuel Barboſ.in addit.ad Ordinat.Luſitan.lib.5.tit.3.§.1.nu.1.& 4. Vnde cauebis à varijs exemplis Simanc.d.c.21. à nu.11.& nu. 15.in quibus indiſtinctè iuriſdictionem Inquiſitoribus concedit,& nu.10.violat,& interpretatur tex.in d.§. ſane agere, de ſortilegijs, & diuinationibus, quę fiunt ex ſimplicitate,non verò ex malitia.Melius ergo Oldr.conſ.210. Pōzinibius in tractat.de Lamijs, nu.81. Malleus malefic.3.p.q.1.verſ. & ꝓpter. Farin.de hęreſibus,q.181.à nu. 91. noſtram amplectuntur cōcluſionem.Quidquid contradicant Fr.Barthol.Spin.apolog.3 in Ponzinib. cap.vlt. & Martin Delrio lib.5.de magia, ſect.15.

35 Hodie tamen Inquiſitores ex Pontificijs conſtitutionibus cognoſcunt contra omnes ſortilegos, & malefic. Azor inſtit.moral.1.p.lib.9.ca.26.q.4. Farin.d.q.181.nu.101. Sāchez in ſumma,lib.2.cap.38. nu.92.

De

De qua materia congerit plures Barboſ.ad Ord. Luſitan.lib. 5.tit.3.§.2.nu.4. Adhuc tamen puto,quod ſi ſortilegia, diuinationes, & maleficia hęreſim nō ſapiant manifeſte,locus erit pręuētioni inter laicos,Epiſcopos, & Inquiſitores, iuriſdictioque Inquiſitorum accumulatiuè cēſeatur,quo pacto defendi poteſt opinio Mallei malefic.3.p.q.1. verſ.ſed quod cum ſeqq. Dum tradit crimen hoc ad laicos iudices pertinere,licet hęreſim cōtineat,& de vſu,& praxi iudicū laicorum teſtantur Gregor. de Valentia ad D.Tho.2.2.diſp.6. q.13.punct.4. verſ. & quidem, Caball.2.tom.reſolut.crim.cētur.3. caſu 223.nu.71. Intelligēdi.n.ſunt quoties in his ſortilegijs & maleficijs nō admiſcetur idololatria, aut manifeſtus hęreſis ſapor ineſt.

36 Secunda concluſio. Inquiſitores ex vi commiſſionis contra hęreticam prauitatem poſſunt, & debent ſe ſe intromittere contra ſuſpectos de hęreſi.Non ſolùm vbi vehemens, ſed etiam vbi leuis eſt ſuſpicio, cap.cōtumacia, cap. accuſatus, in princip.cap.vt officium,in princip.de hęret.in 6.

37 In quo illud meminiſſe oportet dici leuem, & modicā ſuſpicionem in propoſito per comparationem ad vehementem. In ſe tamen notabilis eſſe debet iudicis arbitrio, gloſ.1.in c.excōmunicamus, 1.§.qui autem,de hęret. Hoſtienſ.in ſumma,tit.de hęret. §. qualiter,nu. 4. verſ.ſin autem, iuxta quòd explicandi ſunt Squillac.de Fide, cap.36. Boſsius in pract.tit. de hęret.nu.6. Simanc. de Catholic.cap.50.nu.27. Rojas de hęret.2.p.nu.20. & num.180. Arelat.de hęret. notab.27. Farin. de hęreſibus, q.187. à nu. 23.Dum tradunt in hoc crimine poſſe procedi contra quoſcūque, pro quauis etiam leui ſuſpicione. Nam ſuſpicio in ſe minima ſufficere non debet in hoc grauiſsimo crimine,in quo cautius eſt agendum, cap.vt officium, §.verum, de hęret.in 6. iunctis reſolutis per Villadiego de hęret.q.11.nu.4. Rojas 2.p. nu.18. Aduertunt in ſpecie Simāc.de Cathol. cap. 50. à nu. 28.Decian.1.tom.lib.5.cap.35 nu.29. Azeue.l.7.tit.20.nu.82 lib.8.recopilat.Nauarr.conſ.1. nu.8.de hęret.in 2.edit.conſ.2.

38 Quis autem leuiter, vel vehementer dicatur ſuſpectus, vidēdi ſunt Alber.de agnoſcēd.

q.34.nu.46.Simãc.de Cathol. c.50. à nu.24. & relati per Farin.d.loco.

39 Tertia concluſio. Inquiſitores in dubio poſſunt cognoſcere, vtrum dictum, vel factum manifeſte, vel non ſapiat hęreſim, ad ſuam iuriſdictionem fundandam. Probatur concluſio, quoniam quicunque iudex poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio in caſu, de quo agitur quando dubium vertitur, vtrũ in ea ſpecie ad ipſum pertineat cognitio, ex reg.l.ſi quis ex aliena, ff.de iudicijs, quęçque procedit in iudice delegato, c. ſuper literis, ad fin. vbi Felin. à nu. 18. de reſcript. l. pręſcriptione, C. ſi contra ius. Gracian. reg. 123. à princip.

40 Cùm ergo Inquiſitores ſint iudices delegati in vtroque foro, cap. ne aliqui de hęret. in 6. Henriq. in ſumma, lib.6.c.7. §. 3. Sanchez in ſumma lib.2. cap.12. à nu.1. omnino videndus, vbi agit, vtrum hęc facultas competat etiam in ſolo pœnitentiæ foro, de quo latiùs infra q.21. à nu.15. & in eis non reperiatur limitata regul. dict.l.ſi quis ex aliena, oporteatque verificare qualitatem, in cuius euentum eis iuriſdictio competit, poterunt proculdubio de ea qualitate cognoſcere contra gloſ.verb.manifeſte, in cap. accuſatus, §. ſane, de hęret. lib. 6. à nonnullis ſecutam, communiter tamen reprobatam ab alijs, vt per noſtrum auctorem in pręſenti, atque ita hanc concluſionem tenet repertor. Inquiſitor. verb. hęreſis, col. 4. verſ. vlterius, & col. 5. verſ. item quæritur, Franciſc. Leon in Theſauro fori Eccleſiaſtici cap. 36. nu. 19. verſ. Sed quando, Caballus reſolut. crimin. 2. tom. centur. 3 caſu 223 nu. 73. Pegna cõmẽt. 67. ad fin. ad direct. p. 2. Martin Delrio de magia lib. 5. ſect. 15. axiomat. 1. in fin. quem vide.

41 Nec placet diſtinctio Decia. tom. 1. lib. 5. c. 23. nu. 9. dũ ait Inquiſitoribus licere extraiudicialiter cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio non vero iudicialiter, quę diſtinctio per ſe confunditur ex ſupradictis, quo etiã pacto explicabitur alia eiuſdẽ diſtinctio d. cap. 23. nu. 1. tradentis Inquiſitores non poſſe cognoſcere in dubio, an dictũ, vel factum ſit hęreſis, vel non, poſſe tamen cognoſcere, an ſit hęreſis manifeſta, vel nõ. Nam prior illa cognitio pertinet ad Theologos qualificatores Martin

tin Delrio de magia lib.5. ſect. 15. axiomat.1. ad fin. quod & intendit Pegna ad direct. 3.p. comment.67.ad fin.& inde obſeruabis lapſum cõmunis, quę dum docebat Inquiſitores non poſſe cognoſcere, an factũ vel dictum ſapiat hęreſim, vel nõ, vt verum eſt; prępoſtere inferebant id prętoribus(quaſi in dubio poſſeſſoribus, dum manifeſte contrarium non conſtat) cõuenire, cum potius neutris,ſed qualificatoribus cognitio competeret.

42 At cõcluſionem noſtrã confirmat aperte, text. in cap. ſtatutum 9. de hęret. in 6. vbi Inquiſitores cognoſcunt,an ſtatuta laicorum impediãt, vel retardent ipſorum Inquiſitorum officium,ac proinde ſicut in eo dubio ſic & in hoc, & alijs erũt iudices competentes, ita vt ad illud tribunal competat cognitio,vtrum factum,vel dictum ſapiat hęreſim,vel nõ,& ſi ijdẽmet Inquiſitores ſint etiã Theologi, de eodem dubio poſſunt cognoſcere, ſi vero iuriſperiti, ad qualificatores,vt pote Theologos erit ea prouincia demandanda, ex ipſius ſenatus commiſsione, cum vtrique eiuſdem tribunalis ſint miniſtri.

43 Iuxta quas concluſiones, Inquiſitores, non poſſunt cognoſcere de criminibus, quę ſapiunt hęreſim, ſed non manifeſte d.§.ſane,cognoſcunt tamẽ contra quemcunque leuiter de hęreſi ſuſpectum d.cap.accuſatus in princip. cum alijs de hęret.in 6. & in eo ſtat differẽtia, quod in priori membro licet plane probetur factum, vel dictum,non tamen ex illis certa reſultat hęreſis, ſed ex circumſtantijs aliquo modo,vel manifeſtè ſapit hęreſim, hęreſisque indicia leuia, vel vrgentia importat, de quo Siman. de Catholic.cap.50.à nu.31. Vnde in hac ſpecie non aliter cognoſcit Inquiſitor, quam ſi ſuſpicio ſit admodum vrgens,quę probato facto, vel dicto concludat manifeſtum, ſeu notorium hęreſis ſaporem iuxta d.§.ſane.

44 Illud obiter aduertendũ erit circa hanc materiam, quod differunt inter ſe eſſe hęreſim, manifeſte ſapere hęreſim, vel aliquo modo ſapere. Nam hęreſis denotat veritatẽ, cui propriè hęreſis diffinitio competit.Secundum vero denotat maximam ſimilitudinem,& vrgentiſſima indicia erroris in fide. Vltimum autem aliquam ſimilitudinem

litudinem, indicium, aut veſtigium eiuſdem. Sic in materialibus, cum dicimus, hic eſt talis cibus, veritatem oſtendimus, cũ vero obſonium manifeſte ſapit talem cibum, denotamus ſaporem patentem, qui vel primis labijs deguſtanti cuicunque producitur & apparet. Tandem cum cibus aliquo modo pręſefert ſaporem alterius cibi, ſignificamus ſaporem illius non patentem, nec omnibus ſtatim notũ, quidquid aliter diſtinguat, & explicet Martin Delrio diſquit. magic. lib. 5. ſect. 15. ſub axiomat. 1.

45 Redeundo vero ad propoſitum in ſecundo membro, ſeu in ſpecie vltimę concluſionis cõſtat de hæreſi formaliter, extat tamen dubium circa dictum, vel factum, vtrum delatus reus dixerit, vel fecerit, & ex probationibus in iudicio faciendis pendebit, an vera ſit ſuſpicio, & an reus fecerit, vel dixerit, & in defectum probationum concludentium, vel purgatio indicenda, vel abiuratio de leui, aut de vehementi erit iniungenda iuxta tex. in cap. excommunicamus, §. adijcimus de hęret. cap. literas de pręſumpt. c. accuſatus in princip. de hęret. in 6. de quo alibi.

46 Itaque aliud eſt agere de ſuſpitione circa factum, vel dictum hęretici, de quo dubitamus, aliud de ſuſpitione circa hęreſim, de qua non conſtat, vtrum ſit hęreſis, ſed dubitamus, & ſuſpicamur, vtrum factũ ipſum, ſeu dictum etiam plene probatum ſit hęreſis, vel hęreticus talia exercens, vt in ſpecie d. §. adijcimus, verſ. vel aliquos vbi Marian. nu. 29.

47 Hinc refutabis communem Doctorum interprętationem ad d. §. ſane, qui vt opinionem gloſ. ibidem, verb. *manifeſte*, fugiant, & cognitionem cõtra leuiter ſuſpectos admittãt, incidunt in Scyllam, præpoſtere explicantes verba illa, *hæreſim ſaperent manifeſte*, dum inuertunt, *Hareſim manifeſtam ſaperent*, contra rectam Pontificis mentem, & conſtructionẽ, imo & rationem. Sic exponunt omnes ibi Domin. conſ. 54. Barbat. conſ. 55. lib. 1. repertorium Inquiſitor. verb. hæreſis, tit. de ſapientibus manifeſtam hęreſim, Squilacenſis de fide c. 8. cũ ſequentibus. Siman. de Catholicis cap. 21. à nu. 10. & cap. 30. à nu. 14. Decian. 1. tom. lib. 5. ca. 23. nu. 3. & poſt alios Farin.

de

de hęreſibus, q.181.nu.95. ſed audiendi non ſunt,tum quia literam violant, tum etiam quia omnis hęreſis iure definita dicitur manifeſta, cap.erit autem lex diſt.4.

48 Et quo ad ipſam legem omnia ſunt certa l. cum quidã, §.ſuum, ff. de acquirẽda hęred. At vero factum, vel dictum nõ eſt neceſſe, vt ſit notorium,vel manifeſtum,id enim ex iudicialibus probationibus reſultabit ad notata in cap. excommunicamus, §. adijcimus, de hęret. c.1.de officio delegat.

49 Imo & quando propoſitio manifeſta non eſt,hoc eſt, iure non definita, quod poſſint Inquiſitores damnare nouas hęreſeos propoſitiones, quando ex ſcriptura, aut traditione, & patrum conſenſu colliguntur, prçmiſſa Epiſcoporum, & Doctorum conſultatione, iuxta cap.ad abolendam, de hęreticis, docent poſt alios Arelat. de hęret. not.19. Simanc. de Catholic.c.48.nu.19. cũ ſeqq. Letmatius lib.2.de inſtauranda religione, cap.9.Griſald. in deciſionibus Fidei, verbo, concilium,nu.11. prout latius trado in repetitione,cap.1.de pactis, quę facultas ceſſat admiſſa ſcribentium interpretatione ad d. §.ſane.

50 Cõſtat ergo,quod verb. *manifeſte*. Non refertur ad hæreſim,ſed ad ſaporem,quẽ qualificat, & ita ſi aduertas, licet diuinatio, & ſortilegium ſapiãt hęreſim, & quidem manifeſtã, non tamen pertinent ad Inquiſitorum iuriſdictionem attento iure, niſi ex circumſtantijs ſapor hęreſis fiat manifeſtus.

51 *De inceſtus crimine*,[i] Inquiſitores non cognoſcunt de incęſtus crimine,quia licet aliquo modo hęreſis dicatur,iuxta l.7.tit.20.lib.8.recopil.Non tamẽ manifeſte ſapit hęreſim, ex noſtro auctore poſt Nauar. & cęteros, quos citat, quibus addo Azeued.à nu.80.in d.l.7. & ita confirmabis reſoluta ſcholio prçcedenti à nu.32. & poſt illuſtriſſimum quem citat Aegidius de priuilegijs honeſtatis,art.11.nu.19. ad fin.

52 Commiſceri vero cũ filiabus ſpiritualibus eſt ſacrilegium ratione ſpecialis prohibitionis Eccleſiæ, cap. ſi quis Sacerdos,cap. fin. ibi: *Non debet Epiſcopus,aut clericus commiſceri cum mulieribus, quæ ei ſuaſerint peccata confeſsæ, ſi forte (quod abſit) hoc contigerit, ſic pæniteat,*

pœniteat, quomodo de filia ſpirituali, 30. q. 1. Item eſt quoque inceſtus ratione vinculi ſimilis cognationi ex eo Sacramento contracti, cap. omnes, 30. q. 1. vbi Symmachus ait: *Omnes quos in pœnitentia accepimus, ita filij noſtri ſunt, vt in baptiſmate ſuſcepti.* Vt cum communi, & veriori reſoluit Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 55. cum ſeqq. Ac proinde hęc circumſtantia tanquam ſpeciem mutans eſt in confeſſione aperienda, Candelabrum aureum de confeſſione, nu. 50. alias tit. de circumſtantijs, nu. 20. & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez d. num. 7. & Henriq. in ſumma, lib. 12. de matrim. cap. 11. nu. 1. agnoſcit in ea copula ſacrilegiũ, tametſi idem Henriq. lib. 4. de pœnit. c. 14. §. 4. Sà mutans ſententiã, verbo, confeſſio, num. 25. & alij relati per Sãchez nu. 2. vbi proxime, non eſſe neceſſario fatendam ſine ſolido fundamento exiſtiment.

53 Alterutra tamen opinio in praxi ſeruari poteſt propter Doctorum auctoritatem. Vnde non admitto circumſtantiam hanc non eſſe declarandam ex conſuetudinis vi, vt intẽdit Pater Baſilius de impedimentis matrimonij, cap. 24. §. 2. ad fin. Tùm quia nemo de hac deſuetudine teſtis eſſe poteſt, cum de omnium confeſſionibus teſtificari nequeat. Quoti enim in confeſſione explicant, quę neceſſaria non ſunt, & multo magis, quę ſcrupulum timoratis viris inijcere poſſunt? vixque percipio, qua ratione confeſſori conſtare poſſit, quod pœnitens hanc ſacrilegij circumſtantiam omittit. Tùm etiam, quia ratio, qua Baſilius mouetur, nõ euincit. Eſto enim quod cognatio illa ex confeſsione contracta euanuerit, quod nullus admittit, adhuc ſacrilegij vis ſtat propter legis Eccleſiaſticæ prohibitionẽ ex d. cap. fin. 30. q. 1. & ita diuerſa eſt prohibitionis ratio à cognationis vinculo, vt ſupra aduertimus. Ceſſante ergo cognationis ſpiritualis vinculo, non proinde ceſſat legis prohibitio. Nec etiam ſatisfacit alia Baſilij ponderatio, dum reſoluit quod cõfeſſor ſi ſeſe maribus, quos in confeſsione audiuit, immiſceat, non tenetur hanc circumſtantiam explicare, quia reſpondeo, quòd prohibitio, prohibitionisque pœna confeſſorem comprehẽdit, qui cum fœminis tantum commiſcetur,

cetur,d.cap.fin.ibi: *cum mulieribus*,d.cap.omnes,ibi:*Ad ſuam pœnitentialem accedat*.

54 Et ita in prædictis iuribus fornicatio cum fœminis tantum prohibetur, vt conſtat ex d.cap.omnes,ibi: *Nullus cauſa fornicationis ad ſuam pœnitentialem accedat*, d. c. ſi quis Sacerdos, ibi: *Si quis Sacerdos cum filia ſpirituali fornicatus fuerit,ſciat ſe graue adulterium commiſiſſe*, quam fornicationē in verbo, *commiſceri*, de quo in d.c.vlt.30.q.1.intelligi conſtat ex eo, quia Celeſtinus eſt auctor vtriuſque text. tam d.cap. ſi quis Sacerdos, quàm d. cap. vlt. Fornicatio autem ſeu adulterium inter mares non datur.

55 Quia fornicatio, incæſtus, adulterium connotant copulam in vaſe naturali, Sayrus in claue Regia,p.1.lib.8.cap.5. nu. 20. vbi compendium Conſtantini Nolani. Etſi ergo conſtitutiones prędictæ vigerent, non compręhenderent mares, vnde non ex eo ipſarum conſtitutionum abolitionem inferas contra Baſilium.

56 Benedictus Aegidius in tractatu de iure, & priuilegijs honeſtatis, art.11.nu.18.ad fin. noue reſoluit hanc cognationē mutatione loci,ſeu perſonę extingui, quia hęc cognatio non eſt perpetua. Vnde infert non committi ſacrilegium cum ea, quę alium confeſſorem eligit, licet prius filia ſpiritualis fuiſſet concubitoris, & in eo diſtingui à cognatione ex Baptiſmo, vel Chriſmate orta,quę eſt perpetua. Sed hanc differentiam nec ratione, nec auctoritate probat, & iura indiſtinctè loquuntur in vtraq; cognatione. Et admiſſa hac ſententia facile legi fraus fieret, nam confeſſor conſuleret filię ſpirituali,vt aliū eligeret confeſſorem, quo electo prior confeſſor ad eam accederet,& expleta libidine, iterum ſe illi in confeſſorem offerret, & poſtea remitteret eam ad alium confeſſorem, poſt cuius electionem cum ea copulā haberet, & ita quoties illis libuiſſet,legem frudarent,nec video, quod Neapoli, vbi in cognoſcentes filiam ſpiritualem viget ſtatutum pœnale, de quo illuſtriſſimus q.5.num.15. talis interpretatio in praxi admittatur. Imo ſi ex confeſſarij mutatione ceſſat ſacrilegium. Non ſunt reprehendendi, ſed laudādi,qui vt minus peccent, hac variatione vtantur. Imo & cludetur

retur omnino lex,ſi comprehẽſi concubitores in delicto, cauta fœmina, & antea à confeſſario admonita aſſereret ſe antea alij confeſſam fuiſſe, confeſſoremque mutaſſe.

SVMMARIVM.

Sodomiæ exaggeratio, nu. 1.
Doctores, qui de ea ſcribũt, num. 16. *auctor nu.* 17. *pœna, nu.* 18. *&* 22.
L. cum vir, C. ad l. Iuliam de adulter. nu. 2. 12. *&* 26.
Negatiua pars, à nu. 3. *reſolutio, nu.* 6. *hodie Pontificijs literis declaratur nu.* 26.
Fœmina virum, & vir virum rapientes an excuſantur à pœnis in raptores ſtatutis, nu. 4. *&* 25.
Solicitationis erga pueros Inquiſitio an aliquo iure fidei cenſoribus competat, nu. 5.
Lex pœnalis extenditur ex identitate rationis in lege expreſſa, nu. 7. *& ad ſimilia, nu.* 10.
Solicitans in confeſſione maſculũ magis peccat, quam ſi fœminã ſolicitet, nu. 8.
Puerum, aut fœminam ad ſtuprũ prouocans æqualiter punitur, nu. 9.
Animæ reſpectu nullum fit diſcrimen inter marem, & fœminã, nu. 9.
Cap. 1. *de maledicis procedit etiã contra laicos, nu.* 10.
Iniuriam inferens Pontifici, ſeu Pontificis legato Cardinali æque punitur, nu. 10.
Muros tranſcendenti pœna impoſita, comprehendit & rumpentem, nu. 10.
Viro bis nubenti pœna impoſita includit & fœminam bis nubentem, nu. 10.
Reg. de infirmis comprehendit etiam fœminas, nu. 10.
Rebaptizans irregularis fit, ſiue ſit acolitus, ſiue Sacerdos, nu. 10.
Fornicationis, & ſodomiæ cauſa diuortium fit, nu. 10.
Solicitans ad mollitiem pueros in confeſſione an Inquiſitoribus ſub iaceat puniendus, nu. 11.
Nefanda contubernia inſtar matrimonij celebrata, num. 13. *&* 27.
Lex explicans caſum propter frequentiorem vſum non excludit alium, nu. 14.
Solicitationis Inquiſitio an pertineat ad Inquiſitores de iure, priui-

priuilegio,vel conſuetudine, nu.5.& 15.
Sodomita reſuſcitatus iterum cõburendus,nu.19.
Sodomitæ de peccato contriti miraculoſe veniam, & beatitudinem adepti,nu.20.
Sertorij nobile factum ob ſodomiæ crimen,nu.21.
Luſitaniæ lex notabilis ad Sodomiæ perſecutionem, pœnis, & pramijs deletores inuitat, nu.23.
Dæmones incubi, & ſuccubi quomodo,& quando fugiant ſodomiæ perpatrationem, hos autem negare impudentia eſt, nu.24.
Sodomiam committens etiam inuolentes tenetur,nu.27.
Pædicatores ſanctionibus ſodomiam perſequebãtur, nu.28.

QVAESTIO. VI.

VTRVM PVERI AD NEFANDVM VENEREM ſolicitati a confeſſario denunciare teneantur.

1 De nefando crimine a mihi nunc materies, & ſermo, quem differo cũ dolore,& pudore. In deteſtationem cuius ipſe Deus,cui omnia patent,pręterita, pręſentia, futura,in dubio eſt (vt ita loquamur) an fidem habeat ad ſe clamantibus ſuper infames ciuitates. *Deſcendam, & videbo*, ait Dominus , quaſi hac pręfatione ſignificans,non poſſe dari in terris ſic dęmoniaca peccata,ſic extra vſum, & naturã ; eſſeque ſibi opus terras luſtrare viſurum oculis, quę auribus perceperat . Vidit tandem, iraſcitur, ignem mittit in quinq; illas vrbes, & turpitudinis filios: miſere perierunt,conſumpti ſunt.

2 Sed dolentem me, & pudentem facit loquentem proximorum ſalus, quę mihi inprimis: Diui Chriſoſtomi deinde exemplum, exponentis D.Paulum ad Corinth. epiſt. 37. qui ait, neminem quid ſe indignũ facere,dicentem de tali hoc crimine pro inſtructione, & pęnã malorum ; Atque Lactantius gladium ſtringit in talis peccati reos lib.6. de diuina inſtitutione cap.23. Dico maximè , meum hic non eſſe ſermonem

de nefandi peccati pœnis, agit de quibus ſatis elegãs textus in l.cum vir, C.ad legẽ Iuliam de adulterijs, quem illectũ prçteri re ſcholas pro materiæ turpitudine,ait ibidẽ Bart.eſt etiã illud Alberici, legis illius pulchrum eſſe ſtylum,rem turpem,iuſtam ſententiam. Sed id monitum velim,me tãtùm prçloqui,quid in foro conſcientiæ faciendum ſit, quando, ò Deus, incidatur in tale quid?

3 Intricatam ſatis aggredimur quæſtionem,& controuerſam, multorum mentes intricãtem,& controuertentẽ. In quà pars negans primò probatur, quia diſpoſitio nihil eſt, quando eius verba non verificantur, l.quod cõſtitutio, ff.de militari teſtam.l.4.§.toties,ff.de damno infe. Sed conſtitutionis verba ſolùm verificantur in cõfeſſarijs ad actus inhoneſtos in confeſſione foeminas ſolicitantibus. Ergo ad pueros nequaquã poteſt extendi;cũ foemina,& mas opponantur, in l.ſed & ſi quis, §.1. ff.inſtitutoria actione, maximè in odioſis, & poenalibus.

4 Secundò,quia ob id,quod communiter accidit, ſanciũtur leges. Atqui raròmaſculi,foeminæ frequentiùs ſolicitantur. Ergo ſolùm ſolicitatæ foeminæ denunciare tenentur. Quapropter ipſa foemina virũ, aut virvirum rapientes à poenis *excuſantur*,[b] in raptores ſtatutis,vt per Decian. in tract. criminali, lib.8. c.7. nu.28.& 29. & cap. 13.nu.33.& 34. latè Sanchez de matr.lib.7. diſp.12. nu.25. [b] Neque fas eſt credere, pueros ſolicitari à ſacerdote in confeſſionis loco, extra quem facilis eſt alloquutio, & ſolicitatio. Sed hoc idem longè aliter in foeminis, ad quas in cõfeſsione ſolicitandas tale peccatum plerũque opportunam nanciſcitur occaſionem, quia multis in cõfeſſione tantùm,neque alibi extra ipſam, poteſt fieri ſolicitatio,& alloquutio.

5 Tertiò, quia ſi poſſint de hoc crimine cognoſcere Inquiſitores, vel ex cõmuni iure,vel ex priuilegio, vel eſſet ex conſuetudine. Non autem dicas ex communi iure, quia nullibi expreſſum inuenias;neque ex priuilegio, cum tantum id referat expreſsè cõfeſſarium ſolicitantem foeminã; neque ex conſuetudine, cum in edicto Fidei palàm lecto, nulla de tali hoc crimine facta ſit mentio. Ergo punire tale crimen minimè valẽt

In-

Inquiſitores.Ob quæ fundamẽta dubius hęret. in quęſtione Paramus d.q.10.nu.92.& ſeq.

6 Verumtamen probabiliùs apparet; conſtitutionem noſtrã tales perſonas,& turpia delicta amplexari,ad quæ poſſunt ſolicitari maſculi. Ergo ſi prouocẽtur ad nefandam libidinem, de crimine tenentur Inquiſitores certiores facere. Cui opinioni *aſſentit* b Ludouicus Lopez inſtructorio conſcientię, par. 1. cap.35. verſ.at hic iam in fine. Docet expreſsè Salzedus in practica criminali fol.magno,c.82. verſ. deponantur in fi. vbi ait, ſic ſeruatum in caſu,in quẽ grauiſsimè inciderat confeſſarius quidam, qui pęnitentẽ marem ad poſterã venerem ſolicitarat. Idem tenet expreſsius Emmanuel Rod. tom.1. regul.q.59. artic.4.in fi. Iterumque 2.tom. q.27.art.3. ſicq; tenendum reſpondit,quem conſului D.Frãciſcus Suarius. Atque ſecurius duco,& prudentius ire cũ multis,& his doctiſsimis, quàm cũ ſolo vno Paramo dubitare. Quibus ſanè adiungi poteſt Iacobus de Graphijs conſil.1. de cognat.ſpirit.à nu.45. qui poſt longam diſputationem pro, & contra,num.51.affirmat ita declaratum, & cõcluſum fuiſſe in curia Archiep.Neapolitana.

7 Mouẽt me deinde legiſlatoris mens, & legis ratio, quę multò maiori iure in maſculos, quàm in fœminas vires ſumit. Vt vides ex ipſius cõſtitutionis prooemio, in quo eſt propria motionis cauſa,vt Pontifex delegationem faceret. Ex identitate autem rationis expreſſa in lege, facere in ipſi licet extenſionem, quod etiam ad legem pęnalẽ multi extendunt. Atque colligitur ex c.ſi quis ſuadente, 17.q.4. Quod ad conuerſos,& nouitios extenditur,cũ tantùm de clericis loquatur, & monachis,c.non eſt dubiũ,& ibi gl.2. de ſent.excom.cap.religioſo,& ibi gl.vlt.eod.tit.lib.6.Hoc autem multò certiùs eſt in nõ pęnali lege, certiſsimũ erit in fauorabili.Sed fauorabilẽ cenſeo noſtrã cõſtitutionem, vt obiter ſupra dixi 3. quęſt. Quia non ideò lata eſt,vt imponantur pęnæ,ſed vt delegetur iuriſdictio, Fides ſeruetur integra, Sacramenta colantur, animarum caſus vitentur. Ergo ad omnem turpem, & inhoneſtam extenditur ſolicitationem, quę pœnitentibus in confeſsione fit.

8 Alterum ſic iacio funda-

mentum: ſuſpectiorem de Fide reddi cõfeſſarium, ſi maſculum potius ſolicitet,quàm fœminã, quia Pœnitentiæ Sacramento maior infertur iniuria, cõfeſsario maſculum ad libidinẽ prouocante. Proptereà ex antiquæ iuriſdictionis vi,non facta noua hac cõſtitutione,de taliter peccante poſſent Inquiſitores cognoſcere, iuxtà dicta in 2.& 3. quęſt. Et poterunt maiori iure, ipſa ſuppoſita conſtitutione, quia quoad declarandum hoc delictum,veluti de Fide inijciẽs ſuſpitionẽ, in Sacramentis polluta, potiùs declaratiuę, quàm conſtitutiuę vim habet.Proptereà multò latiùs extendi poteſt per identitatem rationis in lege expreſſam, eiuſdem generis ad grauiùs delictum,quod etiam in lata quadam ſignificatione ſub fœminarum ſolicitatione contineri poteſt, vt patebit ex ad primum argumentũ reſponſione.

9 Tertiò,quia leges,& canones eos puniũt ęqua pœna,qui puerum, aut fœminam ad ſtuprum prouocant,l.1.qui puero, ff.de extraord.crim. l.ſtuprum, §.1.ff.ad leg.Iuliã de adulterijs, c.ſolicitatores, verſ.qui puero, de pęnitentia,diſt.1. vltra alios Rebuff.in l.quibus 57.verſ.ſolicitatores,ff.de verb.ſig.Menoc. de arbit.lib.2.caſu 360.nu.59. Gomez l.80.tauri,nu.5. Nãq; quando & in maſculo, & in fęmina datur eadem ratio, nõ eſt cur applicetur ſexus diuiſio, vt notat eleganter Bal.in l.vnica, nu.17.in fi. C.de raptu virg. cũ reſpectu animę nullum ſit ſexus diſcrimen, ex Gomez in reg.de infirmis,quęſt.6.§.ſed iſtis.

10 Facit tandem quia leges, etiã pęnales ad ſimilia frequentiſsimè extenduntur. Neque in ipſis, quàm in noſtro caſu plus, imò minus valent rationes. Sic vidimus diſpoſitionem cap.1.de de maledicis,quę eſt in clericos, eandem eſſę & in laicos, tradit ex communi Farinac. q. 105. nu.398. Atque in eum,qui non Pontifici, ſed Cardinali legato iniuriam, aut maledictũ infert, vt per eundem nu.399. Sic eadẽ ratione acris pęna impoſita muros,vel vrbium portas tranſcendẽtibus,& rumpẽtibus erit acrior,ex eodẽ Farinacio q.20. nu.146.& 147. Sic etiam ſimiliter eadẽ pęna,quę viro eſt matrimoniũ bis ducenti, priori ſuperſtite vxore,erit & fęminę bis nubenti, priori ſuperſtite viro, ex Antonio Gomezio in l.80,

Tauri,

Tauri,n.28. Ita etiã de infirmis reſignantibus regula, religioſas fęminas dignitatem habentes ęquè cõprehendit,atque viros, vt per Lud.Gomez in d.regula, q.6. Quod totum confirmatur ex cap. 2. de apoſtatis, vbi ſoli acolyto, qui ſacerdoti miniſtrat, rebaptizanti irregularitas imponitur.Cumq; nullus legatur textus,per quem talis pęna ſtatuatur rebaptizãti ſacerdoti; pęnam,quę in acolytum,etiam in ſacerdotem extẽdunt omnes Doctores,aſſerentes per eum textum irregularem eſſe.Rationem cuius extenſionis exponit optimè Suarius 3.par.q.71. diſput.31.ſect.6. Vltimò tãdem, & plus confirmatur in ſpecie, quia ſodomiticus coitus, ſicut & fornicarius ad diuortiũ ſufficiens eſt, cum tamen à iure id tantùm diſponatur in fornicatione, prætermiſſa ſodomia. Vtrumque ex multis probat Sanchez de matrim.lib.10. diſput.4.nu.8.

11 Ex quibus videtur colligi concluſio,idem eſſe dicendũ, quando confeſſarius non ad ſodomiam,ſed ad mollitiẽ pueros ſolicitarit.Rationes enim adductę,ſi quid valẽt (valent quidẽ) nõ minus vnum,quàm alterum probant. Franciſci Suarez reſponſio maximè fauet, qui ad maſculos, & ad turpia omnia delicta,ad quę ipſi ſolicitari poſſunt,hanc extendit conſtitutionem. Cum ergo poſſint ad hoc pueri prouocari, crimenq; fornicatione grauius ſit, veluti in naturam cõmiſſum,vt per Graphijs par.1.lib.2.c.88. & c.91. nu.vlt.Atque ex vtroque Thoma tradit Nauar. in Man.c.16. num.3. Quod expreſsius docet idem D.Th.2.2.q.154. art.11. & 12.Rectè infertur talẽ caſum ab Inquiſitoribus puniri debere. Qui enim erit,vt reſeruetur fornicatio, non item mollities, quę ſceleſtior eſt? Tradit in ſimili caſu Comitolus lib. 1. reſponſ.moral.q.39.num.2.verſ. ſecũda dubitatio.Verùm adhuc in quęſtione hęreo,neque mihi facilis ſolutio, quam nemo dabit, niſi pręuijs longis diſputationibus.

12 Neque contrariorum argumentorum refutatio magni negotij eſt. Etenim ad primum reſpõdetur,quod etſi in litteris conſtitutionis fęminæ nominẽtur à confeſſarijs frequentius ſolicitatę in hoc crimen;ſub eis tamen maſculos intelliges,quibus abuti optant confeſſarij, vt

 fęmi-

fęminis. Videtur autem per fęminas intellexiſſe Pontifex pœnitentes omnes, & fœminas,& mares,qui hi,vt fęminæ, ſolicitantur. Quem ſenſum, & mentem apertè eliçies ex l.cum vir, d C.ad legem Iuliam de adulterijs, dum ait Conſtantinus Imperator; *Cum vir nubit in fœminam*. Vnde eſt ſermo, quando cum alio maſculo maſculus matrimonium contraxit, ac ſub matrimonij colore ad eum acceſſum habuit. Atque illius legis hic ſenſus videtur, dum ait. *Cum vir nubit in fœminam*, id eſt, cum vir viro alteri nupſit, quo abutebatur, ſicut fœmina. Quam mentem aperte tenet gloſ.1.ibidem cui ſimilis in cap. cum ſecundum verbo, naturæ de hęreticis lib.6.Couar.2.par. de ſponſalibus cap.6.§.8.nu.1. ad fin. eleganter Gomez l. 80. Tauri,nu.32. ibi ait, vtriuſque linguæ peritiſſimum quendam commendatarium interrogaſſe in Academia Salmantic. cathedræ perpetuum moderatorem,qui reſpondit,hunc eſſe verum,& genuinum illius legis,& verborum ſenſum.

13 Quod etiam curioſè cõfirmant receptiſsimi hiſtoriographorum, & poetarum libri, qui perſpicaciſſimũ faciunt, illo tunc tempore inter maſculos nefandiſſima contrahi matrimonia, dotes conſignari. e Quod expreſſe habet Suet.in Nerone cap.28. qui ſic: *Puerũ ſporum ex ſectis teſtibus, etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus eſt, cum dote, & flammeo per ſolemni, nuptiarum celeberrimo officio deductum ad ſe pro vxore habuit: huncq; Auguſtarum ornamentis excultum, lecticaque vectum, & circa conuentus, mercatuſq; Græciæ, ac mox Romæ circa ſigillaria comitatus eſt, identidem exoſculans.* Habet etiam Iuuen.ſatyr.2.

Quadrigenta dedit Graccus ſeſtertia, dotem Cornicini.

Et infra.

Traditur ecce viro clarus genere, atque opibus vir.

Plura aggerit in eadem ſatyra.

Quæ cauſa officij: quid quæris? nubis amicus.

14 Non autem maioris erit negotij ſecundi argumenti refutatio. Poſita enim in lege frequentioris vſus verba, eam reſtringere nequaquam ſolent, quin ad caſum minùs frequenter extendantur; vt multis adductis probat Tiraq. de retract. lignag.

lignag §.2.gloſ.vnica, nu.4.& ſequentibus. In ſpecie Emanuel Rod.d.tom.2.art.3.in fin. Deciani autem ad confirmationem reſponderur,inter vtrumque caſum magnā reperiri differentiam, iuxta ea, quæ tradit Sanchez lib.7.de matrim.diſp. 12.nu.25.Maximè cum ſint nō contemnendi auctores, qui cōtrariam opinionem veriſſimam aſſerunt,Bald.in l.vnica,nu.25. C.de raptu virg.Tiraq.vbi proximè nu.4.& 9. Gomez in reg. de infirmis reſignantibus, q.6. §.Sed his non obſtantibus; Gomez in l.80.Tauri,nu.37.Henriq.lib.12. de matrim.c.14.nu. 4.Decian. ſibi contrarius d.lib. 8.c.13.nu.28. Et facit optimè text.in l.& cum,ff.ad legem Iuliam de vi publica.

15 Vltimū tandem diluimus argumentum; aſſerentes crimē hoc tale,tum ex communi iure pertinere ad Inquiſitores ex dictis in q.2. Tum etiam ex priuilegio iuxta tradita in 1.ac 2. fundamentis,exque ad primum argumentum reſponſione;prçterea ex conſuetudine, iuxta Salzedi,& Emanuelis Roderici de ipſa ſupra citatis locis teſtimonia.

16 *De nefando crimine,*[a] de pœnis ſodomitarū, & de horrēdo hoc crimine, vltra claſsicos, multa tradunt Azeued. l.1.tit. 21.à nu.1.lib.8.recopilat. Menoch. caſu 286. Decian. conſ. 83. vol.1. Caball.1.tom. reſolution.criminal. caſu 16. Farinac. tom.4. q.143. à nu.73. & q.148. Ludou.de Sotomayor, 1.ad Timoth.epiſtola 1.verbo, maſculorum cōcubitores. Petr. Mathe.in conſt.27. Pij Quinti. Cantera in quæſt. crimin. c.de ſodomia. Cebal.communium, q.247. nu.6. Marta de iuriſdictione 2.part. cap.15. Cened. collect. 130. ad decretales. Circa verò clericos huius criminis reos latiſsimè Garc. de beneficijs, 2.tom.part.11.cap.10. nu.191.Farin.q.148.à nu.28. Soarez de cenſuris, diſput.31. ſect.4.à nu.17.Marta d.2.part. c.16 & paſſim alij: ad huius criminis deteſtationem nonnulla ſilentio prçteriri nequeunt.

17 Auctorem huius nefandę libidinis Orpheum Thracē referūt ex Ouid. 10.Metamor.

Ille etiam Thracum populis fuit auctor: amorem
In teneros transferre mares, citraque iuuentam,
Aetatis breue ver,et primos carpere flores.

18 Ve-

18 Verius tamen eſt ante diluuium inualuiſſe,ex Villadiego num.1. in l.5.tit.5. lib.3. fori. Vltra varias pęnas, quibus pædicatores animaduertebantur, ignis pęna vindicandũ hoc crimen ſtatuere Cæſares in l.omnes,C.Theodoſian.de adulter. addidit & Iuſtinian Zonara auctore, virilium amputationem, quam pęnam innouarũt Egica, & Reccindus Gothorum Reges in l.5.& 6.tit.5.lib.3. del fuero juzgo, vbi Villadiego num.3. Iuſtinianę cõſtitutionis non meminit,leues pęnæ ſi cum delicti magnitudine cõparẽtur, ex Briſon.ad l.Iuliã,de adulter. q.1. Nam, vt cętera omittam, grauius hęreſi tradit Petrus Mathe.cõſtit.27. Pij Quinti.

19 Sertorius Romani Imperij terror,adeo vitiũ hoc abhorruit, vt propter nimis infamem vnius militis libidinem,vniuerſam cohortem, quia iſtius argumento neceſſe eſſet, & deteriores alios continere, vltore gladio deleuerit, referente Appiano lib.1.bellorum ciuilium.

20 Vnde ſi talis delinquens punitus,& morte multatus, vitę redderetur,iterum morti tradendus eſſet,vt impurum ſpiritum renaſcens,pęna torqueret, ſi Lucæ de Pẽna credendum ſit in l.ſiue ex prætoriano, col.3. ad medium, verſ.quinimo ſi ſodomita, C.de exactoribus, lib. 12. prout ad criminis grauitatem refert Cabal. 2.tom. cent. 3. caſu 257 num.fin.

21 Hoc per hyperbolem intelligatur propter criminis immanitatem, quandoquidem ex reſurrectionis miraculo, innocentia potius,quã culpa deduci poſſet. Cum & viros etiam nefando ſcelere inuolutos, & igni addictos, beatitudinem miraculosè conſequutos fuiſſe cõſtat; refertur enim in vita B.Ioannę, cap.14. (quam ſingulariter, vt aſſolet, conſcripſit P.Antonius de Daza ex Seraphica familia, & Prouincia ſanctę Cõceptionis Cuſtos, Ordiniſque Secretarius, vir in quo an nobilitatem cũ ſumma animi ſummiſſione coniunctam, an potius morum integritatem cũ vario ſcientiarum ſtudio connexam admireris, apud ęquos virtutum,& literarũ arbitros dubitari poteſt) quod vidit animam cuiuſdã rei ob nefandum combuſti à rogo in cęlos aſcendiſſe. Narrat etiã Fr. Franciſcus Diago in hiſtoria Prouincię Aragonię Ordinis Prędicatorum,lib.2.c.60.quod

cum duo de nefando conuicti, ad ignem ducerentur, Sanctus Vincentius Ferrer à iuſtitię miniſtris impetrauit, vt punitionē tantiſper differrēt, iuſſit autem vir Sanctus, vt delinquētes operirentur, ne circūſtantibus horrorem incuterent, ipſiue, & alij animum à prædicantis diſcurſu auerterent, qui totus ad ſceleris immanis deteſtationem ſermonem conuertit, quo finito, miniſtris annuit, vt munus ſuum exequerentur. At remotis ſtragulis, non homines, non corpora, ſed cineres apparuere, tanta enim contritio ex prędicationis vi, & ſancti viri meritis reos criminis inflammauit, vt alia pęna non indigerent, forſitanq; illinc cęleſtem ad patriā ſine purgatorio igne euolarunt animę. Caue tamen, ne ex his ſpecialibus priuilegijs peccandi anſam, pœnitentięve protelandę occaſionem aucuperis.

22 Hodie in Hiſpania ignis pœna viget, vt conſtat ex l. 1. tit. 21. lib. 8. recopilat. vbi Azeued. Villadiego l. 5. tit. 5. lib. 3. nu. 3. vbi de praxi teſtatur del fuero juzgo, & in Luſitania Ordinat. lib. 5. tit. 13. in princ. vbi additionator Eman. Barboſa.

23 Quę Regia cōſtitutio ad eliminandū à repub. ſcelus hoc, eum qui manifeſtauerit, prędmio inuitat, ita vt ſi crimen probetur cōtra delatum in carcerem detruſum, deferens dimidiā obtineat partem bonorū confiſcatorum, vel ęſtimationem illius prout elegerit, ne vnquam delatio detegatur, quod ſi reū delatum bonis carere conſtet, ex ęrario regio centum aureos in ſecreto cōſequetur, ita diſponit in §. 4. tacentem verò bonis, & exilio multat in §. 5. & §. pen. teſtes duos ſingulares admittit, de quo vide q. 22. nu. 27. ad fin. Complici verò detegenti veniam, & ſecuritatem concedit. Quo caſu an ſocius deferens ſit teſtis contra ſocium, vide infra q. 23. nu. 17.

24 Qui autem ſtare poſſit, vt diaboli ſint ſuccubi, & incubi in coitu contra naturam, & tamen ab hoc aufugiāt ſcelere, videndus Fr. Barthol. Spineus apolog. 2. in Ponzinib. de Lamijs, cap. 2. ſecūdum quem excitant ad illud, tempore tamen, quo committitur, aufugiāt propter ſuę naturę nobilitatem, quod ſi perpetrari nequeat ſinę ipſorum concurſu, tunc peccatū proprię nobilitati, & naturę

prę-

prçferunt. Multa de incubis,& ſuccubis dæmonibus Martin. Delrio de magia lib.2.q.15.Incubos autem, & ſuccubos dçmones negare impudentiç tribuit D. Auguſt.lib.15.de Ciuitate Dei, c.23.Suar.de religione, tom.1.lib.2. de ſuperſtitione, c.14.nu.8.

25 *Excuſantur*, [b] Adde Emanuel Barboſ.& ab eo relati ad Ordinat. lib. 5. tit. 18. §.3. nu.2. An autem minor ætas excuſet à pœna ordinaria, Farin. q.92.à nu.87.circa vero materiam l.1. C.de raptu virginum, vide Auguſt. Barboſa ad Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6. fol. 97. & eius pater Eman.Barboſ. d.§.3.nu.1.vbi infinitos refert.

26 Ibi: *Aſſentit*, [c] Adde Quaranta verbo Cófeſſor, verſ. ampliatur, fol.199.de hac quçſtione iam nulla lis eſt.Nã Sanctiſſimus Paulus Quintus 29. Nouembris anno 1612.decreuit, ſeu declarauit breui noſtro comprehendi etiam ſolicitãtes mares. Ita Cardinal. Millinus reſcripſit anno 1613. 28. Februarij ad Inquiſitorem Luſitaniç generalem Epiſcopũ Eluẽſem Dom.Petrum de Caſtillo.

27 *Ad l.cum vir*, [d] vltra relatos nu. 16. adde Cantera in quçſtionibus criminalibus, cap. de ſodomia, num.68. Ceuallos communium, q.247.nu.6. nec pçnas euitabit, qui in volẽtem nefandum ſcelus committat, vt in Cornelij crimine tradit Valer.lib.6.cap.1.

28 Ibi: *Dotes conſignari*, [e] Concinit Martial. lib. 12. epigram.42.

Barbatus rigido nupſit Calliſtratus Afro
Hac, qua lege viro nubere virgo ſolet.
Præluxere faces, velarunt flammea vultus;
Nec tua defuerunt verba Thalaſſe tibi,
Dos etiam dicta eſt. Non dum tibi Roma videtur
Hoc ſatis? ſpectas nunquid & vt pariat?

29 Illud notandum, quòd quamuis nonnulli huic vitio vehementer indulgerent, adeo tamen barbarum, & ferinum omnibus viſum fuit, vt ipſimet pçdicatores illud legibus damnarent, vt in Auguſto cernere licet, cuius ſecretiorem cœnam explicare in animo non eſt, ſcelus tamen ipſum grauibus prohibuit pœnis. Prout ludit, & aſſentãdi ergo cecinit Martial. lib.6.epigram.

Luſus

Luſus erat ſacræ connubia fal
lere tedæ,
Luſus, & immeritos execuiſse
mares.
Vtraque tu prohibes Cæſar, populiſque futuris
Succurris, naſci quos ſine frau
de iubes.
Nec ſpado iam, nec mœchus erit te Præſide quiſquam.
At prius, ò mores, & ſpado, mœchus erat.

Tanti .n. pudicitia ęſtimata eſt, vt inſtitores libidinis, ſeueros eius vindices euaſiſſe animaduertamus, Valer.lib.6.c.1.§.6.

SVMMARIVM.

Veritas ignorata multipliciter exponitur, nu.1.
Pars negatiua, nu.2.
Clericus fœminam amplectens, an benedicere præſumatur, num.2. & 18.
Pœnales leges interpretatione moliendas, num.3.
Malum minus in dubio præſumendum, num.4.
Verba, quæ in hæreticum, & catholicum ſenſum ſonāt, ad catholicum ſunt referēda, nu.4.
Timere culpam, vbi culpa nō apparet, bonarum eſt mentium, num.5.
Affirmatiua pars ſuadetur, n.6.
Peccat in legem, qui verba legis amplectēs ipſam offendit, n.6.
Tempus, & locus Sacramēti rem deſiderant ſeriam, nu.7.
Solicitans nutibus, & ſignis incidit in bullam, nu.8.
Dans operam rei illicitæ non excuſatur à culpa, nu.9.
Factum dubiū in deteriorē partem aſſumitur in concernentibus animam, nu.9.
Cōfeſſarius abſtineat ſe ab experiendo, & tētando fœminæ infirmitatem, nu.9.
Mens Pontificis in committenda ſolicitationis culpa, nu.10.
Abuſus quid, nu.11.
Actus à fine ſortitur effectum, num.11.
Tentare quid, nu.11.
Legis pœnalis extenſio, & reſtrictio per tres concluſiones, n.12.
Lex pœnalis in publicam vtilitatem lata extenditur, nu.12. & 14.
Reſolutio quæſtionis pro parte affirmatiua. nu.13.
Lex pœnalis extēditur in Fidei, & animarum fauorem, num. 14. & 42.
Lex comprehendit actum, per
quem

quem fruſtrari poteſt, nu. 15.
Laudantes fœminam à pulchritudine, tentant, audent, & volunt. nu. 16.
Libido maxima intemperantia, num. 16.
Reſponſio ad contraria, nu. 17.
Amplecti fœminam deſumitur in deteriorem partem, & aliquando loqui cum illa, nu. 18.
Abuſus Sacramenti, & peccatorum onus præponderat infamiæ priuatorum, nu. 19.
Signa remota ſufficiunt ad ſolicitationis præſumptionẽ, nu. 20.
Confeſſor quæ procurare debeat, ne in ſolicitationes incidat, nõ debet fœminas inſpicere, grauitatem paternã præſeferat, audiat in locis publicis, nu. 21. *et ſequentibus, ne officioſa impendat verba, nu.* 25.
Mulierum confeſſiones non audiantur ante Solis ortum, vel poſt illius occaſum, nu. 22.
Societatis Ieſus conſtitutio laudata, ne confeſſarij ad excipiendas confeſſiones in domos ægrotantiũ à ſocijs diſcedant, num. 23.
Parochus ad excipiendam fœminæ ægrotantis confeſſionem ſocium procuret, nu. 24.
Confeſſor, cum aliorum lauat pedes, ne ſedetur, ſed lineo cilicineo ſe præmuniat adinſtar Chriſti, nu. 26.
Solicitatio fit verbis nutibus, & tactibus, nu. 27.
Signa, & tactus ex materia ſubiecta venialia, & mortalia poſſunt eſſe, num. 28.
Amatoria verba, hoc eſt, requiebros, dicere non erit mortale ex ioco ſcurrilitate, vel vanitate, num. 29. *&* 31.
Actus à fine, & intentione accipiunt malitiam, & ſpeciem, num. 30.
Tactus, & ſigna in foro externo, & ſubſiſtente ſcandalo erunt mortalia, uu. 31.
Locus, tempus, cauſa, perſona, & qualitas augẽt, vel diminuũt, num. 32.
Venialia de per ſe, ex tempore, & loco poſſunt eſſe mortalia, num. 33.
Themiſtius capite damnatur, ꝙ initijs Eleuſinis Citbariſtriam violaſſet Athenis, nu. 34.
Flamines à Sacerdotum Collegijs eiecti propter exta parũ curto ſe amota deorum aris, num. 35.
Sacramenta ſanctæ, & non ſcurriliter tractanda, nu. 36.
Stultiloquium recedere debet à Sacramentorum adminiſtratione, nu. 37.

Verba

Verba præbent ad res ipſas ingreſſum, nu.37.
Verba primum locum occupant ad ſolicitandos animos, poſtea nutus, & ſigna, nu.38.
Lachrymæ, & ſilentium aliquando plus ponderis, quam verba, habent nu. 39.
Parochus ſuſpenſus à cura, quia filias ſpirituales in confeſſionis actu tentauerat ſignis, & tactu, nu.40.
Pœnalis lex in publicam vtilitatem edita extenditur, nu.41.
Pęnalis lex extenditur pro animarum fauore, legis pęnalis de extenſione vide remiſſiue, num.42.

QVÆSTIO VII.

VTRVM CONFESSARIVS IN CONFESSIONIS actu pęnitentis faciem laudando à pulchritudine, venuſtate, geſtu, libidinoſi animi veluti ſigna oſtendens ad alliciendam fœminam, omiſſis verbis expreſſioribus, incidat in pœnas Bullæ.

1 DVo cõtinet hęc quæſtio ambiguũ alterũ, certum. Supponit intentionem certam, verba dubia, & quæ in varios ſenſus torqueri poſſunt. De animo Deus ſolus iudex, capit. erubeſcant in fin. 32. diſtin. Agendũ igitur de verbis, quæ ad vtrumque nobis præbent latam viam, gloſ. in l. 1. C. vſufruct. & ibi Doctores, cui conſonat illud Bald. in l. ſcire, nu. 5. ff. de legibus, dum ait, illud multipliciter exponi, cuius neſcitur veritas.

2 Pro parte negatiua facit in primis, verba Bullæ reſtringenda ſolum ad illos confeſſarios, pęnitentes ad actus turpes ſolicitantes, quod cum poenale ſit, proprium caſum excedere non debet, vt ſæpiſſimè dictum eſt, ac probat caput poenitentiâ diſt. 1. Atque prætereà aſſeri non poteſt, *laudare*, a idẽ eſſe: ac prouocare ad turpitudinem. Imò credere dignũ eſt, confeſſorum alloquia foeminarum pulchritudinem commendantia illuc tendere, vt ipſæ à pulchra facie cauſam habeant deſiderandæ virtutis, & ſpiritualis decoris. Atque confirmatur, quia ſacerdotum foeminas

minas baſiandi actus non ſumi ſolet in malam partem, vt notatur in cap. abſit 11. quæſt. 3. vbi gl. verb. *Siniſtrum*, affirmat, clericum amplexum foeminam debere interpretari, eam benedicendi cauſa, feciſſe, quam Cæſar Lucianus ſequitur inter cõſ. Farinac. conſ. 25. nu. 46. lib. 1.

3 Facit ſecundò, pro eadem parte infame nomen, quod reus adquirit ex comprehenſione facta Inquiſitorum iuſſu, pœna prętèrea, & carceris anguſtiæ. Quę omnia, quoad fieri poſſit: reſtringenda ſunt iuxtà regul. iuris l. interpretatione, ff. de pœnis. Neque fas eſt, vt tã leuis cauſa tot pariat nocumẽta, infamiam, pœnam; fidelium ſcandalum hæreticorum gloriam. Atquè deinde ſi ex qualibet vel leuiſſimà cauſa comprehenderentur confeſſarij, fugerent vel boni à confeſſionibus audiendis, in animas retardantes zelum, quibus frigeſcit charitas, decreſcit Dei timor, maritis, & patribus datur occaſio, vt vxores, & filias auferant à ſalutiferi Sacramenti frequentia.

4 Facit tertiò minus malum in dubio præſumendum; regul. in obſcuris, de regul. iuris in 6. c. eſtote miſericordes, eod. tit. in antiquis. Etſi ergo verba illa & in bonum, & in malum ſenſum adduci poſſint; de malo dũ non conſtat, bonus præſumendus eſt, l. meritò, ff. pro ſocio, cap. cum dilecti, vbi gloſ. verb. valeant, de accuſat. l. proximè, ibi. *In re dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus iuſtius, quam tutius*, ff. de his, quę in teſtamento. Stat etiam ab hac opinione, quod in reuerendo illo Sacramentali loco, cui Deus aſſidet iudex, & teſtis, omnia intelligi debent iuxta ſanam doctrinam, quæ, dum de alia non conſtat, præſumenda eſt cap. ſi forte, vbi gloſ. verb. ſcientia de ele. in 6. prędictum roborat, quia verba, quę in hęreticum, & catholicum ſenſum afferri poſſunt, in catholicum potiùs, quam in hæreticum afferenda ſunt: Reſoluit Rojas 1. p. de hæreticis, nu. 366. qui ibi multos citat. Et cõfirmatur ex magni Gregorij ſententia dicẽtis, *Graue ſatis eſſe, & indecens in re dubià certam dari ſententiam*. Refertur in cap. graue 11. q. 3. Faciunt cap. quamuis, & cap. non ſolùm eadem cauſa, & quæſtione.

5 Tandem ſi ambigua verba

ba in quæſtione, in qua ſumus, eſſent accipienda in prauum ſenſum, nec bona dicere auderent confeſſarij, & neceſſaria; quia bonorum eſt, culpam timere, vbi culpæ ne veſtigium quidem apparet cap. 2. de obſeruat.ieiun. Aeque igitur timerent pænitentis inſcitiam, intortam mentē, mali animi aliquid. Quæ omnia vergerent in animarum perniciem: debitum enim conſilium pœnitenti non daretur, officio ſuo deeſſet confeſſarius.

6 Affirmatiuam verò partē primò roborare videntur rationes, & cauſæ, quibus ductus Sūmus Pontifex cognitionem de hoc crimine tradidit Inquiſitoribus, quæ fuiſſe videntur, vt nimirùm Sacramentum digniſſimè coleretur, mali ſacerdotes metu ſaltem pœnæ ab huiuſmodi peccatis cohiberentur, atquè vtriuſque ſexus Chriſticolæ confidentiùs accederent. Quæ probant Bullæ verba ad medium, ibi: *In diuinæ Maieſtatis offenſam, & animarum perniciem, ac Chriſti Fidelium, ſcādalum non modicum.* Qui vero in confeſſionis actu verba fundit, imò perdit garriendo, fœminam à pulchritudine laudādo, Pontificis animum nihili facit prædicta iubentis maximà iniurià polluit Sacramentum, qui ipſo abutitur, & legis pœnam ſubterfugere nititur hac verborum circuitione, & ambage cōtra l. nō dubium, C. de legibus, cum vulgaribus.

7 Secundò tali tempore, tali loco, apertis Sacramenti fontibus, vbi velata reuelantur, mors atteritur, reparatur vita, ſanctis monitis vtendum eſt, veris, & ſeueris conſilijs, abiectà omni verborum leuitate, & laſciuià. At illud, de quo quæſtio eſt, extra rem tendit, & vt plurimum, ad libidinem, ſaltēq; ſcādalum parit, falſi imaginem habet, quod à veroſimili longè abeſt l. non eſt veroſimile ff. quod metus cauſa.

8 Tertiò, Bullę pœnà ligatur, qui in confeſſione nutibus, & amatorijs ſignis b pœnitentem pellicit ad turpes actus, opinatur Paramus de Inquiſitorum origine q. 10. num. 116. & nu. 118. Noſque diximus diffuſius q. 1. *Nutus vero*, c & obſcuriora ſigna pluſquam verba ſunt, quę ſuam habent ſignificationem, iuxta quam intentionem interpretabimur, cap. intelligentia de verborum, cap.

ex literis in 1.de ſponſalibus.

9 Quartò,qui rei illicitę ope ram dat,nõ excuſatur à culpa, atque in illum mala eſt pręſum ptio cap.lator,cap.ſuſcepimus, c. Ioannes cum aliis de homici dio. Quamuis autem licita,imò neceſſaria ſit confeſſio ad animarum ſalutem,ea tamen blãditiæ eo modo dictæ illicitę habentur, quibus facillimè fœminę ſeducuntur, irritantur ad libidinem.Quę omnia ex ſe periculoſa ſunt per circumſtantias, atquè vt talia,fugienda,ne fruſtratorium reddatur Pontificis intentum; confeſſariuſque ſe contineat ab experiendo,& tẽtando fœmineam infirmitatem huiuſmodi blanditiis, & irritationibus; maximè cum in concernentibus animam factum dubium in deteriorem partem ſumatur, vt apparet ex cap. ad audientiam, cap. ſignificaſti in 2.de homicidio,cap.Iuuenis de ſponſalibus.

10 Ex his manat dubium, pro quo tria pręnotanda,intentum, & Pontificis mens, Bullę verba,iuris regulę.De mente primò,& cauſa qua motus Sũmus Pontifex Inquiſitoribus cognitionem commiſit de peccantibus in Bullam, ſupradictũ eſt arg. 1. pro affirmatiua parte, quę ſatis erunt breuitatis ergò.

11 Secundò verba Bullę, quę ad materiam facere videntur,hęc ſunt:*In ſacramentali cõfeſſione abutãtur,& ibi ad actus inboneſtos*, & ibi *prouocare tentando.* Panor.cap.2.de conuerſione infideliũ, aſſerit abuſum dici, quando quis abutitur re aliqua contra ſuam naturam, ita abuſum eſſe iuxtà gręcam vocem,cum per licentiam re aliqua male vtimur.Actus deinde eandem, quam finis,malitiã habet. Vnde,ſi detur inhoneſtus finis,dabitur,& inhoneſtus actus c.cum miniſter 23. q. 5. Tentatio.dictum,vel factum eſt ad faciendam de aliquo experientiam. Cum enim volentes quicquid alicuius exploratum habere,ſiue patiẽtiam,ſiue potentiam,loquimur, vel aliquid facimus, quo tentati appareat effectus,ipſum tentare dicimur; tradit Toletus in ſum. lib.4. c. 19.nu.1. Supereſt tertiò,vt per iuris regulas Inquiſitionem faciamus, in cuius enodationem ita conſiderari oportet, Bullam primò pœnã continere,quę reſtringi debet,ac ſimul fauorem Fidei, qui non item,imò extendi licet. Collige ex illis verbis, ibi:

ibi: *Tam ſuper præmiſſis, quam ſuper Fide Catholica, & quod de ea ſentiant diligenter inquiras.*

12 De extenſione pœnalis legis variȩ quodammodo ſunt Doctorum opiniones, ex quibus, & ex multis in prȩteritas quȩſtiones citatis, tres colligũtur communes. Eſt prima, nullam in pœnalibus admttti extẽtionem, ſic voluit gloſ. pen. in cap. non dubium, de ſententia excommunicatio. Alteraque eſt, pœnalem legem ſancitam in animæ fauorem extendi, ſicuti fauorabilem, quam procedere aiunt in his terminis, c. ſi quis ſuadente. Erit tertia, [d] pœnalem legem factam in publicã ſalutem, & vtilitatem, vti fauorabilem, extendendam, omnino ita Bart. in l. quemadmodũ, nu. 4. C. de agricol. lib. 11. commendat, & ſingulare dicit Iaſ. in l. quod Seruius, nu. 2. ff. conditione cauſa data.

13 Quibus prȩnotatis, ne dubium differatur, reſtat, vt hȩc ſit ſolutio. Atque equidem fateor, rem dubitatiſſimam eſſe, conſultoſque viros doctos variè reſpondere. Ego autem rem integram veriſimilibus coniecturis inueſtigandam cenſeo, conſiderata confeſſoris, & delatricis foeminæ qualitate, vt in vtroque foro, & de re tam graui rectiſſime fiat iudicium. Interimquè adhærens alienæ, & magis communi menti quæſtionem opinor ſoluendam iuxtà argumenta pro parte affirmatiua, ad verbum ex præmiſſis confirmata, quȩ obiter tetigimus in Bullæ explicatione. E quibus colliges, ſacerdotes poenitentes prouocãtes eo modo in Bullam ire, colligarique eius poenis. Primò, quia hanc fuiſſe Pontificis mentem apparet: re deinde abutitur contra naturam ſuam, prȩtereà ex fine actus rectȩ rationi contrarij: tandem quia tentat foeminam in peccatum pelliciẽdi animo.

14 Difficultati autem, quam opponit poenalis lex, ſic reſpõſum dari poteſt: extentionem non hìc, ſed comprehenſionem dari, præterea fidei fauorẽ præualere: ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit. Iuuat fieri extentionem pro animarum fauore in l. poenali, gloſ. verb. *alios* [e] in cap. ſciant cuncti de electione in 6. ratio conſonat cap. ſolitæ de maioritate, & obedientia.

15 Atque pluribus confirmatur opinio. Quem enim prȩterit,

terit, ſi huiuſmodi laudes, & blãditias impune abire permittere tur, occaſionem dari malis ſacerdotibus abutendi Sacramẽtis in Dei calumniam, animarũ perditionem, fidelium non mediocre ſcandalum? Poſſe deinde vitari Bullę poenas, fruſtrari Põtificis intentum cum cautela, quę alioqui facile reparari non poſſet contra ſententiam gloſ. cap. 1. verb. *adimetur*, de vſuris lib. 6.

16 Nec pretermittenda eſt ratio ad confirmationem faciẽs prędictæ ſententię: nam qui capti libidine libidinem poenitẽtibus ſuadere conantur, pręſumendum eſt hos tales hoc verborum lenocinio, his irritamentis poenitentes primò tentare, poſteà audere, ac velle turpem exercere actum. Itaque tentãt, audent; volunt. Et ſi autem ex Ariſto. lib. Etic. intemperantià deſtruatur prudentia: Inquit enim, libidinem maximam eſſe intemperantiam; poenę tamen metus, dubium de tertij conſenſu confeſſorem continet, frænatum facit, licet prouenientia ex paſſione aliqua difficile celari, & contineri poſſint.

17 Ad contraria reſpondẽt ſupra dicta. Atque ad primum reſponſio eſt ex ſecundo fundamento, quo probamus illa ſuppoſita lenocinia verborum eſſe merè ſolicitationes. Ad illud pręterea, poenalem legem proprium caſum non excedere, eſt etiam reſponſio ex prima opinionis huius corroboratione. Ad vltimum tandem, quo ſupponitur, confeſſarium foeminã poenitentem ad ſpiritualia cõducere pulchritudinis exẽplo, ſic reſponderi poteſt, cum, qui ſyncero animo ſic foemineas dotes commendat, longe diſſimiliora verba proloqui, ſyncera, ſana, nihil olentia libidinis, quę nec erunt qualia propoſuimus in quæſtione, nec qualia expoſuimus in argumentis.

18 Ad confirmationem reſponſio eſt; quia etſi deoſculari, & amplecti in bonam, & in malam partem adduci poſſit. Ex quo tamen à communibus accidentibus, & ex communi vſu ad libidinis actũ referatur, & impudicitię, de impudico oſculo, & lege nullo modo permiſſo intelligi debet. Proptereà prædictam gloſ. in d. c. abſit 11. q. 3. increpat, ac abijcit Menoc. de præſumptio. lib. 5. præſumptione 2. nu. 59. & 60. Angel. de maleficijs, verbo. *Che hai*

adulterato la mia donna, col. 4. num. 18. ac ante illos Abbas in cap. 1. de clericis non reſidentibus nu. 7. Iuuat, quod aliquãdo lex ſolam confabulationem interpretetur in deteriorẽ partem, vt adnotauit prçcitata gl. allegans cap. ne aliqua 27. q. 1. Atque colligitur ex c. pernicioſam in fin. 18. q. 2. & ex c. clericus cum multis ibidem 81. diſ.

19 Ad ſecundum, quod licet infame nomen, & cçtera grauia ſint, Sacramenti tamen abuſum, & peccatorum onus, quo poenitentes laborant, grauiora eſſe. Vide denique oppoſitum pro parte contraria fidelium ſcandalum, oppoſitam hçreticorum gloriam, &c. ſtare potiùs hçc omnia à parte affirmatiua.

20 Ad tertium negari dubium, quod ſi detur, detur ſolutio ex dictis in prima confirmatione.

21 Quartum ſoluit ſolutio, bonos meliores reddi, & cautiores, effrçnes frçnatiores, ac minus audaces.

20 Ibi: *Laudare*, [a] cum in præſentiarum illuſtriſsimus auctor agat de ſignis, & nutibus ad ſolicitationem prçſumendã. Illud meminiſſe oportet, quod aduertimus ſupra quçſ. 5. n. 21. ſufficere ſigna remota ad ſolicitationis prçſumptionem.

21 Vnde ne ex his paruis ſcintillis ad magnum perueniatur incendium; qui infirmus fuerit, ne prçceps fçminarum confeſſiones accipiat, ne forte dum fragiles foeminas audit, halitu peſtilenti inficiatur, tentationeque victus ſolicitet; non igitur eas inſpiciat Henriquez lib. 3. de poenit. cap. 17. §. 4. prçſeferat vultus ſerenitatem, & grauitatem paternam, omni familiaritate, & mutuo aſpectu vitato, Salas 1. 2. q. 47. tract. 13. diſput. 6. ſect. 17. num. 104. to. 2. audiat in locis publicis coram alijs Lucius in ſumma, cap. 24. nu. 11. quod ſtatuerat Gregor. XIII. referentibus Michaele de Auinon. de vnitate ouilis, c. 29. nu. 14. Cened. ad ſext. collect. 11. nu. 5.

22 Ideoq; iure optimo ſtatutum eſt à Barbaſtenſi Epiſcopo in Synodo Dioeceſana in Regno Aragonię anno 1586. Ne mulierum coſeſſiones abſq; vrgenti neceſſitate audiri poſſint in Eccleſijs ante ſolis ortũ, vel poſt illius occaſum, prout refert Cened. num. 6. vbi proximè, idem antea conſtitutum

extat in Concil. Prouinciali Mediolanenſi,1.p.f.11.col.1.

23 Ob eandemque cauſam in Ieſus Societate decretũ eſt, ne confeſſarius,qui in foeminæ domum ad excipiendam confeſſionem vocatur,à ſocio diſcedat,quod ſi neceſſitas,negligẽtia,aut caſus effecerit,vt ſocius ſocium ægrotantis fęminæ peccata excipientem videre non poſsit, tunc non ipſe confeſſarius,ſed diuerſus in eandem redeat domum; ſic & Mediolanenſi Diui Borromei conſtitutione Actor. par. 4. ſub titulo de viſitatione, & cura infirmorum, in princip.fol.535.decernitur.

24 Vt quando parochus ad ęgrotas accedit foeminas, ſibi comitem adiungere curet virũ, vel Eccleſiaſticum, vel laicum ſanctæ Charitatis operibus deditum, & omninò nunquam erit in cubiculo ſolus,& cum neceſſe fuerit ob poenitentię Sacramentum miniſtrandum,patenti oſtio id pręſtabit:ita optima,& imitanda conſtitutio.

25 Imo & ante,poſt ve confeſſionem exceptam ne verba officioſa impendat, ſeu perdat potius, Lucius in ſumma c.24. num. 10.

26 His obſeruatis in re ſeria, & tanti momenti prudens confeſſor labandi occaſionem euitabit,ne forte fędetur, dum aliorũ pedes lauat, ſed memor continentię,quam voto ſolemni in ſuſceptione ſacri ordinis promiſit,ſe linteo cilicino præmuniat,ſic Ioan.XIII.in exemplum Chriſtus Dominus linteo ſe præcinxit, vt Apoſtolorum pedes lauaret, prout aduertit Henriquez lib. 3. de poenit. c. 17.§.4.lit.I. Adde Illuſtriſſimũ Cardinalem D. Balthaſarem Moſcoſo de Sãdoual Epiſcop. Giennenſem en la inſtruction de Curas cap. 17. §. 5. qui nos citat.

27 *Nutibus, & ſignis,* b tribus modis ſolicitatio fieri poteſt verbis,nutibus,& tactibus, vt colligitur ex traditis per illuſtriſſimum auctorem in præſenti,& q.1.nu.14.poſt Param. de origine inquiſit. lib.3. c. 10. nu.116.& 118.In pręſenti quęſtione de nutibus, & ſignis agit, quæ & tactum comprehendunt, & tam in nutibus, quàm in tactibus eadem militat doctrina.

28 Licet enim vtraque, vel ex materiæ paruitate,vel ex ioco non ſint mortalia,veluti ma

num

num fœminę, pedem, vel brachium premere, vellicare, digitos intorquere, tangęre mammillas, & ſimilia, dummodo abſit finis mortalis, vel pollutionis periculum, vt explicant Nauarr. cap. 14. num. 31. Sanchez lib. 9. de matrim. diſputatio. 46 nu. 16. Salas 1. 2. q. 74. tract. 3. diſput. 6. ſect. 20. num. 146. & ſect. 21. nu. 149.

29 Sic & ſecluſo periculo proprio, vel alieno, & praua intentione luxuriæ, non erit mortale dicere verba amatoria, *requiebros*, ex ioco, ſcurrilitate, vel vanitate ad conciliandam gratiam, beneuolentiam, ſeu amorem nõ turpem ex Nauar. cap. 14. nu. 31. alias 42. Sanchez ſupra nu. 36. & 37. Salas ſec. 24 nu. 163. dicto loco.

30 Quia actus à fine potius & intentione, quam à facto ipſo malitiam, & ſpeciem formaliter accipiunt, cap. cum voluntate 54. de ſentent. excommunicat. D. Thom. 1. 2. q. 1. art. 3. & poſt Ariſt. q. 18. art. 6.

31 Attamen in foro externo ad incurrendam pœnam, damnandamque perſonã præſumuntur peccata mortalia, vt bene aduertit Salas d. ſect. 20. nu. 144. præcipue ſi adſit ſcandalum, vt poſt alios Sanchez lib. 9. diſput. 46. num. 35. Salas tractat. 13. diſput. 6. ſect. 24. num. 163.

32 Quę enim delinquũtur, atrocitatem ex loco, tempore, cauſa, perſona, & qualitate recipiunt, & ideo exempli gratia, quę in pagano aut nulla, aut leuis fuerit culpa, in milite grauis & dãnanda erit, ex Petr. Aero. lib. 2. decretorum, ti. de re mili. cap. 27.

33 Sic quę aliàs venialia erunt, iocumque, vel leuitatem præſeferent, tempore tamen Sacramenti adminiſtrandi exercita erunt mortalia, & damnanda.

34 Sic ex Dinarcho contra Demoſthenem conſtat Themiſtium Aphidnęum, quod initiis Eleuſiniis Rhodiam cithariſtriam violaſſet, Athenis capite mulctatum.

35 Illud Religionis, ſacrarumque rerum commendationem, & reuerentiam admonet, & cum admiratione excitat, vt P. Coelius, M. Cornelius, M. Cethegus, & C. Claudius, quia exta parum curioſe deorum aris admouerant, Flaminio abire iuſſi, & coacti ſint, ex Valer. lib. 1. c. 1. §. 4. adeo Religionis ob-

ſeruantiſſima fuit antiquitas ēt Ethnica.

36 Quid ergo ſi nō parum curioſe, ſed iniurioſe,& ſcurriliter ſacroſancta Sacramenta, diuinaque pharmaca flamines non Ethnici, ſed Catholici tractauerint. Si enim auertere homines à ſacrificio peccatum magnum eſt 1. Reg.cap.2. ibi: *Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia detrahebant homines à ſacrificio Dñi*, grauiusſcelus erit detrahere à confeſſionis Sacramento. Non enim ſufficit Sacramenta miniſtrare ſancta;ſed neceſſe eſt, vt ſancte miniſtrentur, ex Tridentin.ſeſ.24.cap.1. de reformatio.matrim.ibi:*Rem eſſe ſanctā,& ſancte tractandā*, Deuter. 16. *Iuſte, quod iuſtum eſt, perſequere*. Deus enim magis aduerbia,quam verba remunerat, gloſ. verbo qualitas in c.1.de colluſ.detegend. Aegid. lib.1. de regimine Princip. c.5.

37 Recedat igitur ſtultiloquium ex D.Paul.Ephe.5. Prębent enim verba ad res ipſas ingreſſum ex D. Athan.d.cap. 5. ad Epheſ.Vnde confeſſarius, qui tali loco,& tempore lutum, ſcurrilitatē, impudicos geſtus, aut tactus puro fonti admiſcere tentauerit, dignas dabit pœnas breui comprehenſas.

38 *Nutus vero, & obſcuriora ſigna pluſquam verba ſunt*. c Licet enim in cupidinis foro primum locum, verba habeant Ouid.lib.1.de arte amandi.

Nihil opus eſt digitus,per quos arcana loquaris.

Nec tibi per nutus accipienda nota eſt.

Si tamen tempus, aut locus expreſſiora verba non admittant,ad ſigna & nutus recurrēdum ex eodem Ouid. ibidem.

Illam reſpicias, illam mirere licebit.

Multa ſupercilio, multa loquare notis.

Cuius meminit Paramus lib. 3.de origine Inquiſit.quæſt.10 num. 118.

39 Imo ſilentis obtutus, & lachrymæ nonnunquam maiorem habent vim,quam verba Ouid.lib.3. de ponto eleg.1.ad vxorem.

Tum lachrymis demenda mora eſt,ſubmiſſaque terra

Ad non mortales brachia tende pedes.

Tu pete nil aliud,niſi ſæuo,vt ab hoſte recedam.

Hoſtem fortunam ſit ſatis eſſe mihi,

Plura

Plura quidem ſubeunt, ſed tu turbata timore

Hæc quoque vix poteris voce tremente loqui.

Suſpicor hæc damno tibi non fore: ſentiet illa

Te maieſtatem pertimuiſſe ſuam.

Nec tua ſi fletu ſcindentur verba, nocebit,

Interdum lachrymæ pondera vocis habent.

40 Indeque merito Neapoli parochus, qui inquiſitus fuit, quod mulieres tentauerat ad turpia in actu confeſſionis fuit à cura per annum ſuſpenſus, contra quem plures deponebant ſe fuiſſe tactu, & ſignis tentatas, referente Aloyſio Riccio par. 3. collect. 599. non maiori pœna punitus fuit, quia negauit in tortura, idem Riccius in praxi fori Eccleſiaſtici, dec. 369. nu. 1.

41 *Erit tertia*, [d] Azeued. l. 5. tit. 15. lib. 5. nu. 5. recopil.

42 Glcſ. verb. alios, [e] recepta ex Azeued. l. 5. tit. 15. lib. 5. nu. 4. recopilat. De extenſione legis pœnalis multa Suar. de legibus lib. 6. c. 3. cum ſequentibus, Salas eodem trac. quæſt. 97 tract. 14. diſput. 21. ſect. 4. & 5. Barboſ. l. ſi conſtante in princ. à nu. 94. ff. ſolut. matr. tom. 1.

SVMMARIVM.

Pars affirmatiua proponitur num. 1.

Prouocans ad venerem, & ad alia flagitia æque punitur ex ſententia Peña nu. 2. *&* 9.

Pars negatiua ſuadetur ex bullæ reſtrictione ad carnalia n. 3.

Immundities magis contrariatur Sacramento pœnitentiæ, quam aliud peccatum num. 4. *& à num.* 10.

Raptor puellæ non ex libidine non punitur raptoris pœnis num. 4.

Statutus quæſtionis num. 5.

Reſolutio pro negatiua nu. 6.

Solicitans ad diuerſa peccata à carne nõ incidit in pęnas breuis num. 6.

Solicitans ad mollitiem, vel nefandum incidit in bullam n. 7.

Inhoneſtum ad quid referatur num. 8.

Fœminæ magnam debent confeſſarijs reuerentiam, & contra confeſſarij fœminis nu. 11.

Confeſſor parturit ſpiritualiter filias ad munditiam cum illis ſer-

ſeruandam num. 12.
Communicare mox poteſt pœnitens de hæreſi, non vero de peccato carnis nu. 13.
*Carnis peccatum eſt magnæ adhærentiæ, & contagium contrahit num.*14.
Pater filijs furtum, homicidium, & ſimilia ſuadens non tam directe paternitatem offendit, quantum ſi carnaliter ſeſe cũ illis immiſceat nu. 15.
*Confeſſor, qui in confeſſione malũ ſuadet, grauiter eſt puniendus, & an reddatur ſuſpectus de Fide nu.*16. & 17.

QVAESTIO VIII.

VTRVM INTELLIGATVR CONSTITVTIO IN confeſſarium mulieres ſolicitantem à venereis diuerſa ad alia peccata.

1 Pars affirmatiua, probari poteſt, primò, quia conſtitutionis verba non tantùm aſtringunt ad venerea, vel ad alia huiuſmodi, ſed extẽduntur generaliter. Sic, cum factum refert, ait Summus Pontifex; *Ad actus inhoneſtos, dum earum audiunt confeſſiones, alliciendo, & prouocando, vel allicere, aut prouocare tentando*: mox dũ commiſſionem facit, ſic addit: *contra omnes, & ſingulos ſacerdotes de præmiſſis quomodolibet diffamatos.* Atqui inhoneſti actus non ſolum inerunt confeſſario ad fornicationem, ſed ad facinora quælibet ſtimulanti, homicidia, periuria, blaſphemias, & ſimilia alia. Quod indicat ſermonis proprietas: probant iura aliquot in l. 1. ff. de conditione cauſa data in l. ſi poſſeſſor 55. ibi; *Inhoneſtos quæſtus*, ff. de petitione hæreditaris l. cum profitearis, ibi: *profeſſionẽ inhoneſtam*, C. de reuocandis donationibus, atque ex alijs; vnde eruas verbum *Inhoneſtum*, ad facinora alia retorqueri poſſe.

2 Probatur deinde, quia ſi confeſſarios ad venerea ſolicitantes in confeſſione iure ſuſpectos habes de hæreſi; & à fortiori habebis ſuſpectiores, qui ad diuerſa ſolicitarint, & nocentiora, vt mulieres nempe manus ſibi inferant mortiferas, veneno maritos tollant, parentes vel filios

lios occidant, perpetrent impia, deteſtabilia alia. Quę facta, quã alia, fortiorem inijciunt hęreſis ſuſpicionem. Atque talis opinionis auctor eſt, & doctor eruditiſſimus Pegna ad Directorium Inquiſitorum 2. par. comment. 81. verſ. ille quoque, verba cuius exſcripta reddo: *Ille quoque grauiter peccat, nec leuem contrabit malę credentiæ ſuſpicionem, qui in Sacramento confeſſionis vel ad venerem, vel ad quæque flagitia, ſeu peccata prouocet confitentem, & proptereà, iure etiam optimo, iudicio Inquiſitorum ſubiectus eſt.*

3 Contra docuit Petrus Ledeſma in additionibus ad 3. p. q. 56. art. 2. §. & non eſt idem; prout citat, & ſequitur Paramus d. q. 10. num. 121. & 122. Probant primò, quia in conſtitutione Pontificis ſolùm ad carnalia ſolicitatio iure ſubiicitur Inquiſitoribus; atque in delictis non fit extentio cap. in pœnis de regulis iuris lib. 6. l. interpretatione ff. de pęnis. Multa refert idem paramus vbi ſupra, ſatiſq; vulgare eſt.

4 Secundò ſic ducuntur, reperiri in carnis peccato immunditiem quandam huic Sacramẽti vinculo magis contrariãtem. [a] Inuritur enim infamiæ nota taliter peccanti, qui enormibus annumeratur per textum in cap. infamia 3. quæſt. 7. Quod crimẽ veluti Reipublic. perniciosius multò grauius, quam reliqua, reputari, ac puniri debet, cum mali exempli maximè ſit cap. præcipuè 11. q. 3. l. 3. §. Sed ex ſenatu, ff. ad legem Corneliam de ſicarijs, Menoch. de arbit. caſu 380. nu. 4. Tiraquell. de pœnis, cauſa 44. nu. 53. Quod corroborare poteſt Deciani doctrina in trac. criminali lib. 8. cap. 7 n. 36. qui ait, minimè pœnis puniendum, ſi quis puellam raperet, pręter quam libidinoſa motus alia cauſa, l. 1. C. de raptu virginum.

5 Adductis his pro vtraque parte, illud in primis moneo ad explicationem, non nos in præſenti differere, an valeant attento iure procedere Inquiſitores in confeſſarios in confeſſione prouocantes fœminas ad peccata; *qualibet*, [b] verum an per iuriſdictionem ex vi commiſſionis huius acceptam poſſent, & inquirere de confeſſarijs alia peccata, pręter venerea, fęminis in confefeſſione perſuadere conantibus.

6 Quo ſuppoſito illa mea eſt

eſt opinio, nihil ex vi commiſſionis commiſſa generali facultate (de qua meum iudicium ſuprà palam feci quæſt. 2.) pertinere ad Inquiſitores cognitionem de ſolicitatione factá ád alia criminum genera, quę ab actibus inhoneſtis, & venereis nõ ſint, quia nimia eſt extentio, quę neque expreſsè, neque tacitè, neque directè, neque indirectè in conſtitutionis verbis, & contextu videtur contineri. Sola enim quędam rationis ſimilitudo non ſufficiens eſt, quando diuerſitatis ratio multiplex facile conſiderari poteſt. Atque ſanctę Inquiſitionis ſanctum decretum à ſanctiſsimo Clemente VIII. pronunciatum huic rei ſatis lucem dedit. Refert Param. q. 10. fol. 881. ibi: *Solicitantes mulieres pœnitentes ad impudicitiam, & peccata carnis.* Atque ex hóc inferas diuerſa à carne crimina prorſus excludi.

7 Illud tamen ſine controuerſia eſt, poſſe Inquiſitores in confeſſores procedere, qui ad nefandam venerem, vel mollitiem fęminas ſolicitarint. Sicut enim de inhoneſtis actibus Pontificis generalis eſt ſermo; ſic ſub eadem commiſsione omnes cõprehenduntur confeſſores in confeſsione ſtimulantes fęminas ad turpes actus, & inhoneſtos cuiuſcumque ſpeciei, & qualitatis, quia ſub genere omnes ſpecies comprehenduntur, & terminus indefinitè poſitus in huiuſmodi legibus æquiualet vniuerſali, ſeu diſtributo, vt cõſtat; tum quia de vna, quam de alia maior non datur ratio, tum etiam, quia quando lex non diſtinguit, nec nos etiam diſtinguemus ſine lege alia, vel cogẽte ratione. Ergo concluſio apertiſsimè eſt, conſtitutione hac alligari confeſſorem ad nefanda ſolicitantem; eſt enim ſub illó genere obſcæniſsimus, & turpiſsimus actus. Propterea etſi non exprimerentur verba, ratio tamen, & legis intentio, quæ in vitium fortior eſt, fortaſſe ſufficeret; vt ex dictis in quæſt. 5. clarius apparet.

8 Argumẽtis autem pro affirmatiua parte facilè ſatisfiet, ſi dicamus; verbum, *inhoneſtos* ex frequentiori vſu ad carnalia coarctari, licet ad peccata alia extendi poſsit l. ſi cam dies 26. §. ſi arbiter, verſ. ſed ſi ibi, *inhoneſtum*; & ibi: *velnti lupanar*, ff. receptis arbitris, l. affectiones 5. ibi: *inhoneſtè circa meretrices*, ff. de donationibus, l. pronunciatum

:um 46. §. mater familias, ibi: *quæ inboneſtè vixit*, ff. de verborum ſignificatione, vbi notat Alciatus numero 10. Latiùs Rebuff. colu. 1. facit cap. 1. in fin. ibi: *quam inboneſtè multos admittat*, de ijs, qui filios occiderunt.

9 Ad ſecundùm ſic reſpondeo, commiſsionis intẽtionem peccatis noluiſſe occurrere, quę maiorem irreuerentiam exhiberent in poenitentiæ Sacramentum.

Sed ea ſolùm fuit Pontificis meńs, vt irreuerentia, & peccata, quę frequentiùs obuenire ſolebant, penitus abolerentur, vt vides ex motiuo in conſtitutione expreſſo, quo ductus Summus Pontifex ſic inſtituit. Auctoritati etiam Franciſci Pegnę ſic reſpondeo; [c] illum nempe loqui non de ſpeciali commiſſione, ſed de Inquiſitorum generali illa poteſtate, qua inquirunt de ſuſpectis. Ob idque ſic intelligendum eſſe iuxta ſupra dicta in quæſt. 2.

10 *Immunditiem quandam huic Sacramenti vinculo magis contrariantem*, [a] Baptiſ. Corrad. in caſibus conſcientiæ, caſu 151. verſ. dicitur, fol. 298. & caſu 13. in addit. refert verba Ledeſm. ad 3. p. q. 56. art. 2. vbi additio ſubiungit.

11 Quod vt fœminæ debẽt magnam reuerentiam confeſſarijs iure diuino, ita ipſi tenentur ſpecialiter cum illis munditiam ſeruare, & non eſt idem de alijs peccatis, ſicut in peccato immunditiei. Nam in peccato iſto eſt quædam immunditiès, quę magis cõtrariatur huic vinculo; hæc Corrad.

12 Ego aduerto, quod in hoc Sacramento confeſſor peccatorem tanquam filium ſpiritualiter parturire debet, ad Galat. 4. *Filioli, quos iterum parturio.* Si ergo purus, & ſpiritualis partus in ſpurciſſimum, & carnalem conuertatur, offenditur directe huius lauacri, & generationis puritas, quæ indecentia non tam in reliquis committitur peccatis: nam peccatum im puritatis pręcęteris maximam affinitatem per ſe cum hęreſi habet, ex D. Chryſoſtomo in illud Apoſtoli habentem autẽ, *Impoſſibile eſt*, inquit, *Impoſſibile profectò, ſi vitam impuram habeas, in Fide non vacillare*, quid ergo ſi hęc impuritas in puriſſimo Sacramento exerceatur? augebitur vacillatio. Ac per cõſequens pręſumptio maior ex

hoc,

hoc, quam ex aliis reſultabit peccatis.

13 Sic alias poſt pęnitentiã de peccato etiam hęreſis, licet mox communicare, non ita poſt pœnitentiam de peccato carnis, ſi credimus D. Ioan. Climac. in Canon. Apoſtolorum, gradu 15.

14 Peccatum enim hoc eſt magnæ adhærentię ex D. Gregor. 31. moral. cap. 31. D. Tho. 1.2. quæſt. 75. ar. 5. cætera enim peccata, licet in pęnitentię Sacramento, aut circiter aperiantur, ſunt veluti tranſitoria, & extrinſeca, hoc verò ita adhæret, & ineſcat, vt ſemel admiſsũ contagioſam ſcabiem in magnũ animarum periculum, & damnũ relinquat. Meritò ergo in hoc ſolo, quia frequentius, & pericu loſius, & mens, & conſtitutionis ratio verſatur.

15 Sic licet pater cum filiis homicidium, furtum, vel ſimile communicet ſcelus, non tãtùm paternitatis, & filiationis vinculum offendit directe, quantum ſi carnaliter ſeſe cum illis immiſceat; eodem modo cætera peccata non opponuntur directe reuerentię Sacramento, & confeſſori debitæ, nec ſpirituali generationi, nec ſpeciali prohibitione interdicuntur, vt aliàs aduertit Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 55. nu. 5. ad 4.

16 *Ad peccata qualibet*, [b] licet in confeſſionis Sacramento prouocans pęnitentem ad diuerſa à carnis illecebris ſcelera, non incidat in noſtri breuis pęnas, acriter tamen, & ſeuerius puniri debet, quam ſi diuerſo loco, & tempore de illis perpatrãdis agat, ex Dionyſio de Franciſcis conſ. 43. num. 7. apud Ziletum, volum. 2. de quo viden. nu. ſequent.

17 Ibi: *Hic reſpondeo*, [c] Hęc Pegnæ ſententia dubia videtur, ex reſolutis in hac quęſtione, forſitan defendi poſſet, quando confeſſor ſolicitat pęnitentem ad eadem peccata, quę confitetur, veluti ſi ſortilegium ſe fatetur, confeſſor autem ab eo petat, vt ſe doceat & ſimilia, tunc enim practicanda videtur Pegnæ opinio, & inter hanc ſolicitationem, & noſtram diſcrimen erit, quod in hac neceſſe eſt occaſionem ex peccato confeſſo accipere, & procedit ſuſpicio de Fide, dum medicus loco medicamenti venenum prębet. In illa verò ad turpia ſiue confeſſor ex confeſſione peccati occaſionem aucupetur, ſiue non,

alias

alias enim amplectenda eſt ſententia, de qua in præced.enim fundamentum namque Pegnę falſum eſt, non enim non leuis ſuſpicio de Fide, ex ea ſolicitatione inſurgit, vt reſoluimus quęſt.2.num.45.

SVMMARIVM.

Affirmatiua pars num. 1.
Verba ſcripta frequentioris vſus gratia non mutant in alijs iuris diſpoſitionem, num. 1.
*Fœmina ſolicitans in confeſſione incidit ex Paramo num.*2.*cõtra num.* 3.
Differentia inter ſacerdotem, & fœminam ſolicitantes nu. 4.
*Reſolutio quæſt. num.*5.
*Confeſſor ſolicitatus à fœmina nõ tenetur denunciare fœminam ſolicitantem nu.*5.
*Peccata in confeſſione commiſſa ſub ſigillo continentur nu.*6.
*Confeſſor à fœmina ſolicitatus, ſi conſentiat an incidat in breue nu.*8.*quid ſi conſentiat, ne à fœmina infametur nu.*9.*quid ſi ſomno ſopitam, aut paroxiſmo, arte, vel morbo comprimat num.*10.*quid ſi morbo comitiali laborãtem comprimat num.* 11.

QVAESTIO. IX.

VTRVM IN CONFESSIONE SOLICITATVS A FOEMINA confeſſarius teneatur de tali hac ad Inquiſitores deferre.

1 ET pro parte affirmante ingeri poteſt aliqua dubitandi ratio; quia ſuperiùs dicebamus nomen aliquò in lege poſitum ob vſum frequentiorem, non ſimilia, quę rariora ſunt, excludere. Sentit gloſ. in clemen. 1. de reſcriptis, verbo *præſidentes*, quam ibi ſequuntur Doctores ex Feli. cap. nonne num.5.verſ.fallit 5. de pręſumptionibus, Coſta cap. ſi pater 1.par. verbo, ſi abſque liberis num. 28. Ex multis celebrem tradit Velaſcus tom. 1. conſ.8. nu.2.

2 Facit deinde, quia ſolicitans

tans fęmina confeſſarium ęque Sacramentum lędit,atque confeſſarius,cum ſolicitat. Ergo & ſolicitatrix,& ſolicitator Inquiſitorum iuriſdictioni æque ſubiiciuntur. Hinc libet Paramo opinionem tueri d.q.10. in fin. verſ.at ne omnino.

3 Nihilominus tamen eſto totus à contrarie opinantibus, qui talis fęminę tale peccatum non noſtrę conſtitutionis eſſe aſſerunt.Primò quia in confeſſo res lex tota directè fertur;quos non ſolùm nominat frequentioris vſus ratione,vt ſupponit dubitandi ratio,ſed per ſe tantum de illorum audacia, & iniquitate directè tractat ad illud vergens, vt corrigantur,ſe recipiãt in meliorem frugem; vt videbis ex toto proęmii contextu atq; ex verbis infrà: *contra omnes,& ſingulos ſacerdotes, tam ſæculares, quam quorumuis ordinum, etiam exemptorum*. Atque ibi *ſacerdotes*, verbum ponderabis, quod omnino abſolutum eſt. Atqui inter confeſſarium, & pęnitentem multum intereſt. Propterea ſub confeſſario non comprehendes pęnitentem, neque ſub alterius nomine alterum intelligi fas eſt. Ergo conſtitutio ſolum agit de ſacerdotum peccatis,ommiſſis aliis quorumlibet.

4 Secundò, confirmari videtur hęc opinio multiplici diſſimilitudinis, & diuerſitatis ratione:tum quia de fęminis illud rarum eſt, & inauditum,quod in humanis legibus non ita conſiderari ſolet:tum quia Sacerdotum peccatum longe grauius, periculoſius, nocentiuſque eſt. Pręterea maior è ſacerdoribus pollutę doctrinæ oritur ſuſpicio,quos obligat vera,& ſeuera doctrina, diuinus ſtatus,qui fęminis non nunquam propinant mortifera verba, merum venenum ſuadentes, turpia ipſis licere, contemptis conſcientiæ ſtimulis, vt tandem libidini ſatiſfiat. Quod de fęminis reſpectu ſacerdotum nunquam pręſumi poteſt.

5 Vnde manifeſte infertur concluſio, ſolicitatum ſacerdotem non teneri de fęmina denunciare ſolicitante; quia neq; hoc pręcipit conſtitutio, neque Inquiſitorum pręceptum conſtitutionis virtute latum ad hos extenditur.Eſt enim intelligendum iuxta conſtitutionis ſenſũ. Pręterea neque cõueniens erat hoc imponi confeſſariis arctiſſimo ſecreti ſigilli pręcepto con-

ſtri-

ſtrictis: quia eſt ſi verum habeatur, ſigillum hoc per ſe obligare, vt peccata tantum cęlentur à pœnitente dicta, non autem ea(vt ſic dicam) concomitanter in confeſſione, & ſub confeſſionis velamine commiſſa.

6 Verumtamen quia redigi in has tales anguſtias confeſſarios periculoſum eſſet, ſecurius eſt abſolutè ſecretum: peccata enim in confeſſione commiſſa contineri poſſunt ſub ſigillo, veluti ſub principali acceſſorium. At diſcernere difficile eſt, quando ſigillum in his obliget, vel non obliget. Ergo non veriſimile eſt tale prę̨ceptum imponi ſacerdotibus, neque teneri de fœminis ſolicitantibus denunciare: Atque ita tenendum eſſe à me rogatus reſpondit D. Franciſcus Suarius.

7 Adductum pro contraria parte primum fundamentum ex noſtro primo reſolutionem ſumit: ſecundum autem ex ſecundo.

ANNOTATIO.

8 Quid ſi confeſſor à fœmina ſolicitatus, conſentiat, & ad copulam, inhoneſtoſue alios deueniat actus, an habeat locum Breue. Videtur quod ſic, vt reſoluit Iacob. à Graphis, conſ. 7. à nu. 8. de pœniten. & remiſ. vide tamen quæſt. 11. nu. 11.

9 Quid ſimiliter ſi vocatus ad ægrotantis confeſſionem, ab ipſa ſolicitetur minas fundente, ni in copula conſentiat, ſe exclamaturam vim ab illo ſibi inferri, ad quam infamiam euitandam confeſſarius in actu venereo conſentiat. In quo dubio licèt confeſſarius, Ioſephini exēpli oblitus, peccet, ex text. in c. ſacris, de ijs, quę vi. Non tamen erit locus noſtræ conſtitutioni, ex traditis per Graphis d. conſ. 7. num. 1.

10 Quid tandem ſi confeſſarius fęminam non ſolicitet, ſed porrecto poculo amatorio in ſomnum incidat fœmina, quo ſopitam illam agnouit? Iacob. à Graphis conſ. 17. à nu. 2. de pœniten. & remiſ. Breui comprehendi ſentit. Ego diſtinguerem: aut enim confeſſor poculo, vel arte aliā procurauit, vt fœmina amore ipſius confeſſarij caperetur, ipſumque ſolicitauerit, ni conſentiat, obſeruanda erit cōcluſio Illuſtriſſimi Auctoris in pręſenti num. 5. Si conſentiat, Recurrēdum erit ad quęſt. 11. Aut ſomno graui laborantē confeſſoris artificio oppreſſit in ipſo confeſſionis actu, aut pro-

I ximc,

xime, vt ſupponimus: & in hoc euentu neſcio, quo pacto ſit locus conſtitutioni, fœmina namque ſomnō ſopita copulam non ſentit, vnde delationi locus eſſe nequit: confeſſarius verò ſe ipsū prodere non tenetur, vt infra quęſt. 21. nu. 2. licet ſi crimen probetur per confeſſarij confeſſionem, Breuis pęnas dabit. Quod amplio ad fœminam peccata expiantem, & repente paroxiſmo correptam confeſſarii arte, & à confeſſario compreſſam, quia in his omnibus datur ſolicitatio ex parte confeſſarii, ſi non verbis, at ipſo facto.

11 Vnde contrarium dicerē, ſi morbo comitiali laborantem comprimat: vnde Graphis reſolutio indiſtinctè in noſtra ſpecie locum non habet, agit enim caſu, quo confeſſario ſolicitanti, turpiave exercenti facultas confeſſiones excipiendi ipſo iure adimitur: quę pęna etiam locum obtinet in eo, qui poculum porrexit, aliudve procurauit ad copulam quocunque tēpore, & loco cum filiabus ſpiritualibus exercendam.

SVMMARIVM.

Breue in ſolicitantes non obligat per ſe ad denunciandū, niſi ex Inquiſitorum pracepto num. 1.

Nullus tenetur ad denunciandū, niſi probare poſſit nu. 2. & 8.

Denunciare non tenetur quis, ſi ſit in dubio aliquem eſſe hareticum, nu. 3. & 9.

Denunciare an teneatur impedimentum matrimonij, qui illud probare nequit, nu. 3. & 9.

Hareticus occultus non tenetur ſe prodere Inquiſitoribus, nu. 4. & 11.

Fœmina ſolicitata etſi veniat in actum turpem, denunciare tenetur ſolicitantem, num. 5. 6. & 10.

Manifeſtare tenetur quis crimen in tertij, & reip. damnum ſuperiori pracipienti, nu. 7.

Clem. 2. de hareticis circa denunciationem, n. 8.

Denunciatio ſolicitata contra ſolicitantē an ſit iudicialis, diciturque Inquiſitoribus tanquā patribus, nu. 12.

Fœmina ſolicitata denunciare tenetur, etſi ſolicitationem probare non poſſit, imo & ſi certo ſciat ſe ſolam fuiſſe

ſoli-

ſolicitatam, num. 13.
Denuncians hæreticum, vel de hæreſi ſuſpectum, licet non probet, non tenetur talionis pœna, nu. 14.
Denunciator ex conſuetudine probare non tenetur, pręcipue ſi ex officio, aut in bonum publicum denuciet, niſi ſint delatores, numer. 15.

QVAESTIO X.

VTRVM SI FOEMINA SOLICITATA VENIAT in actum, teneatur tamen de ſolicitatore ad Inquiſitores referre.

1 PRæit quæſtionem admonitio, nullam in hoc decreto fęminis, aut à confeſſarijs ſolicitatis perſonis obligationem imponi de confeſſoris delicto denunciandi: ſed Inquiſitoribus ſolùm facultatem concedi de illis inquirendi, talis peccati turpitudine notatis. Vnde ante factam ab Inquiſitoribus Inquiſitionem non tenetur denunciare ſolicitata perſona. Ergo Inquiſitorum officii erit, quemque denũciandi onere adſtringere, vti Caſtella obtinet. Neque dubium eſt, quin eadem huius Regni Inquiſitoribus ſit facultas, ex Decreti, vel ex generalis poteſtatis vi, qua poſſunt inquirere de ſuſpectis in Fide, iuxta dicta in 2. & 3 quæſt. Atqui tam fęminæ, & alii quicunque ſcientes de tali hoc crimine quocunque modo tenentur ſub excommunicatione adire Inquiſitores, reos indicaturi. Quod vides ex excommunicatione ſupra hanc rem merito iſſimò lata Maii die 13. anno Domini 1610.

2 Atqui ratio hæc eſt ſciens dubium: ad denũciationem nullus tenetur, quam probare non poteſt. Docet Roſella. verb. cõfeſſionis celatio num. 13. in fin. Angel. verb. confeſſio 8. nu. 22. Henriquez multis aliis citatis lib. 13. cap. 18. nu. 3. & eſt gloſ. verb. proferatur in extrauag. 1. de ſentent. excommunic. inter communes Clem. 2. de hæreticis verſ. quod ſi taliter, ibi: *vt ea probare valeant.* Conſonat text. in c. plerumque 2. quæſt. 7. & in cap. placuit 6. quęſt. 2.

Quod etiam ad crimen hęreſis extendunt poſt alios Palat. in rep.cap.notab.3.§.26. num.9. Villadiego de hęret. quęſt. 10. nu 7 Repert. Inquiſit.verb.denunciaro, verſ. generale, poſt med.& in crimine lęſę Maieſtatis, probat Bald. quem alij ſequuntur, vt per Nauarr.in cap. inter verba,concluſione 6. nu. 388 per Menoch. de arbitrar. caſu 355.Ergo cum fęmina ſolicitationem probare non poſſit, ſimiliter nec de illa denunciare tenebitur.

3 Facit ſecundò Nauarri doctrina conſ.3.de hæreticis,incipit: *dubito*,qui aſſerit,minime quem teneri ad ſanctum Officiũ denunciare, ſi in dubio ſit, aliquem hæreticum eſſe, vel eum è ſignis ſic ſuſpicans, quod tamen probare non poſſit Atque ſic confirmatur, quia ſi matrimonij iudex ſub excommunicatione iubeat inter contrahentes obſtaculum patefieri, patefacere non tenetur,qui teſtibus illud probare nequit, vt aliqui habent, quos refert, & ſupplementum ſequitur Gabrielis diſ. 28.q.2.artic.3. prout illos refert Sanchez lib. 3. de matrim. diſp.13.num.1.Ergo à ſimili in noſtro hoc caſu.

4 Facit tertio Diui Chryſoſtomi illud: *Non tibi dico, vt te prodas.* [a] Refertur in c.quis aliquando poſt principium,de pęnitentia,diſt.1. ex quo text.infert D.Thom.2.2.q.69.artic.1. vt ex illo, atque Soto colligit, & tuetur Rojas de fauore Fidei ſingul.3.num.35. & docuit Simanc. expreſſè ante illum de Cathol.cap.42. nu.13. hęreticum occultum ſe ipſum prodere,& denunciare non teneri.Verumtamen ſi confeſſarium mulier deferat Inquiſitoribus, forſan ſacerdos reus deprehenſus inter purganda peccata, ipſam fęminam peccati adiutricem ſignificet: ergo nunquam vllo modo talis fęmina denunciationi obligatur.

5 Dico tamen poſſe Inquiſitores fęminas ad denunciationem obligare, licèt confeſſorũ libidinẽ adimpleuerint libères, atque ſic intelligendum prçceptum,ſi abſolute latum eſt,& ſine reſtrictione, quia æquum eſt, & exerceri poteſt immaculato exercentis honore:fęmina enim ſic peccans cum confeſſario, peccatum ſuum non aperire tenetur,tacere poteſt,neque interrogari debet.Quod ſi autẽ ſuũ crimen ſimul patens fecerit

impru-

imprudens,ſiue libens dicat,ad interrogata reſpõdens: propterea nec punienda,nec infamanda eſt,vt conſtat ex poſito fundamento..

6 Vlteriùs, & ſecundò probatur; quia æqua lex ſemper obligat in conſcientia, quando adimpleri poteſt ſine adimplẽtis incommodo: ſed fœmina celando crimen ſuum (vt ſupra diximus) poteſt ſolicitantem palam facere: ergo ad id faciendũ obligatur. Atque ſic confirmatur, quia ſi ante fœminæ cõſenſum actui turpi,iure poterãt Inquiſitores denunciationẽ ad ſe vocare, poſſunt eodem iure poſt fœminæ conſenſum: ergo à fœminis turpem actũ habentibus cum confeſſarijs,confeſſarios ad Inquiſitores denunciari poſſe clarum eſt.

7 Probatur tertiò, quia tenetur quis ſub mortifera culpa, imò ſub excommunicatione, quæ iam lata eſt, crimen manifeſtare: quia manifeſtare præcipienti ſuperiori crimen alicui tertio damnũ inferens, quilibet obligatur, teſte D.Thoma 2.2. q.70. art.1. ad 2. quem omnes ſequuntur ex Sanch.d.diſp.13. nu.2. in princ. Ergò à fortiori peccatũ aperias bono publico, & toti Reip.damnũ importans, vt docet ibidem idẽ D.Thom. Atque hanc opinionem eſſe tenendam conſultus mihi reſpondit D.Franciſcus Suarius.

8 Huic retentæ opinioni,nõ obſtant in contrariũ ſupra allata. Eſt enim reſponſio ad argumẽtum primum, illud in publica,& iudiciali procedere denũciatione,tendẽs maximè in criminis vindictam,in qua denuncians partem ſe facit,probationem offerens:licetq; in illa ſubſcriptio talionis pœnæ non requiratur; in cæteris tamẽ accuſationis locũ ſubintrat, de qua agitur in l.ea quidem, C.de accuſat. iuncto cap.2. eodem tit. per quam, vt quis non tenetur ad accuſandum,ſi crimen accuſanti improbabile ſit,ex D.Th. 2.2.q.68. art.1. & ibi Caietan. Sot.de ratione tegendi, mẽb.2. q.5. concl.1. ſic nec ad denunciãdum. Longe aliter eſt in denunciatione, quæ maximè tendit in correctionem, & ſpirituale bonum. [b] Hæc enim Prælato,veluti patri,indiſtinctè faciẽda eſt: quia fieri poteſt, vt eidẽ interroganti peccatũ peccator vel dicat,vel ſuffuſus rubore,legitimè ab eodem monitus emẽdetur.Nec obſtat d.Clemen.2.

de hæret. quæ non agit de denunciatione hæreſis, verum de Inquiſitoribus in officio delinquentibus,in qua ceſſant adductæ rationes.

9 Nauarri autem doctrina ſolubilis eſt, ſi tantũ procedere dicatur quãdo quis, crimen ſuſpicans,ſubodoratur: nõ autem quando certò ſcit à viſu,vel ab alio quolibet corporeo ſenſu, vel ſaltem ab aliquo percipit,fide digno. Probat elegãter ipſemet Nauar. dicto conſ.3.nu.1. Ad confirmationem reſpondemus, eſſe veriſſimãm cõtrariam opinionem, vt per Couar.in 4. Decret.2. per c.6.§.10. nu.21. Guttier.lib.1.canonic. cap.11. nu.27. Tradit ex multis Sanchez dicta diſp.13.nu.2.ad fin.

10 Ad argumẽtum tertium reſpondetur ex noſtro primo fundamento,quo ſupponimus, poſſe mulierem denunciationẽ facere ſine ſui nominis iactura, atque ſi caſu de crimine dicat, nullam ex dicto ſibi oriri poſſe obligationem, aut infamiam, neque ab Inquiſitoribus ob id puniri poſſe.Adde in ſimili Nauarr.conſil.5.de hæret.num.4. incipit, Eſt pęnitens.

ANNOTATIO.

11 *Nõ tibi dico,vt te prodas.* [a] Adde Guttier. lib.1.can.quęſt. cap.11.nu.40.vide quæ reſolui quæſt.21.

12 *Longe aliter eſt in denunciatione, quæ maximè tendit in correctionẽ,& ſpirituale bonũ.* [b] Sentit Illuſtriſſimus, quòd hæc denunciatio,qua fęmina ſolicitata defert confeſſarium, nõ eſt iudicialis,nec in criminis vindictã,ſed in correctionẽ,& emendã,diciturq; Inquiſitoribus tanquam patribus, vt prodeſſe, nõ nocere poſſint,indeq; ſoluit primum argumẽtum,quare in hoc crimine denũciare teneatur fęmina,licèt illud probare nõ poſſit,cõtra reſoluta ab eodẽ nu.2. Ego verò puto hanc denunciationẽ iudicialem eſſe,& deferri fidei cenſoribus, nõ tanquã patribus,qui prodeſſe,hoc eſt paternè corrigere, & ſecretè, ſed tanquam iudicibus,qui nocere, hoc eſt iudicialiter punire debẽt,vt cõſtat ex Breui, noſterq; auctor agnoſcit q.24.de quo eſt text. optimus in c.hoc videtur, 12.q.5.ibi: *Si indicet talibus,qui magis poſſunt prodeſſe,quã obeſſe, ſiue ad corrigendum eum, ſiue ad Deum pro illo placandũ,ſi & ipſe cõfeſſionis adhibeat diſciplinam*, explicãt D.Th.2.2.q.33. art.8. ad vltim.Nauarr.in c.inter verba,

ba, corol.66.nu.289. hiſpanè, latinè verò num.386. Guttier. lib.1.can.quæſt.cap.11.nu.21. cum ſequentibus.

13 Conſtituo enim, quòd quãquam fœmina illud probare non poſſit, denunciare tamen tenetur, vt bene cõcludit auctor nu.7. imò etſi fęmina certò ſciat ſe vnicã eſſe, quæ ſolicitata fuerit, denunciare tenetur, nõ quia forſitan & alię quoque ſolicitatę reperiri, & dari poſſint, vt putat Lucius in ſumma ſummarũ, c.24.nu.10. ſed eſto illa ſola ſolicitata fuerit, quia in criminibus hæreſeos, hæreſimq; manifeſtè ſapientibus, tenetur quis reuelare, etſi ſecreto ſibi ſoli notus ſit reus, vt cũ Caſtro reſoluit Auctor infra q.18.nu.13.

14 Quia ſufficit ſi dicat denunciare ſe zelo Dei, vel timore pęnæ contra non reuelantes cõminatæ, ex directorio Inquiſ. 3.part. rubr. de ſecundo modo procedendi in cauſa Fidei per denunciationẽ, nu.68. in princ. vbi Peña commen.15. verſ. his peractis. Farinac. de hæreſibus, q.185.nu.71. & ideo nõ ſit reus talionis, ſi non probet, Henriq. in ſumma poſt Nauarr. Simanc. & alios libro 5. de pnitentia, c.10. §.11. in fi. Paramo lib.3, de origine Inquiſit. q.8.nu.22. Farinac.d.nu.71. niſi de calumnia appareat, ex Paramo nu.23. Farinac.71.

15 Eo maximè, quia de conſuetudine denunciator non tenetur probare quod denũciat, vt poſt Bald. & alios teſtantur Maſcard. concluſ.505. num.2. Farinac.d.num.71. Forſitan tamen horum ſententia locum habet in eo, qui ex officio, vel non ad intereſſe, ſed in bonum publicũ denunciat, quia is probare non tenetur ex communi, de qua per Farin. 1.tom.q.16. nu.16. cum ſequentib. vbi limitat in delatoribus, hoc eſt, *ſpias*, per l.cum patronum, §.1.ff.de iurepatr. quia ſemper probare tenentur, aliàs pęnas dabunt.

SVMMARIVM.

Delinquens non effugit pœnas, ſi probet ſe illectum, nu. 1.12. *&* 26.

Solicitari ab alio qui paſſus eſt, veniam non meretur, num. 2. *&* 8.

Confeſſarius ſolicitatus ſi conſentiat, an hæreſis ſuſpitionem incurrat,

currat , num.3.5.& 9.

Negatiua pars ſuadetur, nu.4.

Solicitatio ſcandaloſa eſt materia iuriſdictionis Inquiſitorū , nu.4.

Qui caſu, non conſultò crimen cōmittit, leuiùs punitur, num.4.

Suſpitio hæreſis non reperitur in confeſſario ſolicitato, ſi conſentiat, nu.5.

Aborſum procurans, non incurrit pœnas bullæ , ſi imprudentia aborſui cauſam det, nu.6.

Fr.Suarij opinio , nu.7.

Confeſſor ſolicitatus ſi cōſentiat, an incurrat Breuis pœnas, nu. 7.12.15.& 17.

Clem.1.verb.ſcienter de conſanguinit.nu.7.

L.qui cum vno, §.qui filium, ff.de re milit.nu.8.

Sacramenta à parato recipere dupliciter diſtinguitur, quando ſit peccatum, nu.10.& 17.

Solicitatio ſi à fœmina, & confeſſario inuicem fiat , an Breuis locus ſit, nu.11.& à nu.18.

Sodomitans conſentientem, & allicientem punitur, nu.12.

Pœna ſolicitanti ad copulam impoſita, à fortiori comprehendit copulam conſummantem , nu. 13.17.& 20.

Confeſſarius audiens turpia, ſi in pollutionem incidat inuitus, nō peccat , nec ab opere abſtinere debet, nu.11.meritumque regulariter habet, nu.14.& 25.

Cōfeſſarius tenetur fœminam repellere ſolicitantem , num.15. & 19.

Solicitatio per oſcula, amplexus , vel aliàs ſunt præambula ad copulam , nu.16.

Pudicitia per oſcula, tactus, & ſigna venereorū læditur, n.16.

Caſtitas per copulam læditur , nu.16.

Breue contra ſolicitantem, à fortiori cōprehendit conſummantem, nu.16. declaras nu.24.

Confeſſarij , & pœnitentis cooperatio æquè offendit Sacramenti puritatem, nu.18.

Bulla meminit ſolicitationis ex parte viri ob frequētiā, n.19.

Solicitatio ad turpia regulariter à maribus incipit, nu.19.

Solicitatio ſufficit, licet effectus nō ſequatur, nu.20.

Confeſſor ſi fateatur copulam in actu confeſſionis, fuiſſe tamen à fœmina ſolicitatum , ea contrarium firmante, cui credendum ? num.21.& 25.

Confeſſio cū ſua qualitate eſt accipienda, etiā in delictis, ſaltem ne ordinaria pœna cōfeſſus puniatur, nu.22.declaras n.25.

Confeſſarius ſi dicit ſe ſolicitatū,

an euadat Breuis pœnas, nu. 23. & nu.25.
Confeſſor ſi ſolicitatus cõſentiat, non ſubiacet Inquiſitoribus, num.24.
Bulla contra ſolicitantes armatur in ſolicitationem à confeſſario prouocatam. nu.25.
Actus ſimpliciter prohibitus, comprehendit etiam illum, qui allectus fuit ad ipſum perpetrãdum, nu.26.

QVAESTIO XI.

SI MVLIER TACITE, VEL EXPRESSE CONFESSARIVM ſolicitarit, libidinoſum animum prius ſignificans, arripiens poſtea ipſe confeſſarius turpem occaſionem, turpem actum exerceat; vtrum talis caſus ſpectet ad Inquiſitores.

1 PRoximam ſuperiorem quæſtionem hæc altera inſequitur agnata, quæ variè à varijs non indoctis controuerſa eſt. Partem cuius affirmatiuam ſic tutantur aliquot, ijs innixi fundamentis. Quia pœnas fugere à lege ſtatutas nemo poteſt vllo modo, ſi cauſetur, [2] ac probet, ſe illectum, & commonefactum aggreſſum crimina, nempe aliquẽ occidiſſe, furtum feciſſe, & ſui præcipitium, & alia perpetraſſe id genus peccata, ſuadente, & perſuadẽte quouis altero: Ergo non excuſabitur ſacerdos per factam ſibi à fęmina ſolicitationem ab Inquiſitorum cenſura, & ſupplicio.

2 Facit ſecundò, pro opinione textus, qui lucem rei prębere videtur, in l. qui cum vno, §. qui filium, verſ. qui enim ff. de re milit. vbi Iuriſconſultus Arrianus, poſt ſtatutas pęnas, quas incurrunt deſertores militię, & deſertorum ſolicitatores, vlterius progreditur de illis quęrendo, qui non ſolicitantes, ſolicitari tamen paſſi ſunt. Atque ſic ille: *Qui enim ſe ſolicitari ab alio paſſus eſt, veniam non meretur.* Ergo à ſimili, confeſſario venia denegabitur, qui ſolicitatus à pœnitente fœmina, miſerè annuit. Quem textum meminit Rebuff. atque ex illo colligit hanc concluſionem in l. quibus 57. col. 7. verſ. ſolicitari, ff. de verb. ſignificatione.

3 Ter-

3 Tertiò faciunt conſtitutionis verba aliquot, ibi: *Grauiorum peccatorũ mole eas onerãdo, & in manibus diaboli tradẽdo in diuinæ Maieſtatis offenſam, & animarum perniciem, ac Chriſti fidelium non modicũ damnum.* Atque infra: *Sacramentis à Chriſto Domino noſtro inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant.* Quæ verba rectè confeſſario applicari poſſunt, qui illectus à pœnitente fœmina, obſcęnum adimplet actum. Ergo ſi confeſſarius non obſtet ſolicitationi, imò æſtuanti fœminæ morem gerat, per ſacrilegium hæreſis ſuſpicionem incurret. Quæ opinio Paramo placet dicta q.10.in fin. verſ.at ne omnino.

4 Sententiam priori contrariã alij ſic probant; primò, quia iuriſdictionis Inquiſitorum eſt ſcandaloſa ſolicitatio, ſeu illa, qua fęminam prouocat confeſſarius, quæ cauſa eſt, vt fęmina peccet. Hic autem non datur ſcandaloſa ſolicitatio, ſed merus in libidine conſenſus, & ſocietas. Ergo talis confeſſor nequaquam dici poteſt pęnitentis ſolicitator. Roboratur fundamentum, quia qui caſu, non autẽ conſultò crimen cõmittit, debet puniri leuiùs. Tradit ex multis Tiraq. de pęnis temperãdis, cauſa 13. Maximè ſi preces interueniant, & blanditiæ, vt habes per eũdem Tiraquell. cauſa 37. quæ fortiores ſunt, & quaſi furoris incitatrices ſi ab amore ſint, vt idem latiùs docet cauſa quarta.

5 Secundò, nullam videtur dari omnino in tali ſacerdote malæ doctrinæ ſuſpicionem, cũ cõmiſſus error manifeſtè ab infirmitate, & oblata in caſtitatem occaſione exoriatur prorſus, ac ſine Sacramenti errore. Ergo legis huius nec mens, nec verba hoc tale delictum comprehendunt.

6 Faciũt tertiò in ſimili Doctores, conſtitutionem exponẽtes in procurantes aborſum, latam à Sãctiſs. Domino Sixto V. quę ſic incipit: *Effrænatam perditiſſimorum hominum*, qui docent non teneri quem pęnis à prædicta conſtitutione ſtatutis, ſi ex imprudentia quadam, non ex iniqui animi obſtinatione cauſã det aborſui: quia vox illa, *procurauerit*, non id ſolũ poſtulat, vt ſequatur, ſed vt procuretur aborſus. Tradit Graphijs par.1.deciſ.lib.2.cap.63.nu.9. Viuald.in explanatione d.Bullę

à nu.

à nu. 13. Ergo voces illæ, *prouocare, & allicere*, nõ verificãtur, ſi fornicari aggrediatur confeſſarius ſolicitante fęmina; ſed id requirunt, vt ab eodem eadem prouocetur, & alliciatur.

7 Quam quęſtionẽ puto non capiendã vna manu, ſed à priori diuerſam poſteriorẽ ſẽtẽtiam libẽs amplector.[b] Atque interrogatus, reſpõdit, certiorẽ eſſe, & veriorem Doctor Franciſcus Suarius. Neque illa ꝑ contraria parte retẽta, & adducta fundamẽta reluctari poterunt. Reſpõdetur ad primum, longum dari diſcrimen inter vtrũque caſum. Quando enim lex crimen committẽtibus pęnam imponit, parum refert ad ſupplicij leuamẽ, ſi perſuaſus quis illud cõmittat. Si autem imponat prouocantibus, & ſolicitantibus, etiam ſi homo reus fiat, fractus ſtimulãte alio, infirmitati occumbens, nõ id ſufficiens erit ad inferendam pęnam, vt in 1. & 3. fundamentis probatum fecimus. Iuuat Clement. 1. & ibi gl. verbo, *ſcienter*, de conſanguinitate, & quę circa illam tradit idem Suarius de cenſuris diſput. 23. ſect. 5. à num. 21.

8 Ad argumẽtum autem ſecundũ ex tex. in l. qui cum vno, verſ. qui enim, reſpondetur, in caſu procedere, de quo loquitur ipſe textus: quando nempe filium ſuum pater ſubtraxit militiæ belli tẽpore, qui pater exilio mulctatur, & bonorũ partis proſcriptione. At requiſitus iuuenis in deteriorem militiã datur, cum aliquantulum peccat, ſe ſolicitari permittens. Atqui tamen ordinaria pęna non punitur, militiæ deſertoribus ſancita. Agit de qua tex. in l. deſertorem, ff. de re milit. Quo in caſu ad opinionem noſtram, & in contrariam magis facit.

9 Tertiò denique ſatisfaciũt cõſtitutionis verba, tum ex tertio ſupra poſito fundamento, tũ ex eiuſdem conſtitutionis verbis, apertè ſignificantibus non fornicarijs, ſed ſolicitantibus confeſſarijs pęnas imponi, ibi: *Mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhoneſtos, dum earum audiunt confeſſiones, alliciendo, & prouocando, ſeu allicere, & prouocare tentando.*

10 Verum quid, ſi ad inuicẽ fiat ſolicitatio, à fęmina primò, à confeſſario deinde, ita vt mutuò pelliciant ad turpis actus complemẽtum? Caſus quidem diſtinctione indiget. Dupliciter parare quis ſe poteſt in peccatum;

via eſt ad conſummationem præambula:ſi autē ſine his prę-ambulis turpia exerceantur,excuſabis confeſſarium ? excuſa quoque ſi non à fęmina, ſed à natura prouocāte, dum obſcę-na, & turpiſſima excipit, cōmo-mouetur, & ad venerem exer-cendam inflammatur,quò quid abſurdius, cum idipſum conſti-tutio damnet?

14 Imo maior in natura pro-uocante, quàm in fęmina blan-diente, & ſolicitante vis reperi-tur quoad propoſitum. In pri-mo enim caſu confeſſarius ſpi-rituum commotionem, & pol-lutionem inuitus pati tenetur, cum eam reijcere nequeat, nec ab incępto opere abſtinere de-beat, ex traditis per D.Greg.re-latum in cap.1.diſt.6.D.Thom. 2.2.q.154.art.5.Nauar.in man. c.16.num.6. Sanchez de matr. lib.9.diſput.45.nu.4.Salas 1.2. q.74.diſput.6. ſect.17.nu.100. poſt infinitos,quos congerit Pa ter Zumel 1.2.quæſt.74. art.8. diſput.4.

15 Per contrariū verò dum in confeſſione, aut ſub confeſ-ſionis prætextu fęminā vafram, impudicam, & ad venerea ten-tātem audit,reijcere,& propel-lere tenetur, inſiſtentem verò deſerat,& aufugiat:quòd ſi no-lit ſuæ conſulere ſaluti, iam nō pati, ſed potius agere,& coope-rari dicetur: vera ergo videtur Parami opinio relata ab Aucto re num.3. qui tamē in ea Sūmi Pontificis oraculum deſiderat.

16 Accedit, quia licet ſoli-citatio per oſcula, amplexus,& ſigna ſint præambula ad copu-lam, ex gloſ.verbo, propter, in l.1.ff.de extraord.crim. P.Gre-gor.ſyntag.lib.9.c.23.à nu.13. & pudicitia per oſcula, ample-xus,tactus,& ſigna venereorum lædatur,caſtitas verò per copu-lam,D.Thom.2.2.q.151.art.4. plus peccatur in caſtitatis, quā in pudicitiæ offenſione, ex Bar-boſ.poſt alios in l.2.par.1.à nu. 70. ff.ſol. matr. ac proinde ſta-tutum puniens ſolicitantem, à fortiori conſummantem com-prehendit,præcipuè in hac ma-teria, cum maior iniuria con-ſummatione, quàm ſolicitatio-ne inferatur Sacramento, iuxta prædicta,vide tamen quę reſol-uis infra à nu.18. & à nu.24.

17 *Petam*,[c] quando ſit pec-catum, vel non petere Sacra-menta à parato: Proſequere cū Suar. tom.3. de Sacram.q.65. diſput.18.ſect.1. Henriquez in Summa lib.1.cap.30.

18 *Non*

18 *Non in primo caſu*, [d] in vtroque membro fidei cenſoribus cognitio, & animaduerſio in confeſſarium admittenda videtur ex ijs, quæ congeſſi q.9. nu. 8. & hac quæſt. à num.12. confeſſarij] enim, & pęnitentis, (ſi hoc nomen meretur) cooperatio æquè offendit Sacramenti puritatem, confeſſariumque ſuſpectũ reddit, ſiue ſolicitatio non præcedat, ſiue à fęmina incipiat.

19 Conſtitutio autem ſolicitantis confeſſarij mentionem facit. Tum quia regulare eſt prouocationẽ ad turpia ab homine incipi, ex Tiraquel. l.9. connub. nu.110. ad quod alludit Ouid. 1. de arte amandi.

Conueniat maribus, ne quam nos ante rogemus,
Fæmina iam partes victa rogantis aget.

20 Tum etiam, quia ſufficit ex parte confeſſarij ſolicitatio ad turpia, licet effectus non ſequatur, vt Breuis pęnis ſubijciatur. Quòd ſi confeſſarius ſine propria ſolicitatione ad copulã deueniat, Sacramenti puritate proculdubio abutetur, quæ eſt conſtitutionis ratio: licèt enim à fęmina prouocetur, tenetur ipſe ſui officij, & ſtatus memor id non admittere, nè in Fidei ſuſpicionem labatur: aliàs enim ſi ab ægroto contagioſo ſe infici patiatur, meritas dabit pęnas. Notauimus quęſt.6.nu.26. ſodomiæ ſcelus non excuſari perpetrantẽ, etiam apud Ethnicos, qui in volentẽ, conſentientiem, & proſtitutum cõmiſerit.

21 Quòd ſi hęc valet euaſio, fruſtrabitur conſtitutio, fatente confeſſario turpia, per ſolicitationem tamen à fęmina inceptam, in quo dubio potius viro, & ſacerdoti, quàm fęminæ credendum videtur.

22 Confeſsioque cum ſua qualitate erit accipienda, ex doctrina gl. recepta, verb. ſiquidẽ, ad l. ſiquidem, C. de exception. reſoluunt Marant. 6. par. tit. de confeſſione, nu.27. Boer. deciſ. 339. num.3. Franc. Marc. deciſ. 439. nu.6. & deciſ. 520. num.4. part.2. Surd. deciſ. 258. num.5. quæ regula procedit etiã in delictis, & in his, quæ ſunt de genere prohibitorio. Quamuis.n. in illis qualitas adiecta nõ liberet reum propter iuris præſumptionẽ illi reſiſtentem; attamen ordinaria pęna puniri non debet, vt in ſodomitante in lectu ſocium, & putante ſe ad fęminã accedere, in facti contingentia de-

defendit, & obtinuit Ant.Gomez 3.tom.cap.3.nu.26.ſequitur Ioſeph.Lud.dec.Lucẽſi 19. nu.17.quem vide à nu.7.& generaliter Capyc.dec.155.n.11. Oſaſc. deciſ.60. in fi. Theſ.deciſ.13.nu.7. Gabr.lib.7.de maleficijs, concluſ.19.nu.7. Galganeto de condit. & demonſtr. part.2.cap 1.q 73.nu.13. poſt alios Emanuel Mendez in praxi Luſitaniæ,lib.5.c.1.nu.44.

23 In noſtra ergo ſpecie, cũ nõ negetur delictum, vt ſupponimus,ſed qualificatum proponatur, ſi qualitas pœnam diminuit,& in propoſito iuriſdictionem à fidei cenſoribus abdicat, ex ſententia auctoris,abdicabit proculdubio ſemper, ſi confeſſarius prædicta qualitatis cautela vtatur in edicti eluſionem, & tunc punitio ad Ordinarios transferetur, ex quibus opinio Parami probabilis videtur.

24 Quibus tamen non obſtãtibus, placet Illuſtriſſimi opinio ex eo, quia breue in ſolicitantem, quæ actio in ſolicitato deficit,dirigitur. Vnde licet grauius peccetur in copula, quàm in ſolicitatione, non tamen pœnalis conſtitutio agens de ſolicitatione, ad copulã extẽdetur, ſi conſentiat ſolicitatus confeſſor, tunc enim valebit argumẽtum de ſolicitatione ad copulã à fortiori, quando vtraque à confeſſario primo,& principaliter procedit: Secus verò ſi à fœmina incipiat, quia in hoc caſu non reperitur totalis malitia ex confeſſoris parte, quam breue damnat,& punit.

25 Nec obſtat cõfeſſio qualificata, quia regula illa locum habebit in qualitate acceſſoria, non verò in ea, quę per ſe ſtat, & eſt diuerſa, quę ſeparari poteſt à confeſſione, vt exemplificant, & reſoluũt Boer.& Marc. citati num.22. Bart. Ang.Bald. & Fulgoſ.contra Salicet.in l.ſiquidem, C.de except. Abb.in c.bonæ 2.nu.29.vbi Imo.n.11. de poſtul.Prælat. & paſſim alij. Hæc autem qualitas in noſtra ſpecie non eſt acceſſoria, ſed principalis,& diſtincta,& de illa tantùm, & principaliter agitur, vtrum ſcilicet confeſſarius ſolicitauerit, nec ne. Nec etiam oberit argumentum ſolicitationis, ſeu inſtigationis à natura, quia ſi hanc coadiuuet, & amplectatur confeſſarius,dabit vtique pœnas, aliàs verò ipſa per ſe multoties, & regulariter ſolicitato meritum affert,prout reſoluunt citati num. 14.

26 Quod

26 Quod autem diximus de ſodomita, quod non excuſatur ob complicis inductionẽ, procedit in actu, qui ſimpliciter prohibetur, vt eleganter explicat Illuſtriſſimus auctor num. 7. in noſtra verò ſpecie ad incurrendam breuis pœnam, deficit actus prohibitus .ſ. ſolicitatio.

27 Tandem effugere ſolicitantem fęminam optimũ eſſet: ſed ſi ex fragilitate aſſentiat cōfeſſarius, non excuſo à peccato, quòd argumentum ſuadet, ſed à pœnis breuis, quæ prouocantem perſequuntur.

SVMMARIVM.

Epiſcopi, & Archiepiſcopi dignitas, & excellentia, num. 1. & 14.

Sacerdotis nomine Epiſcopus comprehenditur, nu. 2. & 13.

Inquiſitores procedunt cōtra omnes perſonas, et an contra Reges, nu. 3. & 15.

Epiſcopi hęretici accuſandi, nu. 4.

Inquiſitores non poſſunt procedere contra Epiſcopos hæreſeos cauſa notatos, vel ſuſpectos, num. 5. 6. & 25.

Inquiſitores nō procedunt contra Epiſcopos titulares, n. 7. et 26.

Inquiſitores non poſſunt procedere contra nuncios, aut officiales Apoſtolicos, nu. 8. & 28.

Inquiſitoribus licet dicta teſtium excipere contra Epiſcopos in cauſa Fidei ad Sedem Apoſtolicam remittenda, nu. 9.

Inquiſitores poſſunt detinere, & carcerare Epiſcopos in cauſa Fidei, ſi fuga timeatur, quod procedit etiam in officialibus Sedis Apoſtolicę, nu. 10. & 30.

Inquiſitores poſſunt procedere contra Epiſcopos electos, non verò cōfirmatos, nu. 11. et 31.

Cardinales Inquiſitores cognoſcunt contra Epiſcopos in cauſa hæreſis, nu. 12. cōtra, n. 32.

Diſpoſitio, licet loquatur de Sacerdotibus, non comprehendit Epiſcopos, niſi ſpecialiter nominentur, nu. 13.

Inquiſitores non poſſunt procedere contra Reges, & ſupremos Principes, nu. 15.

Rex ſemper cenſetur exceptus. num. 16.

Summus Pontifex ſolus poteſt cognoſcere contra Regem hæreticum, nu 17.

Imperatores, Reges, ſupremique Principes edicto Inquiſitorum quoad reuelãdũ ſubijciuntur, nu. 18. *In-*

Inquiſitores non procedant contra reip. gubernatores, aliosue Magnates incõſulto generali Inquiſitore, nu. 19.

Non proceditur cõtra Generales, & Magiſtros Ordinum eodem modo, quo contra Epiſcopos, nu. 20.

Generalium Ordinum Magiſtrorũ cauſæ maiores non ſunt reſeruatæ Sedi Apoſtolicæ. n. 20.

Epiſcoporum cauſæ maiores reſeruantur Sedi Apoſtolicæ, ex Trid. ſeſſ. 24. cap. 5. nu. 21.

Inquiſitores nõ procedunt contra Magiſtros Ordinum incõſulto generali Inquiſitore, nu. 22.

Inquiſitores procedũt cõtra quoſcunque religioſos, & perſonas eccleſiaſticas, etiã exemptas, conſulto tamen ſupremo Senatu, vel generali Inquiſitore, nu. 23. & 24.

Epiſcopus titularis nõ habet oues, nec Diœceſim, & inde non ordinat familiarem poſt triennium, nu. 27.

Epiſcopus ordinat familiarẽ poſt triennium, nu. 27.

Epiſcopus cõfirmatus gaudet priuilegijs Epiſcopo conceſſis, & ita diſpenſat in ſpecie Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. nu. 31.

Summus Pontifex ſolus cognoſcit in cauſa hæreſis contra Epiſcopos ex Trid. nu. 33.

Cardinalibus Inquiſitoribus generalibus in cauſa hæreſis cõpetit iuriſdictio in Epiſcopos, cæteroſque Prælatos exiſtentes in terris Lutheranorum, num. 34.

QVAESTIO XII.

Vtrum Epiſcopi Inquiſitoribus ſubiecti ſint, ſi ſolicitarint in confeſſione.

1 Poſſet de quęſtione liber integer cõcinnari, ni occurrentia depellerem: libemus ſaltem, impellẽte promiſſo ordine, pauca loquentes, & ad propoſitũ attinentia. Atqui de excelſa Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum dignitate, & excellentia [a] loquũtur diffuſiùs Rodericus Zamoren. Epiſcopus in vitę humanę ſpeculo lib. 2. c. 10. Zechius de Republica Eccleſiaſtica, tit. de ſtatu Patriarcharum, nu. 4. & ſequentib. & de Pręlatorum ſtatu, cap. 1. nu. 5. ad fin.

2 In hac quæſtione vides affirmatiuam partem, quòd valent Inquiſitores in ſacerdotes procedere, vel exẽptos, in qualibet conſtitutos dignitate, & pręeminentia: ergo & in Epiſcopos, quos æquè comprehendas ſub ſacerdotum nomine: eſt tex. expreſſus c. ſacerdos de off. iud. ord. Atque ibi communiter adnotant periti canonum, Imola, Anania, Abbas in princip. Card. oppoſitione 1. num. 1. ad hoc textum adducens c. ſolemnitates de conſecr. diſt. 1.

3 Secundò, valẽt Inquiſitores & in Reges, Principes, Duces procedere in Fidem peccantes: [b] Ergo à fortiori & in Epiſcopos. Conſequentia apertè conſtat. Firmatur antecedens in c. vt officium, §. denique de hęret. lib. 6. ac tradit Eymericus par. 3. Directorij q. 31. & ibi notauit Pen. comm. 80. Carreriũ citans de hæreticis, nu. 85. verſ. item poteſt procedere contra quaſcunque perſonas. Simanc. de Catho. c. 34. nu. 32. Albert. in c. 1. q. 7. nu. 4. atque Paramus poſt illos lib. 3. q. 5. nu. 24.

4 Tertiò, etſi non facilè accuſari debeant Epiſcopi, à ſubditis maximè, iuxta notata in c. cum P. de accuſat. & Decian. plura reſponſo 8. vol. 1. à nu. 1. Si de hęreſi tamen ſuſpecti ſint, ab omnibus accuſari poſſunt, vt ſtatutum eſt ſecunda Synodo Rom. ſub Põtifice Symmacho, Simanchaſq; refert de Catholicis, c. 24. nu. 7. Cum ergo in re fidei nulli, præter Inquiſitores, denturiudices, apud quos fieri poſſit denunciatio; atque Epiſcopi ſolicitantes, ſuſpecti reddantur, iuxtà d. quæſt. 2. bene inferas poſſe in illos procedere Inquiſitores.

5 Puto tamẽ certiſſimã contrariam opinionẽ, quę expreſsè probatur in c. Inquiſitores, de hæret. lib. 6. ibi: *De huiuſmodi crimine*, ſcilicet de hæreſi, *inquirere contra Epiſcopos nequeunt, aut eius prætextu procedere contra eos*. Ergo à fortiori non inquirent, ſi ipſi non omnino hæretici, ſed de hęreſi ſolùm ſuſpecti ſint. Notãt Doctores ibi, Repertorium verb. Epiſc. verſ. ad ſecundum. Villad. de hęret. q. 7. nu. 15. Carrer. nu. 74. Calder. de hæret. c. 8. nu. 9. Proſequitur Siman. d. c. 25. nu. 7. poſt alios Pen. 3. part. Directorij, comm. 76. Locatus in opere iudiciali, verb. Epiſcopus nu. 9. Rojas de hæret. ſing. 55. nu. 2. [c]

6 Rei cuius ratio nõ eſt Epiſco-

ſcopalis ſtatus ſola dignitas, vt habet gloſ. verb. expreſsè d. c. Inquiſitores; ſed quia etiam in hoc ſcandalum eſt, & Diœceſis damnum, arg. tex. in c. quia periculoſum de ſent. excom. lib. 6. Inſuper cauſę grauitas, quę omnia cautiſsimè agendũ monent; atque fore, vt generali qualibet cõmiſſione in quoslibet hęreticos, non comprehenſi, imò excepti cenſeantur Epiſcopi, eo quod exprimi oportuit ſpeciali mentione, arg. tex. in l. itẽ apud 15. §. ait prætor, verſic. ea enim, ff. de iniurijs. Atque ita neceſſe eſt deferatur res prius ad Apoſtolicam Sedem, cuius eſt diffinire Epiſcoporũ criminales cauſas, c. accuſatus, cum ſequentib. 3. q. 6. cap. ſaluo, cũ ſeq. 9. q. 3. declarando, vt per Abb. & Feli. in c. non poteſt, de re iudicata, Simanc. d. c. 25. nu. 10.

7 Amplia primò idẽ intelligi de Epiſcopis, qui titulares nominãtur. [d] Licet enim paſtores agant ſine ouibus, ſine diœceſi Præſules; [e] de quibus tex. eſt in Clement. in plerisque de elect. Gomez de annali poſſeſſore, q. 47. verſ. accedit; cum tamen à Papa creentur, magnæq; diœceſes paſſim horũ ope indigeãt: neceſſariò dicas de horũ talium criminibus cõſulendum Summum Pontificem. Firmat poſt alios Simanc. d. c. 26. nu. 12.

8 Secundò amplia, nõ poſſe ſimiliter Inquiſitores in Nuncios procedere, aut Sedis Apoſtolicę officiales, [f] exẽptos ſpecialiter per nouã extrauagantẽ Cum Matthęus de hęreticis, inter cõmunes tradit Albert. c. 1. ſupra eodem, q. 7. nu. 4. Repertorium verb. Inquiſitores, in princ. Simãc. c. 34. nu. 36. Peñ. d. comment. 36. verſ. iam quod de Epiſcopis. Qui autem Apoſtolicę Sedis ſint officiales vide apud Cenedos 3. par. collect. 14. num. 1 & 2.

9 Limita primò, quòd licèt Inquiſitoribus nefas ſit de Epiſcopis inquirere, fas tamen erit dicta teſtium excipere, ſeruare, Apoſtolicæ Sedi denuncianda. Sic diſponit tex. d. c. Inquiſitores, ibi: *ſciuerint, vel inuenerint*, aliter enim, niſi per teſtium huiuſmodi depoſitiones, nõ ſciũt, vel inueniunt probabiliter Inquiſitores. Aduertunt Villadiego de hęretica prauitate, q. 7. nu. 15. Simanch. de Catholic. c. 25. nu. 8. & in praxi hęreſeos, c. 8. num. 2. Atque poſt Repert. Peñ. tradit d. comm. 76. verſic. monendi. Quod ante habuiſſe

videtur Monachus d.c.Inquiſitores, num.3. g Iuuat eum, qui Iudex non eſt, poſſe in reum teſtimonia excipere ad proprium Iudicem cũ elogio mittẽda, l.1. C. de exhib. reis, l.Diu. Adria. ff.de cuſt.reor.l.3.in princ.ff.de re mil. Aduertit Simãc.d.nu.8. Facit in ſpecie tex.in exrrauag. cum Matthæus, verſ.volumus, de hęreticis inter communes.

10 Limita ſecundò poſſe Inquiſitores Epiſcopos tenere, & detinere, ſi horum talium fuga, vel abſentia timeatur, dum ad Sedem Apoſtolicam, vel ad ſuperiorem legitimum deferũtur delicta: ſicut & eos detinere poſſunt, de quibus agit d.extrauag.cum Matthæus, Villadiego d.q.7.nu.15. Repert. verb.Epiſcopus, ver.ad ſecundum ſentit Simanc.c.34.nu.82. Conducit reg.tex.in Auth.de defen.ciuit. §.audient, in princip. collat.3. Verum cũ generaliter vetetur Inquiſitoribus proceſſio in Epiſcopos, atque grauiores criminales cauſæ, vel hæreticæ, Apoſtolicę Sedi reſeruari iubeãtur, vt ſtatuit Trid.ſeſſ.24.de refor. c.5. parciſſimè hac facultate vteris, ne quod factum eſt in fidei amplificationẽ, fiat in miniſtrorum damnum. Aduertit optimè Pen.d.comm.76.verſ.cęterum.

11 Limita tertiò, habere locum ſupradicta in cõſecratis ſolùm Epiſcopis, ſed non item in electis, quos Capitula elegerũt, vel alij, præterquã Sũmus Pontifex, quos tales, antequã approbati, & conſecrati ſint, [i] nullus dicet Epiſcopos, iuxta doctrinã glo.1.in cap.1.de relig.domib. Felin. in c.eam te, de reſcriptis, à nu.1. Selua de beneficio par.1. q.2.nu.31. Ac poſt Bertrach. & alios notat Simanc. d. tit. 26. num.11.

12 Illud denique addam Romæ ſtatutũ à Pio Pontifice IV. per extrauag. quæ incipit: *Romanus Pontifex*, anno Domini 1563. vt nẽpe colendiſſimi Cardinales, [l] in tota Chriſtiana Republica, generales Inquiſitores in Epiſcopos animaduertere poſſent, & in alios quoſlibet Prælatos, de quibus ibi: eoſque moneant, citent, requirant, vt intra certum terminum perſonaliter compareãt, idque ſub grauibus pœnis in d. extrauag. contẽtis, vt cum proceſſus perfectus fuerit, Sanctiſſimo D. N. referatur, vt debita, & iuſta ſententia cõtra tales promulgetur, quã extrauag. refert Pen. inter Apoſtolicas litteras, fol.128.

13 Ad-

13 Adducta argumenta in principio quæſtionis diluuntur facillimè. Primò ſic reſpondemus, requiri, vt inquirãt de Epiſcopis Inquiſitores, expreſſam in cõmiſſionis Apoſtolicæ litteris mẽtionem, & ſi ipſi comprehendantur ſub nomine ſacerdotes, iuxta dictũ c. Inquiſitores, quod nõ datur in præſentiarũ. Sit ad ſecundũ reſponſio, conſequentię negatio, quia ob Epiſcopalis dignitatis excellẽtiam de Epiſcopis non cognoſcunt Inquiſitores, licèt cognoſcere poſſint de ſęcularibus poteſtatibus. Ad tertiũ hoc erit, poſſe Epiſcopos accuſari de hęreſi ſuſpectos, ſed Inquiſitoribus negamus obnoxios, iuxta ſupra dicta.

ANNOTATIO.

14 *De excellentia.* [a] De excellentia Hierarchiæ militantis Eccleſię, latè Caſſan. in Catalogo glorię mundi, 4.p. per totam, P.Fr.Hieronymo de Saona integro libro de la Hierarchia celeſtial, y terrena.

15 *Valent Inquiſitores & in Reges, Principes, Duces procedere in Fidem peccantes.* [b] Primo cõſtitue Inquiſitores procedere non poſſe contra Imperatores, Reges, ſupremoſve Principes, ex Deciano tom. 1. criminal. lib.5.c.23.nu.7. Cened.ad ſextum, collect.14.nu.2. & quãuis Eymericus direct. 3.par. q. 31. vbi Peñ à comment.80. ab Illuſtriſſimo citati, id non tanquam certum, ſed velut tutius, recurrẽdum fore prius ad Romanum Pontificem exiſtiment, puto tamen de iure verius eſſe, tum ob rationes, quas adducit Peña.

16 Tum quia regalis perſona ſemper excepta cenſetur in ſtatutis, quæ ad inferiores diriguntur, iuxta tex.in cap.fin. §. nec aliquis de off. deleg. l.b.6. ornãt ad varia Staphil.de litteris gratiæ 3.par.ſignaturæ, nu. 62. Ant. de Burgos in c. Eccleſia, à nu.89.de conſt.Caſſan.in Catalogo gloriæ mundi, p. 5. cõſid.24. nu.202. Gonzal.reg. 8. Cancell.in procœ.§.2 nu.37. Cabed.lib.4.diuerſ.c.fin. nu.7. & in ſpecie Trid.ſeſſ.24.c.9.de reform.mat. Henriquez lib.11. de matrim.c.6.§ 5.glo.G.

17 Ac ſubinde ad Summum ſanctum Põtificem pertinet cognitio, & iuriſdictio contra Regem hæreticũ, c.ad Apoſtolicę, ibi: *de hæreſi*, de re iudic.lib 6. iunctis reſolutis per Menchac. illuſt.c.8.a nu.20. Burſãt.conſ. 124.nu.75.vol.1. Bellar.lib.5.

de Rom.Pontifice, cap.7.& 8. Molin.de iuſt.1.tom.tract.2.diſput.29.concl.3.Suar.lib.3.cõtra ſectas Angliæ, c.23.à nu.1. Azor 1.tom. inſtit. lib. 8. c.12. q.17. & c.27 q.7. dum docent poſſe Romanum Pontificem vti excommunicatione, & depoſitione in Regem hęreticum.

18 Secundo conſtituo Imperatores, Reges, Principeſq; ſupremos in tẽporalibus ſuperiorem nõ recognoſcentes, edicto Inquiſitorum quoad effectũ reuelãdi ſubijci, ex Paramo lib.3. de orig.Inquiſit. q.5.§.quoniã, à nu.24 f.635.& nu.40.f.638. sẽtit Illuſtriſſimus Auctor q.22. à nu.14. ſic intelligo Valdes in tract. de dignitate Regũ Hiſpaniæ, c.19.nu.88.dum ait, Reges Catholicos anno 1483. ſanctæ Inquiſitionis tribunal impetraſſe à Sede Apoſtolica, cui Reges ipſi ſubeſſent.

19 Tertio probo cõtra Gubernatores, Rectores Reipub. alioſve Magnates, & Vicereges procedi debere conſulto prius generali Inquiſitore, ex Eymerico, & Peña relatis num.15.de quo infra num.24.

20 Quarto moneo cauendũ à Pena in direct.3.par. commẽ. 77.ab Eman.2.tom.de regular. q.81.art.1.ad fin. aſſerentibus contra Generales, & Ordinum Magiſtros procedi debere eodẽ modo, quo cõtra Epiſcopos, ex eo, quia cauſę maiores contra Prælatos ſunt reſeruatæ Sedi Apoſtolicę, ex Trident.ſeſſ.24. de reformat.c.5. adducit etiam Eman.extrauagãtem, cuius meminit Illuſtriſs. Auctor num.12. Sed nõ ſunt audiendi, quia exceptio c.Inquiſitores, de hæret. lib.6.& extrauag cũ Matthęus, de hæret. inter cõ nunes, quam refert Auctor nu.7. cũ excipiãt Epiſcopos, Nuncios, & Officiales Sedis Apoſtolicę, ad cęteros extendi non debet, ex reg. l.ſiquidem, §.fin. ff.de penu legat. reſoluit in ſpecie Albericus in cap.1.q.7.de hæret. in 6.

21 Nec illis fauet Trident. d.cap.5.quia cum ſpeciatim de Epiſcoporũ cauſis agat, in illis, non verò in alijs locum habet, ex reſolutis per P.Greg.lib.31. ſyntag.c.30.nu.9. Sarmien.lib. 1.ſelect.c.14.nu.8. Nauar.cõſ. 2.nu.5.de iud.Iordan.de maioribus Epiſcoporum cauſis, c.4. nu.6. Pij verò extrauagans ad rem nõ facit, vt videbis nu.32.

22 Quod autem cõtra prædictas perſonas, conſulto prius generali Inquiſitore, procedatur,

tur, nihil commune habet cum Epiſcoporum priuilegio, quidquid inuoluant Peña, & à quo tacito deſumpſit Eman. vbi ſup.

23 Quinto ſtatuo Inquiſitores procedere poſſe cõtra quoſcunque Religioſos, & perſonas Eccleſiaſticas, etiam exemptas, c. vt officium, §. denique, c. accuſatus, ad fin. de hæret. in 6. Simanc. de Catholicis, tit. 34. nu. 32. Eymer. 3. p. q. 28. & 29. vbi Pena cõmen. 78. Eman. 2. tom. de regul. q. 81. art. 1. Molin. de iuſt. tom. 6. diſp. 28. nu. 18. etiã ſi ſint præuenti à ſuis Prçlatis, Azor 1. par. moral. lib. 8. c. 18. q. 12. Farinac. de hæreſ. q. 186. nu. 28.

24 Vltimo noto, non ſolùm contra Magnates, vt diximus nu. 19. ſed etiã cõtra quoſcunque Religioſos, aliaſve perſonas notabiles, vt ob nobilitatẽ, litteras, dignitatem, vel ob vitæ exemplum, Inquiſitores procedere non poſſe, nec carcerare, incõſulto generali Inquiſitore, illiuſq; ſupremo Senatu, vt habet ſanctio Madritij anni 1561. reſoluũt Simanc. de Catholicis, tit. 34. nu. 32. Molin. tom. 6. de iuſt. tract. 5. diſp. 28. nu. 18. poſt Peña, quẽ citat Farin. de hçreſ. q. 186. nu. 28. Vnde reijcies fundamentũ eiuſdem Peñç, & Emanuelis refutatum ſupra nu. 20. Quod ſi verum eſſet, iam cuiuſuis religioſi, & Epiſcopi priuilegium idem foret, contra exceptionem Trid. ſeſſ. 24 c. 5. de reform. prout reſoluiſti d. nu. 20.

25 Num. 2. [c] adde Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 5. c. 23. nu. 2. Moli. de iuſt. tom. 6. tract. 5. diſp. 28. nu. 19. Farin. de hæreſibus, q. 186. à nu. 113. Emanuel 2. tom. de regularib. q. 81. art. 1. ante fin.

26 *De Epiſcopis, qui titulares nominantur.* [d] Adde Moli. tom. 6. de iuſt. tract. 5. diſp. 28. n. 19.

27 *Sine Diœceſi Præſules.* [e] Vnde licèt Epiſcopus familiarẽ ſuum non ſubditum ordinare poſſit, ſi per triennium ſecum fuerit commoratus, iuxta Trid. ſeſſ. 23. c. 9. de refor. iunctis reſolutis per Flami. lib. 4. de reſig. q. 2. à n. 91. Garc. de beneficijs, 2. par. c. 5. à num. 80. Epiſcopus tamen titularis, quia Diœceſi caret, hoc beneficio, & priuilegio nõ gaudet, ex Trid. ſeſſ. 14. c. 2. de refor. ibi: *Etiam prætextu familiaritatis continuæ, commenſalitatiſve*, Salzed. in pract. c. 26. litera C. §. tertius caſus, pagina mihi 117.

28 *Officiales.* [f] Adde Decian.

1.tom.crimin.lib.5.c.23.n.10. Molin.de iuſtit.tom.6. tract.5. diſp.28. nu.20. Farinac.de hęreſibus, q.186.nu.45.

29 *Num.3.* [g] Adde Molin. tom.6.de iuſtit.diſp.28.nu.19. Farin.de hęreſ.q.186.nu.116.

30 *Collat.3.* [h] Adde Molin. tom.6.de iuſtit.diſp.28.nu.19. Farin.de hęreſib.q.186.n.119.

31 *Antequam approbati, & conſecrati fuerint,* [i] ſufficit approbatio Romani Pontificis, licet adhuc non ſint conſecrati, quia iam Epiſcopalē habent iuriſdictionem, c.tranſmiſſam 15. de electione, & ideo in illis locum habet priuilegium cap.Inquiſitores, de hæret.lib.6. Trid. ſeſs.24.c.5.de reform.prout in ſpecie reſoluit Molin. de iuſtit. tom.6. tract.5.diſp.28. nu.19. adde Cened. collect.4. num.3. ad 6.Suar.de cenſur.diſput.41. ſect.2. nu.7. Sanchez de matr. lib.8. diſp.2.nu.11. Guttier.de matrim. lib.3.c.49.à nu.16.

32 *Colēdiſſimi Cardinales.* [l] Quod colendiſſimi Cardinales Inquiſitores generales in vniuerſa Rep. Chriſtiana procedere poſſint contra Prçlatos, Epiſcopos, & alios ſuperiores hęreticos, vel de hęreſi diffamatos, tradit Peña in direct.3.par.comment.76.ex extrauag.Pij, cuius in pręſēti meminit Illuſtriſſimus Auctor, ſequuntur Fr.Emanuel de regularib.2.tom.q.81.art.1. ad fi. & Auctor noſter, Farin.de hęreſ.q.186.nu.123. Sed labitur Pena, qui alios ſecum duxit, nam d.extrauag.incipit, *Romanus Pontifex* (quam Pena, Emanuel, Farinac. Pio V. tribuunt, cùm tamen Pius V.anno 1566. ad Pontificatus ſummi apicem aſcenderit, nō potuit illā edere, quæ anno 1563. promulgata erat, ideoq; meritò Illuſtriſſimus eam Pio IV. acceptam refert, prout verè ab eo condita fuit) cōcedit limitatā iuriſdictionem cōtra pręd ctos Pręlatos in Prouincijs, & locis, in quibus Lutherana ſecta inualuit, commorantes, vt ex tenore ipſius patet, quam refert Pena inter Apoſtolicas litteras, pag.128. Perperam ergo extenditur particularis, & localis illa conſtitutio ad vniuerſam Remp. Chriſtianam contra ipſius tenorem.

Quod etiā probatur, quia ſi extrauag.illa totius Reip.Chriſtianæ Epiſcopos hęreticos, vel de hęreſi ſuſpectos tangeret, in oēs Prouincias dirigenda erat, vel ſaltem inter conſtitutiones Pij IV.quę circūferuntur, collocanda

canda (inter quas eã non reperies) non verò in archiuio tantũ generalis Inquiſitionis Romanę recondenda, ex quo eã trãſcripſit Pena, vt ad marginẽ firmat.

33 Stat ergo hodie Trident. decretũ ſeſſ. 24. c. 5. de reform. in quo decernitur, quòd cauſæ hęreſis cõtra Epiſcopos ab ipſo tantũ Romano Pontifice cognoſcãtur, & terminentur: nõ ergo ad colendiſſimos Cardinales, ſine noua, & ſpeciali manu ipſius Sanctiſſimi Pontificis ſignata commiſſione, hęc cognitio pertinebit extra caſum d. extrauagantis, iuxta Trid. d. c. 5. prout reſoluunt citati num. 21.

34 Ex tenore etiã d. extrauagantis colliges cognitionem in ea ſpecie competere contra quoſcunque Pręlatos, Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & alia quacunque, etiam Cardinalatus poteſtate perfulgentes. Vnde ab ſpeciali non cõpetet iuriſdictio indiſtinctè contra ſuperiores Magiſtros Ordinũ, vt putat Emanuel d. art. 1. ad fin. Tum quia prędicta extrauagãs nullum Pręlatũ excludit, ac proinde non ſolũ contra ſuperiores Magiſtros, ſed etiam contra inferiores Pręlatos, & quoſcunque alios in quacũque dignitate cõſtitutos, locum habet. Tũ etiam, quia reſtricta eſt ad loca Lutheranorũ, ad quę ob ipſorum hęreticorũ potentiam notorium eſt, tutum, vel ſaltem liberum non patere acceſſum. Immeritò ergo Eman. ex prædictæ extrauagantis tenore ab aliorum Inquiſitorum in partibus commorãtium, iuriſdictione eximit Ordinum Magiſtros, cęteroſque Pręlatos, de quibus in d. extrauag. vnde obſeruandum eſt, quod notauimus ſupra à num. 20. not. 4.

SVMMARIVM.

Laicus ſub ſacerdotis fictione ſolicitãs, an incidat in Breue, num. 1. & 5.

Sacerdotis nomine ſolus comprehendatur quis, & vnde deriuetur, nu. 2.

Laicus ſub nomine ſacerdotis nũquam venit, nec illi committi poſſunt auctoritate Pontificia ſacris ordinibus annexa, n. 3.

Pœnitentiæ Sacramentum cõſtat ex materia, & forma, nu. 4.

Abſolutio à laico impartita non eſt ſacramentalis, nu. 5.

Cona-

Conatus punitur in atrocioribus, etiam non obtento effectu, n.6. & 18.

Conatus punitur extraordinaria pœna regulariter, ordinaria verò ſi lege exprimatur, nu.7. & 19.

Laicus ſub ſacerdotis fictione confeſſionem excipiens, ad ſigillum tenetur, nu.8.

Sigillum ſeruare tenētur omnes, ad quos quoquo modo notitia peccatorum pœnitentis in confeſſione ſacramentali exceptorum peruenit, num.9. vide tamen à num.20.

Laicus fingens ſe ſacerdotem eſt ſuſpectus de hæreſi, Inquiſitoribuſque ſubijcitur, nu.10.

Diaconus presbyterium exercēs de fide ſuſpectus abiurat Conymbricæ, nu.10.

Laicus audiens confeſſiones, ſacra faciens, curiæ ſæculari ex Pauli decreto traditur, nu.11.

Laicus confeſſiones audit non ſacramentaliter, nu.13.

Laicus an ſubijciatur tãtum Inquiſitoribus, quãdo audit confeſſiones, & inſimul abſoluit, an audire ſufficiat, ſi non abſoluat, nu.14. & 31.

Presbyter non approbatus, ſi audiat confeſſiones, non eſt ſuſpectus de hæreſi, nec Inquiſitoribus ſubijcitur, nu.15.

Bullæ Greg.XIII. contra laicos, qui ſacra faciunt, et confeſſiones audiunt, ſimulantes ſe Sacerdotes, nu.17.

Conatus in quibus caſibus iure damnatur, nu.18.

Conatus nō obeſt, ſi iniuria deeſt, ſi per conantem ſtet, nec de cōſuetudine punitur, ſicut conſummatio, nu.19.

Solus ſacerdos ad ſigillũ tenetur, de interprete controuertitur, num.20.

Sigillo ſacerdos ſolus aſtringitur, cæteri ſecreto naturali, nu.20.

Sacerdos ſolus frangens ſigillum, iuris pœnas incurrit, nu.21.

Sigilli obligatio ad omnes tranſit, quando notitia peccati ortum habet à ſacramētali confeſſione, nu.21.

Iudex, aut Prælatus tenetur abſtinere à proceſſu, vbi primum nouit crimen ex confeſſione proditum, nu.22.

Prælatus à confeſſario admonitus, vt vigilet tali nocte, non poteſt comprehenſum punire, num.23.

Prælatus non poteſt punire ſubditum, qui licentiam ab eo petit confitendi alij confeſſario, quàm deputato, nu.24.

Prælatus debet eſſe facilis ad conceden-

*cedẽdam facultatem ſubditis, vt confiteantur alijs confeſſarijs, quàm deputatis, nu.*25.

*Prælatus tenetur ad ſigillũ, aut proprius, à quo licentia petitur confitendi caſum reſeruatum, nu.*26.

*Laicus interpres ſi ſolicitet in cõfeſſione, an incidat in Breuis pœnas, nu.*27.

*Interpres laicus in confeſſione participat aliquid de actu clauis, & ad ſigillum tenetur, ſicut confeſſor, nu.*28.

Dictio, &, *disiungit multoties pro materia ſubiecta, nu.*31.

*Confeſſio, vel abſolutio ſacramentalis in abſentia dari nequit, num.*31.

*Confeſſio, licèt non ſequatur abſolutio, quatenus fit à peccatore in culpæ recognitionem, ſacramentalis eſt, nu.*32.

*Filia ſpiritualis dicitur, quæ confitetur, licèt non abſoluatur, nu.*32.

*Laicus audiens confeſſionem ſub ſacerdotis fictione, licet non abſoluat, incurrit irregularitatem meam, nu.*33.

*Sacrilegium committitur, quãdo Sacramentũ confici tẽtatur ab eo, qui poteſtate caret, nu.*34.

*Religioſus Sacramenta exercens ſine Parochi licentia, incurrit excommunicationem, quã non incurrit fingens ſe religioſum ad illum effectum, nu.*35.

QVAESTIO XIII.

Vtrum qui ſe ſimulat ſacerdotem, & confeſſarium, mulieremq; bona fide ſe expiantem ſolicitat in ipſo actu confeſſionis, puniri debeat pro Bullæ forma.

1 DVo nobis capita reſpõſionem ſuggerunt pro negatiua parte, illud primum, latam Bullam in ſolùm ſacerdotes. Vide: *contra omnes, & ſingulos ſacerdotes*, &c. Alterum deinde: faciendam omnino in cõfeſsione ipſam ſolicitationẽ, de qua ſermo eſt ſummi Pontificis. En verba: *Vt Sacramento pœnitentiæ in ſacramentali confeſſione abutantur*.

2 Circa illud primum notari debet, ſolùm illos intelligi ſub hoc nomine, *ſacerdos*, qui auctoritate diuina conſecrãtur per miniſterium ordinis. Sunt veri mini-

miniſtri Sacramenti Pęnitentiæ ſoli ſacerdotes, Trid.ſeſſ.14.c. 6. quibus ſolis ligandi,& ſoluēdi data eſt poteſtas, iuxta Ioan. illud 20. *Quorum remiſeritis pec cata*,&c. Habetur in c.verbum de pęnit.diſt.1.Probat tex.in c. 1.§.vna, verſ.& hoc vtique, de ſumma Trin. Trid.ſeſſ.13.c.1. Atque hæc poteſtas,niſi per cōſecrationem, per alium nullum actum alicui cōceditur. Dicitur autē ſacerdos, quaſi ſacra dans, vel ſacrificans, c.cleros,21.diſt. quæ apertiùs cōſtat ex nominis diffinitione: *Eſt ſacerdos vir veri Dei cultui, determinatis perſonis, cōceſsa diuina auctoritate, firmiter deputatus*,Tol.in Sum. lib.1.c.1.in princ.qui ibi explicans voces, *auctoritate diuina*, ſic ait,quia nemo propria ſua voluntate,& placito ſe ſacerdotem creat.

3 Ex quibus clarè inferas, nunquam comprehendi laicos ſub hoc nomine *ſacerdos*, quod nullo caſu laici ſibi ſument: neque propterea poterunt fungi confeſſarij officio : quin potius contrarium dicere falſum eſt,& à veritate Euangelica penitus alienum. Docet Trid.vbi ſupra ſeſſ.14.c.6. Laici enim obſequi cogūtur,quibus nulla eſt imperādi auctoritas, inquit tex.cap. Eccleſia,de conſtit. Licet igitur veſtem clericalem ſibi induant, confitentium peccata excipiāt, cętera miniſtrent ad hoc tale Sacramentum ſpectātia, fruſtra faciunt. Dicta firmat,illis neque cōmitti poſſe auctoritate Pontificia,quę Eccleſiaſticis ordinibus connectuntur,iuxta cōmunem in c.quanto de conſuetud. vbi Abb. nu.8. poſt alios Suar. tom.1.de Sacramētis, diſp.33. art.4.ſect.2. verſ.tertia ſententia eſt.Quo fit,vt abſurdum habeatur, conſtitutionis pœnas, quę ſolùm in ſacerdotes iaculantur,ad laicos extendi poſſe.

4 Pręnotandum etiam circa illud alterū,ex duobus conſtare Pœnitentiæ Sacramentum, ex confeſſionis materia, & abſolutionis forma,ſic Cordub.quęſt. theol.lib.2.q 2.opin.3. verſ.itē ſecundo. Pœnitentię Sacramētum tunc fit, quando proprius ſacerdos iuriſdictione fungens, in foro cōſcientię rectè abſolutionem impertit accuſanti ſe,& ſperanti veniam.Sacramentalis verò confeſſio tum datur, cum adeſt peccātis accuſatio,& peccatorum ſecreta detectio, percipiente proprio ſacerdote, à quo ſacramētaliter abſoluatur.

Quæ autem fit alio intentu, nō ſacramentalis eſt: conſiſtente in abſolutione Pœnitentiæ Sacramenti eſſentia.

5 Vnde liquet, factam à laico abſolutionem ſacramentalē nō eſſe, neque vllū ſortiri effectū. Cum enim laicus ſacerdos non ſit, nec vlla fruatur poteſtate circa Sacramentū, vt ſupra probauimus, infertur, non his pęnis puniēdum, quas ſoli ſacerdotes incurrunt, ad turpes actus in cōfeſſionis actu fęminas prouocantes. Primò, quia in ſacerdotum nomen non veniunt: quia deinde nulla ipſis eſt iuriſdictio in pœnitentes. Ob id etſi peccata audiant, & abſoluant, nullū erit Sacramentum, quia data abſolutione inani, eſt omnino nulla ſacramentalis cōfeſſio, quia nulla iuriſdictionis poteſtas, quæ neceſſariò requiritur.

6 Ecce autē liquentibus his omnibus, ſuperaddam nōnulla, vt cętera faciliùs intelligantur. Primò igitur, iuxta cōmunem, in delictis atrocioribus punitur conatus, etiā non obtento effectu, [a] l. ſi quis non dicam, C. de Epiſc. & cleric. l. quiſquis, C. ad legem Iuliam Maieſt. tradit poſt alios Menoch de arb. caſu 360. à nu. 1. & 27. Decia. tract. crim. lib. 5. c. 83. nu. 4. & lib. 7. c. 35. Qui Doctores ſancientes regulam, aſſerūt, conatum ſolùm, & ad delinquendum animū, etiam non effecto delicto, pœnā regulariter mereri. Quid autē dabis atrocius, quā ſanctiſſimi Sacramenti iniuriam, ſacerdotalis ordinis contemptum, fidelibus factū dolum? quæ omnia ipſi efficere conantur, qui ſumpto clericali indumento, peccata excipiunt, pœnitentes ſolicitant ad turpia. Igitur dicēdum videbatur, hos tales fore obnoxios Bullę pœnis: eo maximè, quia exteriores actus, indicātes delinquēdi animum, puniri debent, etſi non adimpleto effectu.

7 Multa denique omittens, velim notetur pro reſponſione, ad peccandum conatū, nō facto delicto, puniri debere ordinaria pœna pœnalis humanæ legis, ſi ipſa hoc exprimat, ſi non item, extraordinaria [b] quidem punietur; quatenus conatus, & delicti attētatio per ſe malus actus eſt. Ita ſupracitati Doctores, Nauarr. c. ſi quis non dicam, de pęnitētia, diſt. 1. nu. 3. & 6. Verùm hic nulli dantur conatus, quia exterius opus conatū nō dices: quod opus indignum eſt Inquiſitorū cenſura: ad laicos in hoc

caſu

caſu non extendi debet eorum iuriſdictio,cum, iuxta prædicta, non comprehendi poſſint ſub hoc nomine *ſacerdos*.

8 Nec obſtabit ſecundo laicos,ſimulantes ſe ſacerdotes,& pœnitentium peccata excipientes, ad ſigillum, & peccatorum firmam retentionem obligari: licèt enim illa confeſſio non ſit ſacramẽtalis,ſigilli tamen,& ſecreti retẽtio tenet ſub mortali. Quia licet Sot.diſt.18.q.4. art.5.concl.4.ſacramentale nõ eſſe hoc ſigillum ſentiat,diſſentiunt tamen multi,quia facta eſt confeſſio inſtar & ad modũ Sacramẽti. Nauarr.in Sum.c.8.nu.7. & c.18.nu.51. Tol.lib.3. c.16. nu.3.ad fin.ibiq; additio Valẽt. & alios refert: Suarius optimè de pęnitentia,diſput.33.ſect.2. nu.3.& ſect.4.nu.7. Atque ratio eſt, quòd qui ſic audit, pœnitentem,& Pœnitentię Sacramentum iniuria afficit.Pręterea illa confeſſio,etſi de facto ad ſacerdotem (vt ſic dicam) nõ terminetur,tamẽ vt ſit à tali homine pœnitente, ex Sacramenti prouenit intẽtione,& ſacerdoti ſit,& aperitur:facta maximè prędicta conſtitutione in pęnitentis,& Sacramenti fauorem,quę vt talis, ad omnẽ confeſſionem bona fide factã,ſub Sacramenti ratione, & intentione amplianda eſt,vt Suarius arguit ſupracitatis locis.Ergo à ſimili ſicut hi tales in Sacramenti reuerentiã ſigillum ſeruare tenentur,ſic ob illa tenebũtur,ex quibus maior Sacramento oritur iniuria, nobis maius ſcandalum.

9 Pro qua obiectione, quæ caliginis nõ nihil habet, aduertendum eſt,omnes teneri ad ſigillum, qui pœnitentis peccata norint ex confeſſione quocunque modo, quacunque via,ſiue mox detur,ſiue differatur abſolutio. Quod conſtat ex Viuald. in candelab. 1. par. de ſigillo, nu.10.[c] vbi multos citat. Sed vt pœna,de qua quæſtio eſt,incurratur,ſacerdotium in primis requiritur, vt in principio annotauimus,deinde ſacramentalis confeſſio, vt ea indicãt à nobis dicta circa alterum illum, quem præpoſuimus, ſecundum punctum: cum autem laicus nequaquã ſacerdos ſit, nec facta illi confeſſio ſacramentalis putetur;atque vtrunque à Pontifice expreſsè poſtuletur; inferas hos tales non obnoxios Inquiſitorum iudicio.

10 Atque illud occurrit, ꝙ taliter peccantes,nunquam fugient,

gient, quādo aliàs Inquiſitionē fugient,& pęnam ex eo meritā, quod fictè pęnitentes audiant, & prouocent ad obſcęna: quia ob ſimulatum ſacerdotium ex antiqui iuris cōmiſſione, veluti de hæreſi ſuſpecti, ſubduntur Inquiſitoribus. Vidimus nuper Conymbricæ in publico illo, & ſolemni Fidei actu anno M. DC. X. quendam abiuraſſe, qui ad diaconatum tātum promotus, presbyteratū exercebat. Hoc notatur in c. 2. de cler. non ordinato miniſt. traditq; Salzed. in pract. crim. cap. 12. littera A. Et Greg. XIII. hoc crimen conſiderans, tanquam hæreſim ſapiens, officio Inquiſitionis puniendum commiſit, vt ex tenore conſtitutionis colligitur, quā refert Eman. Rod. 2. tom. reg. quæſt. 28. art. 2.

11 Atque iam antea ſtatutū erat à Paulo IV. [d] felic. record. Pontifice Maximo per ſpecialē ſuā conſtitutionē, inito Inquiſitorū Cōcilio, quod laici omnes, qui confeſſiones audierunt, & ſacra fecerunt, non ſacris inſigniti, atque abuſi ſunt ſanctiſſimo Altaris Sacramento, ſeculari iudicio tradi debent, vt refert Locatus in opere iudic. Decre. 8. die 17. Febr. anno 1555. fol. 476. Maiolus de irregul. lib. 4. cap. 13. num. 1. & 5. Salzed. vbi proximè Paulus de irregularit. 6 par. tit. de cler. non ordinato miniſtrante, nu. 3. qui quendam Hiſpanum Fratrem cuiuſdam Ordinis tradi ſeculari brachio in Romana Curia ſe vidiſſe atteſtatur, iuſſuque Papę Alexandri VI. incineratum fuiſſe.

13 Verūtamen ſi laicus non veluti ſacerdos cōfeſsiones exceperit, vrgēte neceſsitate, iuxta diſpoſitionem tex. c. 1. poſt initium, de pęnitentia, diſt. 6. & c. ſanctum, verſ. cum in naui, de conſecr. diſt. 4. & c. 2. de furtis, verbis tantū deprecatiuis vtēs, non formalis abſolutionis, ſed ſimplicis orationis vim habentibus; nō hoc modo, neque hac pęna punietur, ſiquidē pro alio orare illi permittitur, etſi vti Clauibus vetetur. Tradit gloſ. verb. pręterquam, c. Paſtoralis, de offic. ord. quā Nauar. memorabilem aſſerit c. 1. in princ. nu. 74. de pęnitentia, diſt. 6. & in Man. c. 26. nu. 27. Tradit in ſpecie Maiol. d. nu. 5. atque ex Suarez colligitur de cēſur. diſp. 42. ſect. 4. à nu. 14. Henriquez lib. 6. c. 2. nu. 7. & c. 2. nu. 1. & lib. 14. cap. 6. num. 2.

14 Vltimo aduertendum eſt

circa

circa Gregorij XIII. cōſtitutionem, quā referam in fine quæſtionis, ſanctiſsimæ Inquiſitioni ſolum hunc caſum committi, [f] cū qui presbyteratus ſacro ordine non inſignitus, confeſsiones audit, ac ſimul abſolutionē impartit, non autem qui ſolùm confeſsiones audit non abſoluendo. Quod ſatis exprimunt illa verba: *Et confeſsiones audire, ac abſolutionem impartiri*, quia illa coniunctio, *ac*, id exprimere nullum eſt dubium. Si autem cōfeſsiones audit, abſolutionem non impartiendo, nullum exercet Sacramentum. Quo facto catholicę veritati nō obſtat; re ille obſtat, & facto, qui ſine presbyteratus ordine Sacramentorum adminiſtrationi operatur, vt vides ex conſtitutione, aduertit Emanuel Rod. tom. 2. de regularibus, d. art. 2. ante fin. quæſt. 27.

15 Secundo etiam aduertēdum eſt ex eodem Auctore, vbi ſupra, illum, qui fruitur presbyteratus ordine, nō in crimen incidere prauitatis hęreticæ, Inquiſitioni obnoxium, ſi abſque actuali iuriſdictione fidelium excipiat confeſsiones, veniam donans, & abſolutionem à peccatis mortalibus. Inquiſitioni enim per conſtitutionem illam ſolum ille traditur, qui confeſſiones audit, & abſoluit, presbyteratus ordine omnino carens: Quod inſuper ꝓbatur. Vt enim hoc crimē Inquiſitorum tradatur cognitioni, ex hęreſi occaſio deſumitur, quā maximè his temporibus miſerè propugnāt hęretici: ſeculares nempe eorū Sacramentorum, quę Euchariſtia ſunt, & Pęnitētia, miniſtros eſſe poſſe. Quam hęreſim re illi exercent, qui carentes presbyteratu, ſe inſerunt prędfati Sacramenti adminiſtrationi.

16 Vtrum autem hos tales presbyteros comprehēdat hęc noſtra commiſsio, indicabit ſequens dubium. Nunc veniamus ad Gregorij Bullam.

17 *GREGORIVS Papa XIII. ad perpetuā rei memoriā.* Officij noſtri partes ſedulò pręſtare tenemur, vt dubia, quę varijs Doctorū opinionibus hinc inde diuerſa ſentientibus, agitātur, ea ad iuriſdictionem ſanctiſsimi Officij Inquiſitionis hęreticæ prauitatis pertinent, noſtræ declarationis oraculo (ꝓut ratio ipſa ſuadere videtur) dilucidentur, vt nulla cuiquam dubitandi occaſio in poſterum relinquatur: ad aures noſtras ſi-

qui-

quidem nuper peruenit, multos eſſe, qui dubitent, an contra eos qui in ſacro presbyteratus ordine nō conſtituti, Miſſas celebrare, confeſsiones audire, ac abſolutionē impartiri auſi fuerint, per Officiū ſanctiſſimæ Inquiſitionis hæreticæ prauitatis in Hiſpaniarum Regnis inſtitutum, & illius Inquiſitores procedendum, vel etiā animaduertendum ſit, ac hi, qui talia patrauerint, vel per Inquiſitores prædictos puniri debeant. Nam etſi multorum ſentētia affirmetur, prædictum delictum ab Inquiſitoribus plectendum eſſe, hiſce præſertim tēporibus, quibus hæretici temerè audēt proferre, vel ſeculares eorū Sacramentorum miniſtros eſſe poſſe. Non deſunt tamen hi, qui contrariæ adhærent opinioni, vnde plerunque per eorundem Regnorū Inquiſitores diuerſa feruntur in huiuſmodi cauſis ſuffragia. Nos itaque (vt omnis difficultas, dubitatioq; tollatur) animaduertentes eos qui preſbyteratus ordine non ſunt inſigniti, & ſe in adminiſtrandis dictis Sacramentis ingerunt, facto catholicā veritatem impugnare, quæ ſolos presbyteros miniſtros eorundem Sacramētorum conſtituendo, illos dūtaxat, quibus eadem munera congruere exiſtimauit, cōmitti voluit, eorum qui in presbyteratus ordine non conſtituti, Miſſas celebrant, ac confeſſiones audiunt, vt prefertur, cognitionē, & punitionem etiā ad Inquiſitionis officiū, & Inquiſitores ante dictos pertinere, ita huiuſmodi delicti ratione, aduerſus eos inquirere, procedere, ac culpabiles repertos punire, Officium, & Inquiſitores prędicti valeant, Apoſtolica auctoritate præſentium tenore perpetuò declaramus, & diffinimus, & ita ab omnibus, & ſingulis Ordinarijs, & delegatis Iudicibus ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliqua iudicandi, & impetrādi difficultate, iudicari, ac diffiniri debere, irritū quoque, & inane, ſi ſecus ſuper à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignorāter cōtigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon iuribus, municipalibus legibus Regnorum prędictorū, pragmaticiſq; ſanctionibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus ciuitatum, & locorū quorumcunque dictorum Regnorū, etiam iuramento, confirmatio-

ne Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque,indultis,& litteris Apoſtolicis forſan per Nos,ac quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,ſub quibuſuis verborum formis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque,& alijs Decretis,etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ſeu de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,vel ad ſupplicationem Regum,Ducum, & aliorũ Principum conceſſis,& confirmatis, quibus omnibus,illorum tenores præſentibus pro expreſsis habẽtes,illis in ſuo robore permanſuris,hac vice dũtaxat ſpecialiter,& expreſsè derogamus, cęteriſq; cõtrarijs quibuſcũque. Datum Romæ apud S.Marcum ſub annulo Piſcatoris die 6. Auguſti, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto anno à natiuitate Domini, Pontificatus noſtri anno tertio.

ANNOTATIO.

18 *Punitur conatus.* [a] Vltra ea quæ reſoluiſti quæſt. 5.num. 22.& 23.illud moneo nõ obeſſe conatum,cum iniuria nullum habuit effectum,quod intelligo ſi per reum ſtetit, l.1. ff. quod quiſque iuris: inuenio autem in atrocioribus conatum in expreſsis in iure caſibus puniri,ex Anton. Conſcio ad leg. Iuliam Maieſtatis, Riccio in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ.369.num.1. Archid. & Nauar. nu.3. in c.ſi quis tam fęminam, de pęniten. diſt.1. Caſus iure expreſsi.

1. Aggreſsio, c.ſi quis necandi, de pœn. diſt.1.

2. Attentatio, l.ſi quis, C. de Epiſcop.c.ſi quis ſolas,36.q.2. cap.vlt. qui filij ſint legit.

3. Auſus, c.ſi quis pulſatus, de pęnit.d.1.

4. Cogitatio, l.præſenti, C.de his,qui ad Eccleſias,c.quoniam multi,d.47.

5. Conatus, c.quoniam multi, 14.q.4.

6. Expectatio, c.ſi fęneraueris, 14.q.3.

7. Imperfectio, l.1. ff.de varijs, & extraord.crim.

8. Intentio, l.is, qui cum telo, C.ad leg.Cornel.de ſicarijs,c.ſi quis cum telo,de pęnit.d.1.l.1. ff.ad l.Pomp. de parricid.

9. Perſuaſio,l.ſi quis ſeruo,ff.de furtis, & de ſer.corrup.

10. Solicitatio monialis, cap.ſi quis rapuerit,27.q.1.

11. Solicitatio ad turpia in cõfeſsione, ex noſtro Breui.

12. Voluntas, l.quiſquis, C.ad l.Iul.Maieſt. c.nuptiarũ,27.q.1.

19 *Ex-*

19 *Extraordinaria*,[b] deducitur ex l.1.ibi: *Perfecto flagitio capite punitur, imperfecto in inſulam deportatur*, ff.de varijs,& extraordin.crim.l.nec intereſt, ff.ad l.Iul.de vi priuata, obſeruat Bald.conſ.443.vol.3.Boer. autem deciſ.316.nu.4. vniuerſam controuerſiam ex perſonarum conditione,rerum qualitate, & temporum diſtinctione diffiniendam tradit,cui ſubſcribit Guilielmus Onciac. quæſt. academic.lib.2.quęſt.76.nu.4. Sed vltra omnes veriſſima eſt, non puniri conatum ex vniuerſali cõſuetudine, etiam in atrociſſimis, ſicut cõſummatum crimen, ex Farin. in praxi, tom.1. q.17.num.49.Eman.Barboſ.ad ordinat. Luſitan. lib.5. tit. 18. §.2.nu.1.quod intelligo,niſi conatum tantùm lex puniat,prout in noſtra ſpecie.

20 *Omnes teneri ad ſigillum qui pœnitentis peccata norint ex confeſſione quocunque modo,quacunque via,ex Viuald.de ſigillo, num.*10.[c] Hæc Viualdi traditio modificanda eſt, vt ſolus Sacerdos, qui ſolus eſt huius Sacramenti miniſter, ad ſigillum teneatur, D.Thom. addit. quæſt. 11. art.3. communis ex Henriquez lib.6.de pœniten.cap.20. §.1. De interprete autem controuertũt citati per Henriquez d. lib.6. cap. 19. §.9. litera F. cæteri verò non ſigillo, ſed naturali ſecreto aſtringũtur, Henriquez d. cap.20. §.1. contra Nauarrum,& Viualdum citatos ab Illuſtriſsimo. Contra quos communis eſt in contrarium Henriquez d.§.1.litera D. quãuis Suarez de pęnit. diſput.33. ſect. 4. alios ad ſigillum teneri velit, ſoluſque Sacramenti miniſter frangens, iuris pœnas incurrit Henriquez d.§.1.

21 Saluari tamen poteſt Viualdi,& aliorum opinio,vt procedat, quando notitia peccati ortũ habuit à ſacramentali confeſſione, quàm impius, aut imprudens confeſſor detexit,tunc enim ad omnes trãſit ſigilli obligatio cum ſuo onere, Nauarr. cap.Sacerdos, nu.43. de pęnit. diſt.6.Salzed.in pract.cap.109. litera B. Suar.de pęnit.diſp.33. ſect.5.nu.8.

22 Vnde ſi Iudex, aut Prælatus, etiam bona fide procedens,aduertat notitiam habuiſſe ortum ex confeſſionis detectione, tenetur ſtatim ceſſare ab ea Inquiſitione, & proceſſu, & facta pro infectis habere, neque poteſt reum ea de re interroga-

rogare, Henriquez lib.6.de pœniten.c.20.§.2.Sot.in 4.diſt.18. q.4. art.5. ad fin. Reginald. in foro pœnit. 1.tom. lib.3. cap.2. ſect.2.à nu.29.

23 Cum ex noſtra, & alijs ſacris familijs plures mihi, conſultationis ergo,caſus proponãtur, in duobus circa præſentem materiam perniciosè erratum reſpondi, quos hic ad præcauẽdum inſerere libuit. Quidam religioſus neſcio quid ſurripuit, & ſtatim extra Conuentum ſepoſuit, Prælatus ſubtractas res deprehendit, conuocatis Fratribus, poſt debitam reprehenſionem, præcipit confeſſarijs,ne delinquentem abſoluãt, niſi reſtitutis rebus. Reus ad ſe rediens, per viam, & manum confeſſarij, cui delictum, & reſtituendi animum detegit, res in Monaſterium reducere, & Prælato reſtituere conſtituit,ad quem effectum ſchedulam cõfeſſario tradidit, vt qui res habebat, eidem eas redderet. Confeſsarius Prælatum adit, exeundi foras veniã petit, exituſque rationem reddit, oſtenſa ſchedula concluſa, quam Prælatus capiens, ex ſubſcriptione litterã, & manum agnouit delinquẽtis:conceſſa exeundi licentia,vocat reum,eumque grauiter reprehẽdit,ſuppliciũq; coram alijs minatur, reus vt ſupplicium,& publicam iam infamiam euitaret, fugam arripuit, qui deprehenſus carceris, flagellationis, & aliàs ſuſtinuit pœnas. Reſpondi, reum in furto, & fuga minus peccaſſe, quã confeſſarium,& Prælatum; nam hæc notitia ortum habuit à ſacramentali confeſſione. Quandoquidem nec Iudex, ſeu Prælatus punire poteſt deprehenſum in caſu, vel nocte, in qua confeſſor dixit committendum furtum, ideoq; vigilandum admonuit Henriquez lib. 6. de pœnit.c.20.§.2.

24 Alter caſus: Quidam Prælatus prohibuit,nè Religioſi presbyterij ordine nõ inſigniti, confiterentur alijs confeſſarijs, niſi Magiſtro tantùm nouitiorum: duo ex non ſacerdotibus petiere per confeſſarium à Prælato,vt ſibi liceret diuerſo à Magiſtro nouitiorum confeſsori, quem Prælatus nominaret,peccata ſua pro illa vice confiteri. Excanduit Prælatus, & negare perrexit, donec precibus, & rationibus internuncij flexus,aliũ confeſſorẽ deſignat,ſed prius tã Magiſtro nouitiorũ, quàm alijs

reli-

religioſis nequitiam, quàm ſic vocabat, & quaſi peccata, ſeu peccati genus,& ſpeciem manifeſtat, eoſque ante cõfeſſionem flagellis cędi iubet.Ego reſpondi Prælatũ multipliciter, & grauiſſimè peccauiſſe: tum ob difficultatem concedendi licentiam contra D.Thom.in 4.diſt.17.q. 3.art.4. ad 6. Ang.confeſſio.3. nu.31. Sylu.confeſſor. 1.q.16. Nauarr.c.placuit de pęnit. diſt. 6.nu.131. Vict.de confeſſione, num.132.in fin.

25 Qui docent Pręlatum,vt ſit facilis in concedendo hanc facultatem, aliàs peccat mortaliter: quia prope certam prębet occaſionem ſubditis ſacrilegiũ committendi: non tenetur tamen facultatem dare confitendi cuilibet, ſi ꝓbabiliter timet, quòd non eliget æquè bonum, Palud.diſt.17.q.4. vel ſaltem idoneum,Sylu.ſupra:vnde iuſtè illi interdicere poterit, nè apud talem cõfeſſorem fateatur, quẽ apertè cognoſcit non eſſe idoneum ad ſubditi confeſſionem excipiendam.

26 Tum etiam quia arctiſſimè ad ſigillum, aut quod propiùs accedit ad ſigillum, tenetur Prælatus, à quo licentiam petijt confeſſor, aut reus pro caſu reſeruato,quia hic eſt perſona cõfeſſioni neceſſaria,& aliquo modo eſt confeſsor, aliàs confeſsio fieret odioſa, nec ob eam notitiam poteſt inquirere, & multò minus procedere, & animaduertere contra pęnitentem, Henriquez poſt alios de pœniten.lib.6.c.20.§.3.

27 Ex pręd ictis noua quęſtio ad noſtri Breuis apparatũ excitari poterit, vtrum laicus confeſsionis interpres, ſi in eodem actu ſolicitet, quod facilè fieri ignorante linguam confeſſario poteſt, Breuis pœnis ſubiaceat. Non incurrere ſuadet, quia is nec eſt ſacerdos, vt aliàs argumẽtabatur Illuſtriſsimus q.13. nu.2.nec huius Sacramenti miniſter, D.Thom. in addit. q.8. art.1.Triden.ſeſſ.23.c.4.in doctrina.Contrarium tamen mihi dicendum videtur, tum quia in hoc caſu eademmet datur ratio, quæ in confeſſore, hoc eſt abuſus Sacramẽti, ſacrilegium, antidoti remedium in venenũ, ſumiturq; Sacramentum vt medium ad peccandum.

28 Tum etiam quia interpres, licèt laicus, participat aliquid de actu clauis, D. Thom. in addit. ad 3. part. quæſt. 11. art.3.in corpore, Suar. tom.4.

diſput.33.ſect.5. num. 4. Sub nomine igitur ſacerdotis comprehenditur ſiue extēſiuè, ſiue per participationem. Seraphin. ad Diuū Thomam dicto art. 3. Accedit, quia licèt Innoc. III. ſolum ſacerdotē ad ſigilli vinculum declarauerit aſtrictum, in cap.omnis, de pœnit.& remiſs. includit tamen interpretem.Seraphin.dicto loco; ideoq; communior eſt, teneri ad ſigillum æquè ac confeſſariū, ex Nauar. in Manua. c.8.nu.7. & in c.ſacerdos,num.42.& 115. Henriquez communem dicens lib. 6. de pęnit.c.19.§.9. litera F, quia ſicut de actu clauis participat, vt diximus cum D.Thom. participat etiam ſigilli rationem,ex eodem D.Tho. in 4.d.21. q.3. art.4.ad 3.

29 *Paulo Quarto.* [d] Breue Pauli IV. innouauit,& obſeruari iuſsit Clem.VIII.anno 1601. de quo Quaranta in ſum.Bullarij, verb.ordo, fol.394. duplex autem huius Pontificis decretū extat, prius die 20. Maij anno 1557. contra celebrantem, qui presbyteratus ordine caret, vt abſque alia diſputatione tradatur curię ſęculari puniendus; poſterius, cuius meminit noſter Auctor, vtrunque refert Locat. in praxi Inquiſit. pag. 491. & 492. inter decreta ſanctiſsimi Officij Romæ facta, de quo Farinac. de hęreſibus, quæſt.193. num.39.

31 *Solum hunc caſum committi.* [f] Reſolutio Emanuelis 2. tom.de regul. q.27.art.2. verſ. hęc conſtitutio,quam Illuſtriſſimus Auctor refert, mihi nō probatur: Tum quia particula,Et, ſępe in iure pro diſiunctiua accipitur c.verum, ibi: *Pro vita, & rebus ſeruandis*, de iureiurando,c.2.ibi: *Te, tuaque liberando*,de homic.aduertit Suar. de cēſuris diſp 46. ſect.2.nu.8. Sic exponitur altera Clementis VIII.conſtitutio nè in abſentia confeſſio, & abſolutio fiat, non enim vtriuſque ſimul concurſus requiritur, ſed alterum ſufficit,vt Illuſtriſſimi ex ſpeciali Pontificis mandato declararunt,poſt,quam declarationem doctiſſimus Suarius diſiunctim legit, cum antea coniunctim prędictā explicauerat conſtitutionē de pęnit. diſp.21. ſect.4. Tum etiā, quia in Gregoriana conſtitutione relata per Auctorem, nu.17. eadem particula conſtituitur inter illa verba, *Miſſas celebrant, ac confeſſiones audiunt.* Nemo autē liberabit

à con-

à cōſtitutionis pęnis Miſſas celebrantem, qui presbyteratus ordine careat: ideò Paulus IV. vtrâque diuerſo complexus eſt decreto, vt notauimus num. 29. & praxis obſeruat, prout teſtatur Illuſtriſsimus Auctor ſupra nu. 10. Farinac. de hęreſ. q. 193. nu. 39. Sicut ergo ad incurrendam pęnam ab Inquiſitoribus imponendam nō requiritur inſimul & Miſſas celebrare, & cōfeſsiones audire, eodem modo verba illa, *Miſſas celebrare, confeſſiones audire, ac abſolutionem impertiri audent*, in deciſione, *Ad Miſſas celebrare, ac confeſſiones audire*, reſtringuntur, ibi: *Voluit eorum, qui in presbyteratus ordine non conſtituti, Miſſas celebrant, ac confeſſiones audiũt, vt præfertur, &c.* nota verbum, *audiunt*, per ſe ſtare.

Confunditurque Emanuelis opinio eodem fundamento, cui ipſe innititur. Ait enim, quod ſi fictus presbyter confeſsionem audiat, & abſolutionem nō impertiatur, nullum cōfert Sacramentum, quaſi ſi impertiatur, conferat Sacramentũ, quò quid abſurdius? Quod per incuriam, vt multa aliàs, fuit expenſum, ſic in eodem artic. 2. dum inuehitur in eum, qui ſacerdotis gradu carens celebrat, addit: *Ex his colligitur quàm deteſtabile, & horrendũ crimen ſit ſanctiſſimum Eucharistiæ Sacramẽtum manibus pollutis, & profanis tangere, & ſacrilega mente recipere celebrando. Et Gregor. XIII. hoc crimen cōſiderans officio Inquiſitionis ſanctiſſimæ puniendum commiſit:* quę conſideratio aliena eſt à ficto ſacerdote, cum non ſacrificet.

32 Accedit, quia confeſsio, quam non ſequitur abſolutio, dicitur ſacramentalis, quatenus fit à peccatore in culpę recognitionẽ, diciturq; ſpiritualis filia, quę peccata confitetur, c. ad limina, §. fin. cũ ſeq. 30. q. 1. notaſti ſupra q. 5. nu. 14. & in ſpecie Graphijs cōſ. 1. nu. 21. de cogn. ſpir. & infra quęſt. 14. n. 7. & 10. Vnde ſi in propoſito fictus preſbyter Inquiſitoribus ſubijcitur, ſi abſoluat, idem dicendum erit ſi confeſsionem audiat, abſolutione non impertita.

33 Sic etiam is non minus incurrit irregularitatem, ſi audiat confeſsionem, & abſolutionem non conferat, quàm qui eam confert, Suar. de cenſur. diſput. 42. ſect. 4. nu. 19.

34 Cum enim agamus de miniſterijs, in quibus Sacramẽ-

tum nõ conficitur, attendimus ad ſacrilegium, quod committitur in vſurpatione talis miniſterij, irriſione, & ludibrio Sacramenti, cui iniuria infertur, ab Inquiſitoribus vindicanda per meritas pœnas. Nihilque efficit abſolutionis, quæ nihil operatur, defectus; & factum, non verò effectus damnatur.

35 Licèt aliàs fingens ſe religioſum, & abſoluens, ſeu alia Sacramenta ſine Parochi licentia miniſtrans, non incurrit excõmunicationem, quam, ſi religioſus eſſet, incurreret per Clement. 1. de priuil. Suar. de cenſ. diſput. 22. ſect. 4. nu. 2.

SVMMARIVM.

Sacerdos abſoluendi poteſtate carens, an ſi ſolicitet in confeſſione, incidat in Breuis pœnas, nu. 1. & nu. ſequentibus.

Bulla in ſolicitantes agit de ſolicitatione in Sacramento, nu. 2.

Bulla contra ſolicitantes exprimit curam animarum habentes, ſiue eam pro alijs exercentes, aut confeſſionibus audiendis deputatos, nu. 3.

Confeſſio bona fide pœnitentis, & cõfeſſoris facta, cenſetur ſacramentalis, obligatque ad Breuis pœnas ſolicitantes, nu. 4.

Confeſſio pœnitentis bona fide, ſacerdotis ficti malo animo habita, an obliget ſolicitantes, nu. 5. & 13.

Confeſſio ex ſcientia confeſſoris, et pœnitentis inualida propter poteſtatis defectum, an ſolicitantes comprehendat ſub Bullæ pœnis, nu. 5.

Confeſſio facta in ordine ad obtinendam licẽtiam, cenſetur ſacramentalis, obligat ad ſigillum, atque ſolicitantes, quid vero de ficta inter eos, nu. 6.

Sacerdos iuriſdictionem habens, non tamen ex cauſa abſoluẽs, ſi ſolicitet, incidit in Breuis pœnas, nu. 7.

Confeſſio facta ſpe veniæ, negata abſolutione, eſt ſacramentalis, nu. 7. & 14.

Sacerdos ſolicitans in actu confeſſioni antecedenti, licet confeſſio non ſequatur vel ex pœnitentis repugnantia, vel ex ipſius confeſſoris uoluntate, incidit in Breue, nu. 8.

Confeſſio facta ſub ſigno crucis, non tamen animo accuſandi, non eſt ſacramẽtalis, nec obligat ſolicitantes, nu. 9.

Confeſſio facta animo ſe accuſandi, licet non conſequendi abſolutio-

lutionẽ, vt meretricis, obligat, & eſt ſacramentalis, nu. 10.
Fœmina ſi in loco confeſſionarij, non tamen animo confitendi, ſolicitetur, non tenetur denunciare, nu. 11.
Sacerdos poteſtate carens, ſi confeſſionem audiat, tenetur ad ſigillum, validaque erit confeſſio, ſi obtenta iuriſdictione abſoluat, nu. 13.
Religioſus poteſtate Sacramenta conficiendi carens, ea conferẽs eſt excommunicatus, nu. 13.
Solicitationis caſus varij in Sacramenti præambulis referũtur, nu. 15.
Solicitans ante crucis ſignum, reiecta in aliud tempus confeſſione, incidit, nu. 16.
Solicitans cum non eſſet paratus, licet ſtatim excipiat confeſſionem, non incidit, nu. 17.
Confeſſor tenetur ad ſigillum audiens meretricis confeſſionem, nu. 18.
Sigillum obſeruare tenetur confeſſor, quoties ex parte pœnitentis datur animus accuſandi ad effectum abſolutionis cõſequendę, vel animus obſequẽdi præcepto Eccleſiæ, nu. 19.
Confeſſio non integra obligat confeſſarium ac integra, contra Sotum, nu. 19.
Cõfeſſor, negata abſolutione, ſchedulam cõfeſſionis dare poterit, & aliquando expediet, nu. 20.

QVAESTIO XIV.

Vtrum abſoluendi poteſtate carens presbyter, & in confeſſionis actu fœminam pœnitentem ſolicitans, pœnis afficiendus ſit, iuxta Bullam.

1 PRoximam ſuperiorem quæſtionem iure inſequitur hęc altera, quę mihi, atque illa, æquè grauis, multò implicatior, moleſtiſſima, pro qua explicanda libros legi, volui, reuolui, vt verum docerer à veris magiſtris.

2 Igitur quęri poteſt, quid habendum, ſi ſine iuriſdictione abſoluendi ſacerdos, vel quia excõmunicatus denũciatus eſt, aut ſuſpẽſus, vel quia iratus clerico manus impoſuit, vel quia ſibi tantùm licuit ſacra facere, ſacerdoti ſimplici, non habenti ad peccata excipienda vel à iure, vel ab Ordinario conceſſam iuriſdictionẽ, ſi (inquam) is talis pęnitentes audit confeſſor, & ſo-

& ſolicitat, quæri oportet de vera circa hanc rem opinione. Et negantem partem ex eo quis tutari conabitur, quòd de ſolicitatione tantùm agat conſtitutio, per quam Sacramento fit iniuria, irreuerentia. Sed in hoc caſu non datur Sacramentum, ob id neque iniuria.

3 Facit deinde, nos ſuperiori quæſtione aſſeruiſſe, datam abſolutionem à laico, abſolutionem ſacramentalem non eſſe: Ergò idem aſſeretur, cum exarmatus iuriſdictione ſacerdos confeſſiones audiuerit: Tolet. lib. 3. cap. 10. num. 2. Faciunt Bullæ verba ibi: *Curam animarum habentes, ſiue eam pro alijs exercentes, aut alias au diendis confeſſionibus pœnitentiũ deputati*. Cum igitur carentes iuriſdictione ſacerdotes, neque curam habeant animarum, neque pro alijs exerceant, neque tandem confeſſionibus deputẽtur, bene colligas ſic peccantes non alligari hac noſtra conſtitutione.

4 Pro reſolutione autem velim paucis monere, hanc talem confeſſionem dari poſſe varijs modis, quia fiet primò bona pœnitentis, & confeſſoris ſimul fide, quia putat vterq; non deeſſe iuriſdictionem: quem talem opinor ſubiacere Bullæ pœnis, etſi poſtea certo ſciatur iuriſdictionem defuiſſe, quia contra dicere re vera Pontificis menti multum derogaret. Quia deinde confeſſio illa, quantum ex pœnitentis, & ſacerdotis intentione eſt ſacramentalis eſt, & per accidẽs venit defectus. Propterea ad Sacramenti pertinet reuerentiam ad ſeruandam in ea Bullæ diſpoſitionem, vt in ſimili tradit Suar. de pœnitent. diſputatio. 33. ſect. ſecunda num. 4.

5 Secundo poteſt id accidere pœnitentis bona fide, ſed ſacerdotis malo animo. Qui caſus mihi difficilis, ambiguus nimis eſt, quia ſcindor in varia, vrgentibus ſuperiori quæſtione adductis fundamentis, cum videatur etiam non maiorem obligationem ex tali confeſſione, quam ex illa laico facta, oriri: quę illa nequaquam eſſe videtur ſacramentalis, facta coram illegitimo iudice, & ſacramenti falſo miniſtro. Facit contra fraus magna, & dolus, qui totus eſſe poteſt in fraudanda Bulla. Atque ſi quis fortè confeſſor in Inquiſitores reus incideret, negaret ſe facultatem habere exaudiendi peccata:

cata: probatio ob id incūberet Promotori, quæ cum ſit in tali hac re difficilis, pœnas vitarent mali confeſſarij contra Pontificis veritatem, mentem, intentū: eo maximè quia dolus nemini patrocinari debet, & contra cōfeſſionis bonum. Peritiores iudicium interponant, doceant, mihi ſatis præcurrere, viarum lubrica, & anfractus indicando. Interim approbo poſteriorem hanc ſententiam. [a]

6 Tertiò, hoc euenire poteſt cum vtriuſque certa ſcientia, & confeſſarij, & pęnitentis, qui ſimul certi ſunt, iuriſdictionem non intereſſe. Quod quidem ſi faciant in ordinem ad ſacramētum pęnitentiæ, obtinendæ iuriſdictionis ſpe; tunc etiam mea eſt opinio, talem caſum Bullæ verbis comprehendi: datur iam enim ſacramentalis confeſſionis quædā inchoatio: Vt ſi quis confeſſario inferiori peccatum dicat ſuperiori reſeruatum, eo animo, vt minor à maiori iuriſdictionē obtineat: quia animarum res alio modo inter ſe rectè vera tractari non poſſent in ordinem ad ſacramentum pœnitentię perficiendum. Si autem reuelatio illa non ordinetur, vt Sacramentum perficiatur, petatur iuriſdictio, cum ſolùm habeat illo caſu cuiuſdam conſultationis rationem, minimeque debeat ſacramentalis confeſſio appellari; videtur profectò non hac commiſſione comprehendi, vt ex Suarez colligitur d. diſpu. 33. ſect. 2. nu. 4. Henriquez in ſum. lib. 6. cap. 21. n. 4. Idem dicendum exiſtimo, ſi comprehendatur ex artificioſa confeſſione, pęnitentem accedere nō accuſandi ſe animo, ſed irritandi, & illaqueandi confeſſarium, vt in ſimili tradit Hēriquez vbi proximè nu. 3. in principio. atq; in ſpecie docet Graphijs conſ. 1 de cognat. ſpirit. nu. 25.

7 Hinc primò percipi poteſt quid dicendum ſit, cùm ſacerdos iuriſdictionem habens, & pęnitentem ęquiſſimè non abſoluens, ad obſcæna ſolicitauerit, quia hic talis iuxta Bullam puniendus videtur. Atque ex ſupra dictis affirmatiua pars tenēda eſt, quia facta confeſſio ſpe veniæ, etiam negata abſolutione, ſacramentalis eſt, [b] Cordubēn. quæſt. Theo. lib. 1. quęſt. 2. opin. 3. Erit ergò, ſolicitantem confeſſarium in confeſſione pęnitentem pati debere Bullę pęnas, maximè quòd illis verbis Bulla vtitur: *in ſacramentali*

con-

confeſſione, quæ datur in propoſito. Facit Suarius dict. ſect. 2. num. 8.

8 Secūdò quæri poteſt, vtrū ſolicitatio, de qua eſt prædicta conſtitutio, dicatur vere ſolicitatio, nulla exiſtente ſacramentali confeſſione. Poterit enim vſu venire, vt mulier ante accuſationem ſolicitetur, nolitque poſteà ſe accuſare, vel etiam compunctus confeſſarius ad alterum remittat exaudiendam. Inter quæ affirmatiuam partem probabilem, imò certā habeo, etiam non inſecuta ſacramentali confeſſione, dummodo tamen fiat ſolicitatio confeſſionis ſacramentalis prætextu, ad quā natura ſua illi præcedētes actus dirigantur, quæ contingit illius prętextu, ac actuum ratione, natura ſua confeſsionem præcedentium. Propterea moraliter loquendo in ſacramentali confeſſione Sacramentum læditur. His adde, dari alioqui faciendi fraudem præſentiſſimam occaſionem, vt facilè intelligas. Atque in noſtro caſu ſolicitationis reſoluit in ſpecie Graphijs conſ. 1. de cognat. ſpirit. à n. 25. vbi latiſsime.

9 Tertio infertur, requiri ex pęnitentis parte, vt intentione ſacramentali faciat confeſsionem, ideſt vt peccata dicat in hoc foro ſe accuſandi animo, & Eccleſiæ clauibus ſubdendi. Vides, non ſatis eſſe pęnitentem dicere: hæc tibi dico in confeſſione, etſi dicat flexis genibus perſignata ſigno Crucis, quia talis confeſsio non ſacramentalis eſt, quę non fit confitendi animo, & intentione, neque vllum confeſsionis habet effectum. Vnde ſi hanc talem confeſſarius prouocarit mulierem, non Inquiſitorum foret iudicium. Ita inferas ex Sot. diſt. 18 q. 4. art. 5. concluſ. 5. Nauarr. in Man. c. 18. nu. 55. & poſt Caet. & Simanc. ex Suárez d. diſp. 33 ſect. 2. nu. 6. Henriquez lib. 6. c. 20. nu. 3. poſt principium.

10 Contra dicendum videtur, quando pęnitens fęmina à principio accedat ſine excipiendę abſolutionis intentione, ſine contritione & emendæ propoſito, modo tamen illi mens ſit ſe accuſandi in illo foro, & obſequendi, prout potuerit, vt aliquo modo Eccleſię ſatisfaciat. Quod ſatis erit ad Bullę pęnis adſtringendum confeſſarium, quia ſacramentalis confeſsio, quæ ſacerdoti re vera fit, vt Dei miniſtro ſaltem iam cępta eſt.

Ergò

Ergò ſatis eſt, vt ex ipſo exoriatur obligatio. Docet Suarius poſt prędictos Doctores d. ſect. 2. num. 9. Et probatur: vt enim confeſſarij pęnas dent pro Bullę forma, non opus eſt, vt ſacramenti ſpectetur finis: Ergò parū refert, non perfici cōfeſsionem. Fauet cap. quod quidam de pęnitentijs, [d] vbi de publicis peccatoribus dicitur ad confeſsionem eſſe admittendos: *Licet enim huiuſmodi pœnitentia vera non ſit, talis tamen confeſſio admitti debet.*

11 Tandem contrarium haberi neceſſe erit, quando non cōfeſsionis, ſed cuiuſuis rei prętextu venit mulier ad confeſſarium, publicè in Eccleſia aliarū fęminarum peccata audiētem, qui licet tunc venientem ſolicitet, non idcircò pęnas incurrit, quia etſi prouocet in cōfeſsionarij loco, non tamen pęnitentem prouocat, ſed aliam longe diuerſam.

12 Quæ autem argumenta in principio quęſtionis veræ huic ſententię reluctantur, ex dictis facilè ſoluas.

ANNOTATIO.

13 Ibi: *approbo poſteriorem hanc ſententiam*, [a] Quę mihi veriſsima eſt non tam ex fraude, & dolo, quem cauſare poteſt improbus confeſſor, dum abſoluendi poteſtatem ſibi non competere aſſerit, ſed quia tenetur ad ſigillum confeſsionis Henriquez cum communi libr. 6. de poenit. c. 21. §. 4. & quia valida eſt confeſsio, ſi obtenta iuriſdictione abſoluat Sot. in 4. diſt. 18. q. 4. artic. 5. communis ex Henriquez d. §. 4. lit. V. Vnde non ex eo, quod ordinarij approbatio deficit, impius ſacerdos poenas euitabit. Sic religioſus poteſtate conferendi Sacramenta carens, ea conferens, eſt excommunicatus: clemen. 1. de priuilegijs, iunctis reſolutis per Suar. de cenſuris diſput. 22. ſec. 4. à nu. 22.

14 Ibi: *Sacramentalis eſt*, [b] Graphis conſ. 1. à nu. 20. de cognat. ſpirituali.

15 Ibi: *Certam habeo*, [c] reſolutio Illuſtriſsimi in duobus caſibus, qui forſitan ſoli euenire, & conſiderari poterunt, certiſsima mihi videtur.

16 Primò, ſi fęmina ſub crucis ſigno velit peccata detegere, & à confeſſario interrumpatur ad turpia ſolicitante; poſteriore ſi filiam ſpiritualem, hoc eſt ex pręcedentibus confeſsionibus notam, ad genua procumbentem

bentem ante crucis ſignũ præoccupet confeſſarius ſolicitans. Tertium vidi caſum Inquiſitoribus deferri, ſi accedens fœmina confeſſionis cauſæ à confeſſario præueniatur, vt confeſſio in aliud tempus relinquatur, vt tunc eam ſolicitet, forſitan confeſsarius eam aliunde nouerat.

17 Diuerſus eſt caſus, ſi confeſſor non paratus ad audiendas confeſſiones ſolicitet, fœmina verò reiecta ſolicitatione, confeſſionem petat, & ſtatim cõfeſſor, omiſſa ſolicitatione audiat, quo caſu non incidet, vt bene conſiderat Benedictus Aegidius in tract. de iure, & priuileg. honeſtatis, art. 11. nu. 19.

18 *Cap. quod quidam de pœnitentia*, [d] & in hoc caſu confeſſor ad ſigillum tenetur, Henriq. lib. 6. de pœnit. c. 21. §. 3. ad fin. Suar. de pœnit. diſp. 33. ſect. 2. num. 9.

19 Secundum quos ad ſigilli vinculum requiritur ex parte pęnitentis, vel animus accuſandi ſe ad effectũ abſolutionis cõſequẽdæ, vel ſaltem animus obſequendi Eccleſiæ præcepto, ad euitandas cenſuram, & pęnas, vt in meretricibus, & alijs verificari poteſt, qui licet nõ abſoluantur, confeſſio tamen ſacramẽtalis eſt, quidquid dicat Sot. lib. 5. de iuſtit. q. 7. art. 1. ad 1. de pęnitente, qui non intendit cõfiteri integrè omnia, ſed vnum, vel aliqua peccata, quem tamẽ explicat Henriquez d. §. 3. litera R. intelligendum eſſe de pęnitente, qui non dicit accuſans ſe tanquam Iudici, ſed vt capiat, aut det conſilium amico.

20 Adeo, quod licet confeſſor abſolutionem neget, confeſſionis tamen ſchedulam dare poterit, & aliquando expediet, Henriquez lib. 6. cap. 22. §. 4. de pęnitentia, poſt med.

SVMMARIVM.

INquiſitorũ iuriſdictio delegata, & ideo reſtringenda, n. 1.

Confeſſor in confeſſario ſimulans audire confeſſionem, & abſoluere, ſi ſolicitet, an incidat, nu. 2. & 11.

Reſcripta ad caſus habentes rationem ſimilem, extenduntur, nu. 3.

Breue in ſolicitantes, an de confeſſione ficta agat, nu. 4. & 5.

Statutum comprehẽdit, quod ſtatuen-

tuentes,ſi interrogati fuiſſent, ſtatuiſſent, nu.5.& 7.16.17. idem in reſcriptis.

Breue contra ſolicitantes excitat Inquiſitorum iuriſdictionem, nu.8.

Proœmij ratio conſideranda in diſpoſitionibus, nu.9.

Breue pœnale in fauorem animarũ editũ extendi debet, nu.10.

Confeſſor ſolicitãs in confeſſionario ſimulans audire confeſſionem non incidit in Breue, graue tamen peccat, nu.12.

Confeſſio in Breuis caſu ſupponitur ſacramentalis, vel ſaltem in ordine ad illam, nu.13.& 14.& 15.

Poſsibilitatis latiſsimus campus, nec ſufficit eſſe poſsibilem rationem, vt præſumatur, numero 18.

QVAESTIO XV.

Quid de confeſſarijs ſentiendum, iuriſdictionem habentibus, ſi in loco ipſo, in quo confeſſiones audiunt, mulieres prouocent, non actualiter earum peccata excipientes, nulla facta confeſsione, ſed vt peccatum diſsimulent, inſpicientes decipiant, ſacramentaliter audire ſimulant, ſigna facientes, abſolutionis actus, & alia, quæ in vera fiunt confeſsione.

1 SEquentem, & connexam inuitant ſuperiores quæſtiones, quam ſeparatim pono, quæſtionũ breuitati ſtudens, quæ lectori ſemper arridet. Atque in veſtibulo dicendum videtur, non eſſe Inquiſitorũ talis caſus cognitionẽ, quia ipſis tributa iuriſdictio delegata ſit, quæ ſtricta ſtrictè interpretanda eſt; atque ob id ſolùm illud comprehendere videtur, quod eſt in eodẽ expreſſum Breui. c.cum olim 1. ante fin. ibi: *Cum in reſcripto nulla de eo mentio haberetur.* & cap.P. & G.in fi.ibi: *Cum ad alias perſonas nequeãt prorogari*, de off. deleg. ac traditur in c.nonnulli, §.ſunt & alii, & ibi gloſ.verb.lites, de reſcript. maximè cum in propoſito neque detur ſacramẽtalis confeſsio, neque Pęnitentiæ Sacramento fiat iniuria. Quare opinionẽ probo, ac veriſſimam exiſtimo.[a]

2 Quo non obſtante, contra viſum fuit piis, & doctiſsimis

viris,

viris, qui aſſerunt, rationem,& mentem Breuis etiam obligare huiuſmodi confeſsiones ſimulantes,peccantes ſub confeſſionis ſcuto,& in opprobrium .

3 Hoc apparet, quia extenduntur reſcripta ad caſus habẽtes rationes ſimiles, glo.notab. in Clem.1.verb.*præſidentes*, de reſcript.atque in Clem.1.verb. *eligatur*, iuncto tex.de elect. & eſt tex.in c.cũ dilecta, verſ.nos igitur, de confir.vtili, vel inuti. licèt loquãtur per taxatiua verba. Caſſad.dec.6.nu.11.de iure patron. quamuis ſit in pœnali, & correctoria materia,vt tradit idẽ Caſſad.deciſ.1.nu.2.col.2. verſ.& dominus Spinoſa,de rerum permut. Expreſsèq; dicuntur venire , & comprehendi in diſpoſitione. Pariſ.conſ.96.nu. 20.32.& 33. vol.4.& in conſ. 32.nu.72.vol.1. Et cũ eadem, & ſimilis ratio ſit in noſtro caſu,interueniantq; in Breui conuenientia, & memorata peccata , etiam comprehendet prædictum caſum .

4 Imò æquius videtur , debere Inquiſitores procedere in noſtro caſu, quia vltra quod adeſt ficta confeſsio, vt in caſu in Breui expreſſo, [c] adeſt etiam Sacramenti Pœnitentiæ deceptio, illuſio,& confeſſionis contemptus,quam ſimulant expleturi libidinem . Quod ſummè puniendum eſt. Clem.1. cum ibi adductis per glo.de renunc. in eccleſiaſticis prçſertim perſonis,in quibus magis prohibetur, vt probat idem tex.

5 Nec impugnat , quòd in caſu in Breui expreſſo erant in confeſſionis actu:quia illa confeſsio,de qua Breue eſt,non vera, ſed ficta eſt, [d] & eadẽ atque in noſtro caſu, qui etiam fictam habet confeſſionem.Cumq; autem ficta ſit vtraque cõfeſſio , [e] & eandem habeat rationem, vt dicas, ꝙ Inquiſitores de vno,nõ autem de altero caſu poſſint cognoſcere, velle erit verbis, non rationi, & mẽti legẽ imponere. Quod nequaquam aſſerendum eſt, cap.commiſſa,de elect.in 6. l.2.in fi.C.cõmun.deleg.ſenſus enim,& mens,non verba inſpici debent,c.ſi poſtquam,verſic. ſi verò,de elect.eodem lib. cap. propterea, & cap.intelligentia, de verb.ſignificatione.

6 Prçterea illud comprehẽdunt conſtitutio , & ſtatutum , quod ſtatuiſſent,& prouidiſſent ſimiliter ſtatuentes,ſi de eo interrogati eſſent,glo.vltim.in fi. in l.tale pactũ,§.fin.ff.de pact. [f]

etſi

etſi verba non illud ſonent, vt tradit Soc.iun.cõſ.139.nu.12. vbi atteſtatur dictam glo.eſſe communiter approbatã, vol. 1. Curt. iun. vbi etiam atteſtatur de communi conſ.89. num.4. & eſt tex.& ibi: ita ſumat. Bart. in l.Titius, §.ſi Lucius, in fine, ff.de liber.& poſthum.& in cõceſſionibus Papæ, vt hic, expreſsè ait Pariſ.conſ.114.num.17. & conſ.96. num.31.in fine, & conſ.72. num.99. lib.4. tradit Grammaticus deciſ. 102. num. 117. & in reſcriptis, [g] de quibus agitur, quia includi illud cenſetur, quod reſcribens veriſimiliter interrogatus includeret: tradit Capycius deciſ. 69. num. 20. in fi. Pro quo textus eſſe videtur in cap. ſuper litteris, de reſcriptis, ad fin. vbi illud debet conſiderare delegatus, quod delegans conſideraret.

7 Verum ſi quo tempore Breue emiſit Summus Põtifex, interrogaretur, an vellet, vt Inquiſitores procederent in confeſſarios taliter peccantes, fortaſſe reſponderet, [h] ſic velle, ſic iubere: ergo in caſu idem dicendum eſt, quod in illo expreſſo in Breui.

8 Prætereà prædictum Breue cõmiſſionem, & facultatem Inquiſitoribus impertit, vt de iſtis inquirãt confeſſarijs, atque de eorum circa Fidem opinione, qui de Eccleſiæ Sacramentis male ſentire, illis illudere videntur. Atque ſi ob id, etiam ſine Breui, & noua commiſſione procedere poterant Inquiſitores, dicendum eſt, quòd multo fortiùs poſſent, ſtante Breui, cum eorum officium, & iuriſdictionem excitarit, & adauxerit, arg. tex. in cap.licèt, de officio ordinarij.

9 Ex eoque id magis probatur, quod proęmij ratio prædicti Breuis generalis eſt, quia nempe dicti confitentes, ſeu confeſſarij Pęnitentiæ Sacramento iniuriã faciebant, ac reddebant mulieres oneratas grauiorum peccatorum mole, tradendo illas in manus diaboli, in diuinæ Maieſtatis offenſam, & animarũ periculum. Quæ proęmij ratio cũ vigeat, adſitque in noſtro caſu, etiam in dicto Breui comprehẽdi videtur, licet ad certum caſum referri appareat, l.fin.ff.de hæred.inſtit.l.regula. §.& licet, verſ.nam initium, ff.de iuris, & facti ignor. Etiam quòd coniecturata eſſet ratio, Caſſad.ſuper regulis Cancell.deciſ.39. nu.3. & 4. Beneque ait Ludouicus

Gomes in regula de annali, q. 9. in princ.

10 Nec intereſt, quòd pęnale ſit Breue, atque conſequenter per iura vulgaria reſtringi debeat, quia cum in fauorem animarum ſit, etiam quod pœnale eſſet, extendi debet glo. in cap. ſi poſtquam, verb. *alios*, & in cap ſi poſtquam, verb. *prouiſione*, in ſi de elect. in 6. & tradit idem Caſſad. deciſ. 5. num. 10. de conſtitutionibus. Tu lector lege, meditare, iudica.

ANNOTATIO.

11 *Veriſſimam exiſtimo.* [a] Veriſſima eſt Auctoris ſententia, cum nec ratio, mens, verba, nec contraria argumēta in hoc caſu procedant.

12 *Memorata peccata.* [b] Intelliguntur non de peccatis fęminæ apud confeſſarium expoſitis, cum Auctor ſupponat cōfeſſionem non præmitti, ſed de peccatis cōfeſſarij, qui eo tempore, & loco ſolicitat.

13 Ibi: *Vt in caſu Breuis.* [c] Si confeſſio in caſu Breuis ficta eſſet, & non ſacramentalis, vel ſaltem in ordine ad illam, non haberet locum Breue, ex traditis per Iacob. à Graph. conſil. 1. num. 25. de cognat. ſpirit. & per noſtrum Auctorem q. 14. nu. 9.

14 *Illa confeſſio, de qua Breue, non vera, ſed ficta eſt.* [d] Vide quę adnotaui nu. 13 vnde meritò num. 1. concluſimus, argumenta nullam vim habere in Breuis ſpecie.

15 *Cum autem ficta ſit vtraque cōfeſſio.* [e] In pręſenti quęſt. nulla ſupponitur confeſsio, & in hunc ſenſum fictā vocat Auctor, ſed in Breuis terminis fictā non dicas ex fęminæ parte.

16 *Gloſ. vlt. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pactis.* [f] ſingularis, & recepta eſt gloſ. hæc ex Coſt. in cap. ſi pater, 1. par. verſ. abſque, nu. 15. Tiraquell. in l. ſi vnquā, in princ. à num. 55. Peralt. in l. ſi quis, in princ. num. 151. ex verſ. tertius caſus, ff. de legat. 3. Gom. l. 4. Taur. num. 7. Molin. lib. 1. cap. 13. nu. 90. Gam. deciſ. 238. Gabriel lib. communiū titul. de regulis iur. concluſ. 10. Alphan. collect. 269. & paſſim alij, ſed prædicta gloſſę theorica (quam amphibologicam appellat Peralta ſupra num. 152.) periculoſa eſt, nec paruam confuſionem, & vim multoties diſpoſitionibus ingerit: cum non ſufficiat voluntas diſponendi in mente retenta, l. ſi repetendi, C. de cond. ob cauſam, niſi trāſeat in actualem diſpoſitionem taci-

tacitam, vel expreſſam, quæ ex verbis, & diſponentis mente deduci poſſit, l.ſi quis ita, §. ſi quis cum, ff.de teſtamen.tutel. Idque colliges ex l.quidam cũ filium 46.ff.de hæred.inſtituen. l.commodiſſimè, ff.de liber. & poſthum.l.ille, aut ille, ad fin. de leg.3.l.in his 16.ff.de cond. & demonſtr.

17 *Et in reſcriptis*. g Adde Gabriel. lib.communium titul. de reg.iuris, concluſ.10.nu.13. Molin. lib.4. de primogen.c.5. num.18.

18 *Fortaſſe reſponderet*. h Poſsibilitatis latiſsimus cãpus, & nõ ſufficit eſſe poſſibilem rationem, ſeu mentẽ, vt prꝙſumatur Caſſanate conſ.53. nu.68.

SVMMARIVM.

Solicitantes in alijs Sacramentis, an Inquiſitoribus ſubijciantur ex Breui, pars affirmatiua primo ex Breuis Bulla, nu.1.

Similium idem iudicium, nu.1.

Abuſus Sacramẽtorum cum corpore, & ſanguine Chriſti, & ſimilibus, ſuſpitionem de Fide inducit, nu.2.

Fractor vnius Sacramenti punitur ſæpius pœnis impoſitis fractori aliorum Sacramentorum, nu.3.

Presbyter rem habens cum filia ſpirituali ex Cõfirmationis Sacramento, punitur depoſitione, qua punitur rem habens cum filia ſpirituali ex confeſſione, nu.3.

Reſolutio negatiua, nu.4.

Iuriſdictio non extenditur vltra commiſſionem, num.4.

Leges potius ad ea proferuntur, quꝙ frequentius contingunt, nu.5.

Periculum vbi maius, ibi plenius conſulendum, nu.6.

Pontifex noluit agere in Breui de abuſu aliorum Sacramentorũ, nu.6.

Clauſulæ in Bullis referendꝙ non ad id, quod incidenter tractatur, ſed ad id, quod ex conſulto, & principaliter prꝙtenditur, nu.7.

Pœnitentiꝙ Sacramentum eſt inferioris gradus, prꝙſentiores tamen labandi occaſiones prꝙſefert, nu.8.

Abuſus Sacramentorum tunc hꝙreſis ſuſpitionem ingerit, quãdo ſapit hꝙreſim, nu.10.

QVAESTIO XVI.

Quæritur an Breue hoc ad alia Sacramenta extendi debeat, ita vt qui Sacramentum miniſtrat Eucharistiæ, matrimonij, vel aliud quid ſimile, puniatur eiſdem pœnis, iuxta Breue, ſi accedentem fœminam ſolicitarit.

1 QVæſtioni affirmatiuè reſpondendum videtur. Suggerunt primò reſponſionem ipſius Bullæ verba, dũ Pontifex diſpoſitionis huius reddendo rationem, ſic ait: *Nos in animũ inducere nequeuntes, quòd qui de fide rectè ſentiunt, Sacramentis à Chriſto Domino inſtitutis abutantur.* Atqui facta de Sacramentis mẽtione in numero plurali, nullum excludi, imò omnia comprehẽdi liquet. Iuuant illa verba, ibi: *Aut illis iniuriam facere:* aſſonat gl. vlt. in c. inter cætera, de reſcriptis: ibiq; textus, quod de ſimilibus idem eſt iudicium: maximè quia inferioris gradus Pœnitẽtiæ Sacramentum eſt. D. Thom. ad 3. partem, q. 65. art. 3. in corpore: ac ibi Suar. in comment. ad fin.

2 Secundo firmat gloſ. hanc ſentẽtiã in c. accuſatus, §. ſanè, de hær. in 6. verb. *ſaperent*, vbi diuinationes referendo, ac hæreſim ſapiẽtia ſortilegia, inquit, *vel faciunt prædicta cũ corpore, & ſanguine Chriſti, &c. & his ſimilibus.* Quo fundamẽto nixus Bern. Comen. in Lucerna Inquiſitorũ, verb. Sacramentis abuti, ibiq; Peg. tenẽt firmiter, de hęreſi præbere ſuſpitionem nõ ſolũ qui corpore, & ſanguine, ſed qui alijs vtuntur, imò abutũtur Sacramentis. Vnde apertè conſtat, voluiſſe Pontificem Inquiſitoribus cognitionẽ tradidiſſe non ſolũ in ſolicitantes in confeſſionis, ſed in quorũlibet aliorum Sacramentorum actu.

3 Facit tertiò Sacramenti vnius fractori ſępè impoſitam pœnam, & aliorum Sacramentorum fractores amplecti, vt adnotat Ber. Diaz in pract. crimin. cap. 82. nu. 2. Vbi tenet, presbyterum rem habentem cum ſpirituali filia, quã habuit à Confirmationis Sacramento, puniẽdum illa depoſitionis pęna, qua puniuntur qui cum filia ex confeſsione turpem adimplẽt actũ. Licet tex. cap. ſi quis ſacerdos,

3.q.1.

3.q.1. de illis tantùm, nõ de iſtis agat. Iuuat, quòd rationis identitas maximè in illis rebus conſideranda eſt, in quibus euidens aliqua fulget vtilitas, l. in rebus, ff. conſtit. Princ. Ecce vtilitas eſt dum mala vetantur, cultus, & reuerentia Sacramẽtis exhiberi iubentur omnimodo.

4 Contrarium tamen, ideſt pars negatiua probabilior videtur, & certior. Primò, quia cum cõſtat de legiſlatoris mente, legis extenſio nec fieri debet, nec coniecturis locus relinquitur. Conſtat autem ex relatione à Pontifice accepta, ex diſpoſitione, & prohibitione, ſolũ intellexiſſe de Pęnitentiæ Sacramẽto. Ex eo videas, ꝙ per id animarũ ſaluti plus incumbitur, lapſus, relapſus, peccata, & conſcientię adita recluduntur: è quibus nacta occaſione confeſſarij miſerè cadũt, abeuntes ſanctiſsimo Sacramento, lædentes, pęnitentiũ oneribus grauiora imponentes onera. Ergo iuriſdictio non vltra id extendi debet, quod in petitione, & commiſsione continetur, Rota nouiſſima deciſ. 785. nu. 2. par. 1.

5 Facit ſecũdò, leges potius ad ea aptari debere, quę & frequenter, & facilè contingunt, quàm ad ea, quæ perrarò eueniũt, l. nam ad ea, ff. de legibus, quia vbi periculum maius intẽditur, ibi proculdubio eſt pleniùs conſulendum, cap. vbi periculum, in princ. de elect. lib. 6. l. 1. verſ. ſed & ſi quis, ff de Carboniano edicto. Patet autẽ non alijs Sacramentis ita ineſſe occaſiones fęminis ſolicitãdis, neque reperiri incõuenientia, quę facilè conſideres in Sacramento Pęnitentiæ: Ergo in hoc, non in alijs Pontificis mens, & rationes vigent.

6 Ad cõtraria autem, & primum reſpõdendum eſt ex verbis Bullę, quòd etſi Pontifex locutus fuerit in plurali numero, nõ tamen id voluit,[a] vt reliqua cõprehendi poſſent Sacramenta, vt vides ex ijs in primo fundamẽto à nobis dictis de ratione, & cauſa Pontificiæ commiſſionis, quę pro petitis interpretanda eſt. Neque, meo iudicio, veriſimile eſt, voluiſſe Pontificẽ ijſdem Bullę pœnis illos vrgere, qui alijs abutuntur Sacramẽtis, prouocantes ad turpia, de quibus nulla proponebatur cõtrouerſia.

7 Eſt doctrina Bart. per Felinum recepta, & alios cõmuniter, vt tradit Emanuel. Rodrig. 3. tom.

3.tom.regul.q.54. verſ.& confirmatur: qui omnes affirmant, poſitas clauſulas in aliquo Breui non ad id referendas, quod incidẽter tractatur,& acceſſiuè, verùm ad id,quod ex conſultò, & principaliter prætenditur.

8 Reſpondetur prætereà ad cõfirmationẽ,Pęnitentię Sacramentũ,licèt alijs dignitate inferiùs ſit,pręſentiores tamẽ offerre occaſiones, vt fęminas cõfeſſarij ſolicitent,quę per id,quàm per alia frequentius ſolicitãtur.

9 Secũdę,& tertię obiectiones ſolutu faciles ſunt,cũ multiplex diuerſitatis ratio,iuxta ſupradicta, detur in noſtro caſu.

ANNOTATIO.

10 Ibi: *Non tamẽ id voluit.* a Rectè Pontifex in noſtri Breuis proœmio abuſum Sacramentorum conſiderat ad effectum, vt ad ſpeciem,de qua agit, inferat. Abuſus enim Sacramentorum, tunc reos ad Inquiſitores defert, quando ex ipſo facto hæreſis ſuſpitio, vel ſapor reſultat: nam etiam qui in peccato celebrat, recipitve Sacramentum, illo abutitur, ſed hæreſeos reus non erit, quia factum illud manifeſtè hęreſim nec aliquo modo ſapit, aut hęreſis ſuſpitionem pręſefert, & ſic de cęteris.

SVMMARIVM.

Solicitatio circa tertias perſonas dupliciter conſideratur, vel quando confeſſor ſolicitat in alterius gratiam, uel quando ſolicitat, vt pœnitens lenocinium in ſui fauorem exerceat, nu.1.& 2.

Obſcęni actus vetantur in noſtra conſtitutione, nu.3.

Solicitans in alterius gratiam in confeſsione, incidit in Breue, num.5.

Solicitatio ad turpes actus indiſtinctè vetatur, ſiue per ſe, ſiue per interpoſitas perſonas intentetur, nu.6.

Solicitans per tertiam perſonam in cõfeſsione, an incidat, nu.7. & ſequentibus.

Actus inhoneſti, & illiciti reprobantur in Breui, nu.9.

Franciſci Suar. ſententia, nu.9.

D. Andreæ Dalmade ſententia, nu.12. laudatur, nu.15.

Solicitatio ad turpia, intelligitur ad turpia tam reſpectu ſui, quàm alterius perſonæ, numero 13.

Con-

Confeſſor, qui filiam ſpiritualem ſolicitat per lenam, incurrit pœnas, quas incurrit per ſe ipſum ſolicitans, nu. 14.
Aborſum procurans per ſe, vel per interpoſitas perſonas, æquè punitur, nu. 14.
Dominus Andreas Dalmada Conymbricenſis Theologiæ primarius, nu. 15.

QVAESTIO XVII.

Vtrum ſolicitatio ad actus inhoneſtos, de illis tantum intelligi debeat, quos ipſa pœnitens, & confeſſor inter ſe exerceant, an etiam de alijs diuerſo modo exercitis.

1 TVrpem actum duplicem conſideres, qui ſibi directam ferent ſolicitationem, non verò adimplementum inter ipſummet cōfeſſarium, & pęnitētem. Primū, ſi in cōfeſſione cōfeſſarius fęminam turpiter prouocet, turpiter alteri tradendi animo, lenonem agens, & venereū conciliatorē. Secundum (in quē frequentior dari poteſt caſus) ſi confeſſarius pęnitentem inducat, vrgeat de proſtituenda ſibi filia, conſanguinea, amica, qualibetve altera: ſeducatur tandem pęnitens, vt alteram ſeducat ad confeſſoris nutum, & voluptatem, lenā agens, & venereā conciliatricē.

2 Quo in ſenſu, in propoſito vtroque caſu prædictos actus dico non exerceri inter ipſum confeſſorem, & pęnitētem, quia primos illos pęnitēs exequetur, & alia perſona, pro qua lenocinatus eſt confeſſor. Exequētur ſecundos ipſe confeſſor, & perſona illa, pro qua lenocinata eſt ipſa pęnitens. Ac propterea in neutro caſu propoſito, in ſenſu expoſito, turpes actus, ad quos inclinat ſolicitatio, vides exerceri inter confeſſorem, & ipſam pęnitentem.

3 Quod igitur attinet ad difficile illud primum, negatiuam partem, prædictam nempe turpium actuū ſolicitationem non eſſe, de qua agit noſtra conſtitutio, multi ex eo roboratam deſumunt, quia ibi ſolùm vetari videtur obſcænorum actuum ſolicitatio, ratione quorum ipſa exijt cōſtitutio. Obſcæni autem actus ij ſunt, quos ipſe confeſſarius exerceat, & pœnitens, non

autem ipſa pęnitens, & perſona altera: Ergo huiuſmodi actus, ſeu potius ad ipſos ſolicitatio, vetantur in conſtitutione. Nota videtur maior, colligitur minor ex cōſtitutionis ratione in principio, vbi Romanum Pōtificem id dolere, & queri vides, quòd paſſim vſuuenire ſolebat in cōfeſſione, ac id nihil aliud intelligas, quam à confeſſario ad perdendam pœnitentem ſolicitationem.

4 Quis enim præſentire, nedum affirmare poſſet, Chriſtiano homini viſcera eſſe tam diabolica, tanta ſtultitia cæcutientem, vt ſpiritualem confeſſionis locum dæmoniorum redderet carnificinā, factus carnifex, alijs ſcindens, nō impellente propria libidine? E quibus percipi videtur, primum caſum conſtitutioni nihil debere, cum ſcilicet ſacerdos non ſibi, ſed alteri fœminam ſolicitet: quæ erat propria conſecutio.

5 Pars tamē affirmatiua mihi verior eſt, & euidentiſſima: idq; ex vnico fundamento: quia in prędicta conſtitutione omnis facta pœnitenti comprehenditur ſolicitatio, quæ verè, & propriè fit inhoneſtis actibus alliciendo, cuiuſmodi noſtra hæc eſt: confeſſor enim verè pęnitētē ſolicitat ad inhoneſtum actū: nihilque intereſt cum confeſſario nè, an cū altera diuerſa exerceatur perſona. Nullum autem dabis verbum in conſtitutione confeſſoris ſolicitationem illam coarctante ad inhoneſtos actus exercendos cum ipſo confeſſario, Fidei maxime fauente hac conſtitutione, vt ſæpius dictum eſt, vrgente etiam in eo caſu legis ratione, ideſt irreuerentia Pœnitentiæ Sacramento illata per talem hanc ſolicitationem factam in cōfeſſione, vt mox dicemus, difficultatem ſoluendo pro parte oppoſita: Ergo ſolicitatio, de qua agitur, cōſtitutione alligatur, ob idque pęnitentes denunciationi adſtringūtur.

6 Neque ex ratiocinatione pro altera parte cōtrarium colliges ſolutioni noſtræ: maiorem enim negabis, ſi intelligas, in noſtra conſtitutione vetari ſolùm ſolicitationem, quæ vti frequentior præcipuum Pontifici fundamentū fuit emittendi Bullam. Namq; prohibetur (vt diximus) omnis ſolicitatio propriè directa ad inhoneſtos actus, quæ legis rationem indicet, iniuriam ſcilicet illatam Pęnitentiæ Sacramēto. Quin potius in

hoc

hoc tali caſu eo maiorem inferes iniuriam, quo inferendi minus te impellat motiuū, ab extrinſecis petitum: quod nobis opponebatur in argumento.

7 Ineſt ſecundo caſui maius dubium, cū ſcilicet confeſſarius pęnitentis ſolicitat induſtriam, & diligentiam, qua alteram ſibi quærat confeſſario, prouocet, conciliet. Atque ea eſt ratio pro difficultatis negatiua parte, quia ex prædictæ conſtitutionis contextu ſolum videas, ſolicitationem prohiberi factam à confeſſario ipſimet pęnitēti ad turpitudinē inter vtrumque exercendam. Sed confeſſarius in tali hoc caſu, ex ſuppoſitione noſtra, non eam turpitudinem pęnitēti ſuadet, imò merum lenocinium, & turpem interceſſionem: Ergo talis hæc ſolicitatio extra Bullam eſt. Maior, ex qua tota eſt ratiocinatio, ſic probatur: actus ibi inhoneſti, non intelliguntur quicūque peccaminoſi actus, ſed illi tantùm propriè, & verè inhoneſti, qui venerei ſunt, & in caſtitatem directè peccantes: Ecce autem pęnitens pro confeſſario ſolicitās alteram fęminam nō immediatè peccat inhoneſtè, & in propria caſtitatis materiæ, neque propria ſtimulata libidine, ſed ducta, & inducta promiſſis, oblata pecunia, vel quouis altero dono.

8 Hanc verò negatiuam partem viri aliquot docti, ponderata ſerie, & ordine præfatæ conſtitutionis approbare contendunt, atque ex eo confirmant, quòd in hac conſtitutione, ſicuti in pœnalibus alijs, quod maximè intenditur, ſolùm attenditur, non autem ad finem, aſſumptū medium, l. verum 40. ff. de furtis. Illud autem à confeſſore ſolicitante maximè intentum alterius fœminæ ſunt inhoneſti actus, non ipſius pœnitētis, quę tantùm aſſumitur medium: Ergo, &c.

9 Verumtamē pars affirmatiua, [b] etiam pugnante difficultate, mihi probabilior eſt; quia pęnitenti in hoc caſu intēta ſolicitatio etiam eſſet ad inhoneſtos actus, quatenus ipſa pęnitens ſuadendo alterā, & alliciēdo, moralis eſſet cauſa actuum alterius. Qui enim alicui peccatum ſuadet, illius cauſa moralis eſt, atque ob id ipſi imputatur ſuadenti. Quapropter à ſacerdote facta pęnitenti ſolicitatio, etiam in hoc caſu, ad actum eſſet inhoneſtum ipſius pęnitentis,

tis,

tis,ratione culpę,& peccati,etſi ad ipſum actum materialiter inhoneſtum, ſeu(vt ita loquar)ad ipſam materialem inhoneſtatē non dirigatur ſolicitatio.

10 Solutionē noſtram maximè iuuat in conſtitutione cōnexa vox: *inhoneſtos,& illicitos*. Vides vocem vltimam, *illicitos*, addi ad ampliandum, quaſi aliquid denuo operetur. Patet enim, inhoneſtos omnes actus, ad quos ſolicitare poteſt cōfeſſor,illicitos eſſe. Si ergo connectit,*et illicitos*,in ea materia omnes actus illicitos amplexari voluit,quos fortaſſe per alterum verbum, *inhoneſtos*, non ita clarè comprehenderes. Atqui dubitabit nemo,ſolicitationem de qua agitur,ad actum ire illicitū in materia caſtitatis.

11 E quibus liquet reſponſio ad rationem in oppoſitum. Nam illa ſolicitatio,de qua ſermo eſt,ad actus attinet inhoneſtos ipſius pęnitentis,modo explicato, vel ſaltem illicitos: ac propterea conſtitutioni debet. Ad confirmationem ex l.citata, qualis qualis ſit, reſpondeo, in noſtra conſtitutione etiam medium illud ſumptum comprehendi,quia etiam ipſius pęnitētis inhoneſtus actus eſt, ad quē in confeſſione ſolicitatur à confeſſore.

12 Quęſtionis vtrāque partē probabit Dominus Andreas Dalmada;[c] probationem veriſſimam eſſe interrogatus reſpōdit Doctor Franciſcus Suarius.

ANNOTATIO.

13 *Mihi verior videtur*, [a] Conſtitutio enim,quę loquitur de ſolicitantibus ad turpia, intelligitur ad turpia tam reſpectu ſui, quàm alterius perſonę, vt in noſtris terminis reſoluit Iacob. à Graph. conſ.1.nu.41. ad fin.de cognat.ſpiritual.

14 *Affirmatiua*.[b] Faciūt quę tradit Iac.à Graph.cōſ.1. à nu. 38.de cognat.ſpir.circa cōfeſſarium, qui filiā ſpiritualem per lenā ſolicitat,vt æquè comprehēdatur,ac qui ipsā per ſe ſolicitat,ex cōſtitutione,quę ſolicitātis expreſſit casū.Facit & motus proprius Sixti V.cōtra procurātes aborſum,ibi: *Per ſe,vel interpoſitas perſonas*, vbi Viual. n.10. Notiſſima nāque iuris regula eſt,*Qui per aliū facit*,lib.6.

15 D.Andreas Dalmada,[c] qùi ob doctrinę eminentiā, cū mille aureorū ſtipēdio iure iā fruitur primario,vir ad maiora natus.

Cui meliore luto finxit præcordia Titan.

SVM-

SVMMARIVM.

Fraternæ correctionis materia ampla, nu. 1.
*Fraterna correctio connumeratur inter opera miſericordiæ, eleemoſynæ, et charitatis, n.*2.
*Eleemoſyna, et miſericordię actus corporalis cogit pro tempore ad peccatum veniale, vel mortale, num.*2.
*Eleemoſyna ſpiritualis nobilior corporali, nu.*2.
*Præcepta alia negatiua, alia affirmatiua, illa ſemper, & ad ſemper; hæc pro loco, & tempore obligant, num.*3.
*Fraterna correctio præcedere debet denunciationem, etiam in crimine hæreſis, ſi ſpes emẽdationis detur, nu.*4.
*Hæreticum poſt vnam, & alteram correctionem deuitare, ex ſentẽtia D. Pauli, explicatur de prælatiua, nu.*5. & 17.
*Fraterna correctio præcipitur à Domino, & à iure naturali, & à poſitiuo, num.*6. & 7.
*Edicta denunciationẽ præcipientia ſubintelliguntur præmiſſa fraterna correctione, nu.*8.
*Fraternam correctionem omittẽs ante denunciationem, peccat mortaliter, nu.*9. & 19.
*Emẽdationis ſigna ex quibus deducuntur indicijs, num.*9.
*Hæreticus de hæreſi ſuſpectus, machinans in commune bonũ, etſi occultus, abſque fraterna correctione eſt denunciandus, & in hæreſis crimine in tota Hiſpania obſeruatur, nu.*10.
*Confeſſor ſolicitans in confeſſione, abſque fraterna correctione deferendus, nu.*11.
*Vtilitas publica præponderat priuatæ, nu.*12.
*Hæreſis ſerpit vt cancer, nec ei acquieſcendum, nu.*12.
*Hæreticum, etiam tibi ſolùm notum, reuelare teneris, nu.*13.
*Hæreticum non reuelans, eſt ſuſpectus de hæreſi, nu.*13.
*Hæreticus admonendus per fraternam correctionem ante denunciationem, ſi firmiter credatur emendatio, nu.*14.
*Hæreticus emendatus non denũciandus, nu.*14. *cõtra nu.*39.
*Errans in fide ex ignorantia, nõ eſt deferendus, ſed admonendus, nu.*15.
*Cap.2. de hæret. nu.*15. & 44.
*Lex de hæretico denũciando abſque fraterna correctione fieri poteſt, nu.*16.
Præceptum Euãgelij de fraterna correctione procedit in peccatis,

tis, in quibus priuatis hominis honori conſuli oportet, et quãdo emẽdationis ſpes ſubeſt, indeq; ceſſat in peccatis bonum publicum offendentibus, nu.18.

Præcepta affirmatiua, & negatiua, altera ſub alteris ſimpliciter continentur, defenditurq; diſtrictio præceptorum, contra Coraſ.nu.20.

Præceptum correctionis fraternæ naturale eſt, & à Domino renouatum, nu.21.& 25.

Lex Euangelica continet præcepta moralia, Sacramenta, & conſilia, num.22.

Lex Euangelica nõ continet præceptum, quod non ſit naturale, num.23.

Præcepta omnia moralia ad decalogum reducuntur, nu.24.

Præcepta moralia præcipuè in decalogo continentur, nu.25.

Præceptum fraternæ dilectionis quomodo Chriſtus Dominus vocet ſuum, nu.25.

Præcepta moralia fuerunt à Domino renouata, et aucta quoad extenſionem in veteri lege non contentam, nu.26.

Hæreticus, etſi occultus, ſtatim denunciandus, nu.27.

Solicitans in confeſſione, ſtatim deferendus, abſque fraterna correctione, num.28.

Corrigens fraternè hæreticum, qui falsò emendationem ſperauit, imprudẽtiæ arguendus, non verò ſuſpectus habendus de hæreſi, nu.29.

Hæreticus occultus fraternè corrigendus, ſi firma ſpes emẽdationis appareat, ſecũdùm communem: contrariũ tamen oſtenditur, nu.30.& à nu.31.

Inquiſitorum edicta correctionẽ fraternã reijciunt, n.31.et 32.

Inquiſitores non poſſunt derogare præcepto diuino, nu.32.

Hæreticus occultus deferendus, num.33.

Hæreticus occultus abſque fraterna correctione denunciandus, nu.34.

D.Thom.2.2.q.33.art.7. explicatur contra omnes, num.35. & 36.

Hæreticus pertinax quis, nu.37.

Inquiſitorum edicta non prohibẽt conſultationem cum confeſſario in dubio ante denunciationem, nu.38.

Hæreticus emendatus an deferẽdus, nu.39.

Peccatum in proximũ non differt à peccato in Deum quoad correctionem fraternam, niſi in cauſa hæreſis, nu.39.

Perſona ſuſpecta fraternè non corrigẽda, ſed deferẽda, n.39.

Hæreticus occultus iam emendatus, non manet irregularis, nu. 40.
Errans in fide ex ignorantia, etiam craſſa, nō amittit fidem, nu. 41.
Errās in articulo manifeſto præſumitur hæreticus, nu. 41.
Denuncians ignoranter lapſos in fide, etiam prędicatores, peccat, nu. 42.
Fraternè corrigi debet hęreticus, quando ſumus in dubio an errauerit ex malitia, vel ignorantia, nu. 43.
Prẹlati libros ſuſpectos permittere non debent, nu. 44.
Hęreticum omnes deferre tenentur, nu. 44.
Priuatus ſtatim debet cōſortium hæretici fugere, nu. 45.
Hæreticus an excommunicatus de iure diuino, nu. 45.
Hæreticus in primitiua Eccleſia admonebatur ante delationē, nu. 46.

QVÆSTIO XVIII.

Vtrum ante ad Inquiſitores delationem præmitti debeat fraterna correctio.

1 EN nobis materies ampla, inquam quò plures dixerunt, eo amplior. Dicam ego ſaltem de terminorum expoſitione, præmiſſum omittens, & mittens dubiū ad Doctores, qui illud diſcutiūt, docent de crimine hęreſis controuerſantes.

2 Supponitur in primis, fraternam correctionem (de qua diſſerendum eſt) eſſe inter opera eleemoſynę, charitatis, ſeu ſpiritualis miſericordię, de quibus D.Thom. 2.2.q.32.artic.3. Archid. per tex. ibi in cap. tria, diſt.45. vbi Turrecrem. nu.1. & Pręposit. nu.3. Sot. de ratione tegēdi memb.2 q.1. verſ. Quod ſi perconteris. Nauarr. in Man. c.22. nu.4. Vnde quemadmodū eleemoſynę, & miſericordię corporalis actus (de quibus multa citati Doctores) pro loco, & tēpore, vrgente proximorum neceſſitate, nonnunquam cogunt ſub mortali, etſi a conſilio ſint, ac tantum ſub veniali, c. paſce fame moriētem, diſt. 86. obſeruat communis poſt S.Thom. d. q.32. art.5. Sot. de ratione tegēd. memb.2. q.1. concl. 1. verſ. tertio

tertio id comprobatur: Couarr. 3. reſol. c. 14. nu. 5. concl. 1. Nauar. vbi proximè, nu. 5. Ledeſm. poſt alios 2. 4. q. 15. artic. 3. ex col. 2. Ita quidem, imò maiori cogente ratione ſentiendũ omnino de operibus charitatis, eleemoſynę, & ſpiritualis miſericordię, velut in nobilioribus, quę ad animam ſpectant corpore nobiliorẽ, ex D. Th. d. q. 32. art. 3. & communi, quam ſatis probat tex. in cap. duæ, diſt. 45. ſiquidem ſpiritualis miſericordia, corporali nõ ſolum melior eſt, verùm etiã ex genere obiecti maior inſurgit ad illã, quàm ad iſtam obligatio, licèt, vt plurimum, minor neceſſitas. Probat efficaciter vtrumque Sotus, d. q. 1. concl. 3.

3 Secundo ſupponitur, affirmatiua [a] pręcepta, quę virtutũ actus affirmatiuè pręcipiũt, differre in eo maximè à pręceptis negatiuis, quę vitiorum actus negant, vetant, quod illa quatenus talia ſunt, licèt ſemper obligent quoad animi pręparationem, quoad actum tamen, ſeu exercitium non ſemper, vel pro ſemper obligant, ſed pro loco, tempore, & debitis circũſtantijs, quæ ad hoc requiruntur, vt ſit virtuoſus actus, vt nẽpe fiat, vbi, quando, & ſecũdum quod debet. Hæc autem, ideſt, negatiua præcepta, quatenus talia, non tantùm ſemper, ſed ad ſemper, & pro ſemper obligationem inferunt, quia in ſe mali vitiorũ actus nullo modo, nullo tempore, nullo loco, nec ſub circũſtantia aliquã bene fieri poſſunt: ſunt enim malo fini coniuncti ſecundum ſe, docet Ariſt. lib. 2. Ethic. exponit D. Thom. d. q. 33. artic. 2. in corp. Sot. vbi ſupra q. 2. verſ. ad quęſtionem, concl. 1. idem de iuſtitia lib. 2. q. 3. art. 7. verſic. in 1. Durãd. in 4. diſt. 29. q. 3. nu. 21. Adnotant noſtri in c. etſi Chriſtus, de iureiur. & in cap. nouit, de iud. vbi Abbas num. 34. verſ. nam quædam, poſt Archid. receptũ in c. ſi peccauerit, nu. 4. 2. q. 1. ſecundum quos, poſt D. Thom. correctio fraterna, per quam virtutis, ideſt charitatis actus iniungitur, ad præcepta pertinet affirmatiua, ſubindeq; non ad ſemper, ſed pro loco, & tempore, neceſſitate, & opportunitate data, obſeruatis deinde delicti, ac delinquentis circunſtantijs, obligationis onus imponit.

4 Prędictis his, affirmatiuam partem debere denũciationem ante-

anteire in crimine quocunque affirmant abſolutè Palud. in 4. diſt. 19. q. 4. Sà verb. correctio, num. 4. Sot. de ratione regendi, memb. 2. q. 1. concl. 1. D. Tho. 2. 2. q. 33. art. 2. eſtq; cõmunis opinio. Idem Angelicus Doctor docuit apertè, in hęreſis crimine (& à fortiori in quæſtione noſtra) vigere correctionis fraternæ prçceptum, cum maximè emendationis ſpes eſt, d. q. 33. art. 7. in corp. cui aſſentiuntur Sot. lib. 5. de iuſt. quęſt. 5. art. 1. verſ. his tamen non obſtãtibus, Caſtr. lib. 2. de iuſt. hęret. punit. cap. 25. concl. 1. verſ. niſi fortè, Nauarr. cap. 18. nu. 56. Graph. in aureis deciſ. 1. par. lib. 2. c. 69. num. 18. Repert. Inquiſit. verb. denunciatio col. 3. verſ. an quãdo, Tolet. lib. 5. cap. 57. num. 2. eſſeq; communem Theologorum, & Canoniſtarum opinionem aſſerit Aragon. 2. 2. q. 33. art. 7. §. dico ſecundo, Mench. ſucceſſ. reſol. §. 2. num. vltim.

5 Quę ſentẽtia videtur iuxta illud Diui Pauli ad Titum 3. *Hæreticum hominem poſt vnam, & alterã correctionem, deuita.* Ergo neque deuitabis, neque ex conſequenti denunciabis ante primam, & ſecundam factã correctionem. Vt enim medicus, & chirurgus, dum morbus, & vulnus ſinant, bene, & prudenter agent, ſuauiter medentes, leniẽtes, nihil exaſperãtes, nihil ſcindentes membrorum in ſalutem: ſic & ij qui fratribus ſpiritualiter ægrotantibus ſalutiferam adhibent opem, ſuauem, famę ipſorum proſpiciẽtes, integram ſeruantes.

6 Doctrinam deinde ſuadet, & perſuadet generale Euangelicum prçceptum Matth. 18. *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ inter te, & ipſum ſolum.* Affertur in cap. ſi peccauerit, 2. q. 1. & in cap. nouit, de iudic. quo loco nihil aliud, quàm naturale prçceptũ illuſtre, veluti naturalia reliqua illuſtria reddidit Seruator noſter Chriſtus verè Sol, verè lux, & dux, peccantium famam, & corripiendi modum corripientibus cõmendans. Atqui verba Chriſti Domini, præceptum eſſe nõ ſolùm colliges ex imperante voce, *corripe*, verùm ex proximè ſupradictis. Quocirca cum Innocentius Pontifex in d. c. nouit, eadẽ referat Euangelij verba Franciç Prçlatis, & hæc addit: *Quomodo nos mãdatum diuinum poſſumus non exaudire?* Vident prçceptũ vel cœci. Adnotaui etiam

Na-

Nauarr. in repet. d.cap. nouit, notab.4.nu.2.

7 Quòd autem de iure poſitiuo ſit prædicta cóclúſio,comprobãt multi canones,qui pręcipiunt delinquentes corrigi, c.conſentire, diſt.83.c.tam Sacerdotes 24.q.3.confirmatque veteris legis morale pręceptum Exod.23. Deuteronom.22. *Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc eum*. Ergo à fortiori errantem, & à ſalutis via deflectentem teneris reducere:qua de re plura Sot.d.concluſ.1. & confirmatur.

8 Quando enim intendit ſuperior quilibet, vt vel verbis, vel ſcriptis, vel edictis generalibus crimina aliquot ſub excõmunicatione denuncięrur, hęc talia ſubintelligi debẽt,præeunte fraterna correctione,reſoluit in ſpecie D.Tho.d.art.7. ad 5. & quodlib.11.art.3.cui diſſentitur nemo,in 4.diſt.19. Sot.d. q.4.in fi.memb.3.q.1. Archid. & Turrecr.nu.32.in d.c.ſi peccauerit, 2.q.1. poſt alios Guttier.canonic.lib.1.c.11.à num. 20.&27.

9 Vnde ex prędictorum Doctorum ſentẽtia, in mortale incidit fœmina,quoties cõfeſſarij ſalutis ſpe pręhabita, ipſum ad meliorẽ frugem nõ exhortatur. Noueris autem ſpem probabilem,ſecundũ Graph. vbi ſupra, & Palud. in 4.diſt.19. quęſt 4. ex rubore peccantis,ex ſubmiſſione,ex vi,& affectu, quo nititur impetrare veniam,ex longo temporis facto interuallo poſt commiſſum delictum, ex alijſq; huiuſcemodi indicijs.Quæ quidem omnia ineſſe confeſſarijs efficaciora, credere ęquum eſt, qui ſicut Deo propinquiores, ita & pœnitentię,viri plerũque boni,cultui diuino electi,eligẽte Epiſcopo, quos tunc perdidit fractę naturę fragilitas, pręſentis fœminę facies,pulchritudo, geſtus venuſtas, os illecebroſum: quibus ſemotis,extinguendã æſtuantis libidinis flammam, aſpirante diuino Zephyro, futurum eſt, vt ſperemus. His tamen non obſtantibus, ſit in hoc concluſio.

10 Qui in hęreſis crimina, vel hęreſim olentia, vel cõmune bonũ labefactantia inciderit (inter quę & hoc à nobis actum adnumerari debet) protinus etſi occultus, ad Iudices omnino deferendus eſt, poſt habita fraterna illa correctione. Ita c poſt Archid. docet Abb.in c. nouit, nu.44.de iudic. Rojas in

ſing.

ſing.fidei, verb.accuſare, num. 21. & de hæret. 2.par.aſſert.3. Cano de locis Theolog.lib.12. cap.9.a'd fin. (mei libri licet 8.) & ex Albert.Aluarot. cõmuni, & ſanctis Patribus latè probat Simanc. de Catho.c.19.nu.10. & cap.42.nu.12.& in Enchirid. c.23.& in quæſtione de patre hæretico,nu.29. Guttier.canonic.lib.1.c.11.nu.53.Vega poſt Nau. quem citat in Sum. c.82. verſ.lo tercero. Auila de cenſuris, 2.par.c.5.lib.2. Barthol.de Medina in inſtructorio,cap.14. §.2.fol.63.& §.36.fol.157.Villa'd.de hæret.q.10. verſ.item in hęreſi, Peg.ad 2.par.Direct.cõmen.28.verſ.cęterum,Aragon. 2.2.q.33.art.7.verſ.dico tertio, Turrecrem. in c. ſi peccauerit, q.11.concl.6. Andr.Vitorel.in addit.ad Tolet. lib.5. c.57. qui refert Valentiam,& alios:atque ita in hęreſis crimine obſeruarè totam Hiſpaniam Simãc. docet d.c.19.nu.12. Rojas vbi proximè,Quintilianus Mandoſius in addit. ad Repert.Inquiſit.verb. denunciatio, littera B.

11 Et in ſpecie quoad ſolicitãtes mulieres in confeſſione docet Henriquez lib.6.cap.17. nu.4.lit.E. Param.q.10.nu.4. [d] quia vix vafer cõfeſſarius emendatur,atque illos prçiuiſſe videtur D.Tho.quodlib.11.art.12. dum ait: *Credo, quòd ſi eſſet aliquod peccatũ carnale, quod vergeret in detrimentum multitudinis, ſtatim eſt reuelandum.* Sequitur Nauar. conſ.2.de accuſ. nu.4.incipit, An poſſit fieri denunciatio.

12 Probatur concluſio,tum quia in hoc,& in alijs huiuſmodi criminibus vtilitas publica, cui vt conſulatur per denunciationem præcipuum eſt,pręponderat,præponiturq; delinquentis priuatę,à famę,& honoris integritate ipſi peccanti comparatę,arg.tex.in l.pen. C.de Primipilo,lib.12.Menſq; ęqua hãc illi cedere ęquè monet, ne vni dum attenditur, cęteri labãtur, eant in diſcrimen cõtra id,quod habetur in c.ſed illud, verſ.quæ eſt iſta,diſt.45. Ob quæ ad Timoth. D. Paul. in hæreticos ſic ait. *Sermo eorũ,vt cancer,ſerpit:* tum prçtereà,quia in his in hæreſi maximè,& hęreſi clarè propinquis,nullius ferè eſt momẽti fraterna correctio, licèt correctionem ſibi profuiſſe fictè correcti oſtendant hęretici, ne deferantur,ne pœnas dent. Vide exemplo: te occidendi,vel ignẽ domui tuę ſubdendi eſſe animũ

 ali-

alicui tu certò ſcis, ſcis poſteà ſanctè iuraſſe, ſententiã mutaturum. Erit ne prudentis, vitę ſecurum,& domus in vtramque aurem dormire? Ergo à fortiori peccantis in commune bonum pro emendatione iurata verba nihili facies, alligeris pedibus adi,adi Iudicẽ. Confirmo Deuter.13.ibi: *Non acquieſcas, nec audias, ſed ſtatim*, &c. Textus deinde in c.excõmunicamus 2. §.adijcimus,de hęret.ibi: *Occulta conuenticula celebrãtes*, cum alijs eiuſdem tituli,qui fraternã correctionem prorſus omittũt.

13 Ex quibus, & alijs locis Caſt. d.c.25. col.3. verſ.cũ igitur,infert teneri omnem hominem reuelare hęreticum,etſi ſecretò, ſibi ſoli notum. Si quis enim talem hæreticũ potius velare, quàm reuelare nitatur, [e] cum maximè requiratur, vt vel per generale edictũ,vel per ſingulare mãdatum, teſtimonium, dicat, adeo is talis ob id ſolùm ſuſpectus erit de hęreſi,vt canonica purgatio illi indici iure poſſit,cui licèt ſatisfaciat,punietur tamen non vt hęreticus, ſed vt negligens in reuelando.Si autẽ non ſatisfaciet,deficiens in purgatione,debet is talis,vt hęreſis reus puniri ob cauſas, quas ibi ſuggerit ipſe Auctor. Quam opinionem non recipiendã abſolutè doctè docet Simanc.quẽ refert,& ſequitur Arag.d.q.33. art.7. verſ.ex dictis.

14 Modus tamen huic concluſioni adhiberi poteſt, ſit que niſi fortè quis firmiter exiſtimaret, [f] quod ſtatim per ſecretam admonitionẽ poſsit huiuſmodi mala impedire. Et vera verè hęc eſt opinio,propriaq; D.Th. ſunt verba 2.2. quæſt.33. art.7. in corp. Sot. de ratione tegendi, memb.2.q.4.concl.2. & ſic habẽt omnes Doctores, qui ſimul cum D. Tho. in principio quęſtionis citantur, vt per Caſt. d. c.25. Nauar.d.c.18.num.56.& c.24.nu.14.& Tolet.lib.5.c.57. Quæ limitatio additur prudentiſſimè; videns enim Angelicus Doctor rariſsimè fieri,vt correctione fraterna tãta mala cohiberi poſsint, neque dari probabilem emendationis ſpem,vt in alijs peccatis,conditionales voces prudẽs addit: *fortè firmiter*, ſi fortè contingat, vt cohibeas: ſi firmiter exiſtimes fore, vt cohibeas. Quia autem nõ ſufficit, vt firmiter exiſtimes,cum longũ tempus conteras,erranteẽ in viã adducendo,ob idque fortaſſe Reipub. nocendo, ideo vocem,

ſtatim,

ſtatim, ſubiunxit cautus, *ſi ſtatim impedire poſſis*. Proſequitur eleganter Caſtr.d.cap.25. poſt concl.1.quem æmulatur Arag. d.art.7. verſic. quo ſuppoſito. Quod vrgẽtiori cauſa procedit, ſi pro comperto eſſet,reum iam emendatum,[g] vt ex eodem D. Tho. & alijs tradit Rojas de fauore fidei,ſing.3.nu.32.

15 Rogabis, an poſsit etiam in illum leniri concluſio,non ex malitia, ſed ex ignorãtia[h] peccantem.Vide Caſt.d.c.25.conclus.2. & poſt Adrian. Richard. Turrecr. quos allegat Aragon. d.art.7.verſ.de illo autem. Sed dubium mitto, ne extra chorũ ſaltare videar: cum nullus, niſi ex culpabili malitia,in quęſtione noſtra error dari poſsit. Iuxta quę exponi debet textus in c.2.de hęret.[i] vbi glo.& Doct. dum enim agens de crimine hæreſis (iuxta titulum,ſub quo eſt) probat teneri quem,cũ poteſt, hęreticũ reuocare ab errore. Hoc tale per fraternam correctionem intelligendum eſt, quando profuturã firmiter creditur, ſin minus per denunciationem, prout regulare, & frequentius,fieri neceſſe eſt.

16 Aequiſsimè etiã elicitur, legem fieri[l] poſſe præcipientẽ, vt omiſſa admonitione, hęreticum hominem, vel de hæreſi ſuſpectum, etiam ſi occultum, reuelemus,deferamus: ita cõmuniter habent Doctores, teſte Arag.d.2.2.q.33.art.7.verſ.dico quarto,qui ibi ſupponit,legẽ ſuper hoc idem latã per loca aliqua.Supponit idem Peg.ad Direct.2.par.commen.18. verſ.verum, vbi in verſ.& obligatio,tenet hanc ſtare doctrinam,etiam obſtantibus quouis iuramento, promiſſione, aut pacto contra emiſſo. Et probatur,ſiquidẽ regulariter loquẽdo,de illius emẽdatione certi nihil dari poteſt: ergo æquiſſimè latam eſſe legẽ ſecretę admonitioni interdicentem perſpicuũ erit. Leges enim de rebus, quæ regulariter contingant, & debent, & poſſunt ferri. Arag.de his perlegendus, vbi proximè.

17 Nec pręmiſſa fundamẽta vim facient pro parte contraria. Reſpondetur primò ad illud D. Pauli ad Tit.3.*Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam correctionem,deuita*,quod refertur in c.dignior,in fi. 24.q.1. & in cap.dixit,24.q.3. vltra gloſſę mentes alias. Reſpondetur, inquam D.Paulum nõ de fraterna correctione agere, ſed de pręlatiua,

tiua, [m] quæ eſt à Prælato, inter quos & hic Titus erat, quē illic Apoſtolus inſtruit. Sic Lyra intelligit, D.Thom. & alij, vt poſt Areual. notat Simanc. de Cathol. d.c.19. nu.14. Ad confirmationem facilis eſt reſponſio ex ſupradict.

18 Reſpondetur deinde ad illud Euāgelici contextus, vltra Caſtri reſponſionem d.c.25. ad fin. quē ſequitur Rojas in ſing. fidei, verb. accuſare, nu.21. facit Bellarm. par.1. controuer.4. lib.3. c.4. & vltra aliam Simanc. vbi proximè d.c.19. nu.13. Euāgelicam legem tantummodo de peccatis agere, in quibus honori, ac famę correcti hominis proſpici oportet, nullaque publici boni maior ratio ſuadet oppoſitum: de illis inſuper agere, quibus ſubeſt emēdationis ſpes, quę duo longè aliter ſe habēt in hęreſi, & in illis, quę eunt in publicā perniciem, vt patet ex ſupradictis. Optimè illa conducunt, quę tradit Comit. lib.4. reſpon. q.8. num.2.

19 Confirmatio autē manu facillima enodabitur, ſi intelligamus in illis caſibus tantū habere locum, in quibus & habet, & pręmittitur correctio: nō autem in alijs, vt probatū ſupponimus.

ANNOTATIO.

20 *Affirmatiua.* [a] De præceptis affirmatiuis, & negatiuis vltra citatos ab Illuſtriſſimo, videndi Suarez de legibus lib. 2. cap.13. à nu.4. Salas de legibus diſp.3. ſect.2. nu.11. ad fin. Quomodo autem altera ſub alteris implicitè contineantur Viuald. in Candelab. 4. part. de legibus, c.4. nu.2. & in eum ſenſum aliquo modo colorari poteſt noua opinio Corraſij de iure ciuili in artem redigendo part.2. c.1. audacter dicētis diſtinctionem inter præcepta negatiua, & affirmatiua ineptā, impugnat enim differentiam, quam magiſtraliter docet Modeſtinus in l. legis virtus, ff. de legibus. Vtrùm autem hęc pręcepta differant quo ad diſpenſationem, vidēdus Salas de legibus, diſp.5. ſect.9. nu.49. & 59. & ferè per totam, Molin. tom.6. de iuſt. tract.5. diſp.57. à nu.4. Suar. de legibus lib.2. c.15. à nu.13. & quoad noſtram correctionis fraternæ materiam, eius obligatio ceſſat in particulari, ceſſante legis ratione, de quo pulchrè per Suar. de legibus lib.6. c.10. nu.15.

21 Ibi: *Naturale præceptum illuſtre.* [b] Nota quod præceptū correctionis fraternæ eſt iuris natu-

naturalis, ex Sot.de ratione tegẽdi,memb.1.q.1.Fr.Bernardi. tract.de frater.correct. concl.1. à Domino tamen in Euangelio renouatum, ſicut & reliqua naturalia,ſeu moralia,vt doctè docet Illuſtriſſimus Auctor.

22 Seruatoris enim noſtri lex tria continet,moralia pręcepta, Sacramenta,& conſilia,Sot.lib.2. de iuſtit. q.8. art.2. verſic. in ſumma, Molin.de iuſtit.tom.6. tract.5.diſput.67.

23 Receptum namque eſt,ex D.Tho.1.2.q.108.art.1.&2.& quodlib.4.art.3. Sot.d.art.2.& lib.2. de iuſtit. q.9.art.1. Salas de legibus,diſp.24.ſect.2.nu.9. Couarr.lib.1.var.c.17.nu.1.& de ſponſal.2.par.c.6.§.11.nu.1. Moli.d.diſp.67.nu.13.& paſſim alij in lege Euangelica nullum cõtineri pręceptum,quod nõ ſit naturale,exceptis ijs,quę pertinent ad articulos Fidei, & Sacramenta.

24 Omnia autẽ moralia pręcepta ad decalogũ reducuntur, ex D.Th.1.2.q.100. art.3. Valent.diſp.7.q.7.punct.4. Molin. d.nu.1. Salas de legib. diſp.22. ſect.2.nu.39.

25 Pręcipua autem in decalogo explicitè continentur, D. Tho.1.2.q.100.art.11. Valent. d.q.7.punct.3.& 4.Salas d.ſect. 2.num.37. Cum ergo fraternę correctionis præceptũ eſſet naturale, à Domino in Euangelio renouatum, & illuſtratum eſt: ſic & Ioan.13.& 15.pręceptum fraternę dilectionis ſuũ vocat, & nouum, hoc eſt à ſe renouatum, vt eleganter explicat D. Clemens lib.6. conſt. Apoſtol. cap.23.

26 Nam pręcepta moralia non ſolũ fuerunt à Chriſto Domino confirmata,aut renouata, ſed etiam aucta quãtum ad expreſſionem, & ad declarationẽ in lege veteri non contentam, vt paret Matth. 5. *Ego autem dico vobis*,vbi Scribẽtes,& poſt D.Auguſt. quem citat Salas de legibus,diſp.24.ſect.2.nu.10.

27 Ibi: *Poſt habita fraterna correctione.*[c] Proſequuntur Azor.inſtit.moral.1.par.lib.8. cap.19.quęſt.9. Martin Delrio diſquiſit. Magic. lib. 5. ſect. 4. Farinac. de hęreſib. quęſt.197. à num.39.

28 *Quoad ſolicitantes mulieres.*[d] Adde Fr.Petr.de Ledeſm. in Summa,2.par.tract.4.dę miſericordia,c.4.verſ.à eſta duda, pag.138.

29 *Velare, quàm reuelare nitatur.*[e] Aliud dicendum in

corrigente qui ſi falsò emendationem ſperauit, imprudentię vt plurimum arguetur, non verò vt fautor, aut ſuſpectus, ſi communi limitationi, de qua num. 14. locus erit dandus.

30 *Niſi fortè quis firmiter exiſtimaret*, &c. [f] Hęc eſt communis D.Tho. interpretatio, vt vltra citatos Martin Delrio diſquiſit. magic. lib. 5. ſect. 4. verſ. ſextum, Farin. de hęreſ. q. 197. nu. 39. Sayr. in claue Regia, lib. 11. c. 4. num. 19. poſt alios quos citant. At animo non impugnandę, ſed veritatis indagandę, hanc communem, & receptam interpretationem, alienam à D.Thom. mente, & doctrina ingenuè puto.

31 Moueor primò, quia Inquiſitorum edicta omnem reijciunt correctionem, Bañez 2.2. q. 33. art. 8. dub. 2. ad 7. Petr. à Nauarr. lib. 2. de reſtit. c. 4. nu. 209. Farinac. de hęreſib. q. 197. nu. 39. Et non eſt credendū prudentiſſimos, quales eligūtur Inquiſitores, à D.Thomæ doctrina deuiaſſe, quod ſi edictis obediendum ſit, prout neceſſe eſt, limitatio Doctorum, neceſſe quoque eſt, vt ceſſet, quia eam edicta non admittunt.

32 Secundò moueor, quia ſi D.Tho. doctrina, ſeu limitatio obſeruanda erit, prouenit à pręcepto diuino, de quo in c. nouit, cum alijs de iudicijs, de quo diximus num. 21. & 25. poſt Auctorem nu. 6. cui Inquiſitores derogare nō poterūt, ex reg. c. ſunt quidā, 25. q. 1. Vnde derogaſſe non eſt credendum, nec defendi poteſt edicta cū D.Th. modificatione ſubaudienda fore, eam enim excludunt per illa verba: *Quiſquis aliquid nouerit eorum delictorum, quorū in edicto mētio ſit, ſtatim abſque monitione, & conſultatione, cum aliquo deferat ad ipſos, vel aliquem illorum*.

33 Tertiò facit, quia occultus hęreticus, & ſibi tantum nocens eſt deferendus, vt ex mēte cōmuni tradit Nauar. lib. 2. c. 4. nu. 195. de reſtit. diximus ſupra nū. 27. Admiſſa autē D.Th. interpretatione, ceſſat in hoc caſu denūciatio, quia D.Th. admiſit correctionem, & denunciandi deobligationē, ſi hæreticus priuatim homines à Fide auertat, & per correctionem poſſint illa mala impediri. Ergo ſi alios non auertat, & malum illud publicum ceſſet, ceſſabit & denunciandi obligatio, ex D.Thomæ doctrina, quod quis admittat? nam ſi priuata hæreſis, quoad pro-

propoſitum nō officeret, eſſent relapſi immutationi, non verò igni tradendi, multaq; alia abſurda inde prouenirent, quæ facilè conſiderari poterunt, aliaq; argumenta pro hac parte ſuppeditant, quæ prudens omitto, breuitatis ergò.

34 Quare conſtituo hæreticum formalem, licèt ſibi ſoli errorem retinere velit, quod multipliciter exemplificari poterit in hypocrita, in ſene in lecto decumbente, in immurato, & ſimilibus, abſque fraterna correctione eſſe denunciandum, iuxta cōmunem, & ipſius rationem, de qua nu. 27. Ratio eſt in promptu, quia ſi hæreticus edictorū monitionem (quam correctionem voces meritò) infamiam, ignis pœnam, Eccleſiæ dogma, doctiſſimorum virorum cōſenſum contemnit, ſuum priuatum amplectens, & præferens, vnius admonitioni nō acquieſcet profecto, vt bene conſiderat Petr. à Nauar. de reſtit. lib. 2. cap. 4. nu. 195. & 205. & ante eū Aragon. 2. 2. q. 33. ar. 7. dict. 4. ergo fruſtra expectanda erit, niſi dolum, & deceptionem expectes.

35 Nec contrarium docet D. Thom 2. 2. q. 33. art. 7. nam exceptio, quam poſt duo exempla ſubdit, non eſt referenda ad hæreticum, ſed ad proditorem patriæ. Nec eſt nouum aptari rationem, vel exceptionem vni ex propoſitis exemplis, ſic in l. in priuatis 77. ff. de iudicijs, docuit. Africanus filium à patre, patrē à filio iudicari poſſe. Subdit rationem Paulus in l. quippe 78. ff. eodem, quia iudicare munus publicum eſt, quæ ratio dubitationi de filio in patrem iudice quadrat, non verò patri in filium iudicium exercēti correſpondet, ſi paternam etiam domeſticam poteſtatem conſideres in filij caput l. in ſuis, ff. de liber. & poſthum.

36 Oſtendamus modo D. Thom. exceptionem non pertinere ad hæretici exemplum. Quod duobus modis confirmari poteſt. Primò, quia non quadrat exceptio hæretico priuato, qui denunciandus eſt, vt ſupra in tertio fundamēto nu. 33. aduertimus, retenta autem D. Thom. communi interpretatione denunciari non debet cōtra torrētem Doctorum, receptam Eccleſiæ doctrinam, & ipſius Thomę aſſertionem, de qua ſtatim. Secundò, quia ipſemet D. Thom. in 4. diſt. 19. q. 3. hæreticum pertinacem abſque vlla

fraterna correctione deferendũ docet.

37 Quis autem pertinax cẽſeatur, ſi quæras, illum dicas, qui ex malitia non ex ignorantia in Fide errat formaliter, & pertinaciter, Nauarr. d. nu. 195. Turrecrem. in ſumma lib. 4. par. 2. c. 16. qui viginti modos refert, quibus in hæretico cognoſcitur pertinacia, quos trãſcripſit Guerrero in Theſaur. Religionis. tit. de hęret. nu. 20. & ſequentibus, late Farinac. de hæreſib. q. 196. à princ. quam pertinaciam non elicias ex admonitione priuata, quam præmittere vetaris, ſed ex errore deprauato, cui adhæret hęreticus. Hæc autem pertinacia locum ſibi vendicat in hæretico alios à Fide auertente, qui ignorantiæ prętextu excuſari in ea ſpecie non poteſt, ergo aut D. Th. ſibi cõtrarius eſt, aut illa exceptio hæretico pertinaci, de quo agit, non congruit, ac per conſequens recte iubent Inquiſitores, hæreticum ſtatim abſque alia communicatione, aut monitione eſſe deferendum, quibus D. Thom. nõ repugnat iuxta prædicta.

Accedit, quia nullus ex Scribentibus, quos vidi, vidi autem plures cum ſtudio ſatisfacit oppoſitis fundamentis. Nam qui defendunt in hęretico ceſſare correctionem, non reſpondent ſententię communi, ſeu receptę D. Thom. interpretationi. Per contrarium, qui cẽſent pręmittẽdam correctionem hęretici occulti, ſi corrigens firmiter exiſtimet, ſua priuata admonitione emẽdandum, fruſtra ſubterfugiunt edicti pręceptum.

38 Illud meminiſſe oportebit per edictum Inquiſitorum non prohiberi, quin in confeſſione liceat dubitanti conſultare cum confeſſore, vt aduertunt Bañez 2. 2. q. 33. art. 8. dub. 2. ad 7. Petr. à Nauarr. de reſt. lib. 2. c. 4. nu. 21 r. Adde, quod noſtra opinio dubio caret, ſi hęreticus etiam emendatus ſit deferendus, de quo ſcholio ſequẽti, & vide num. 45.

39 *Si pro comperto eſſet reum iam emendatum*, [g] hæc opinio fuit Sot. lib. 5. de iuſt. q. 5. art. 1. Menchac. illuſtr. cap. 16. nu. 4. Contrarium, imo hæreticum etiam emendatum denunciandum fore defendit enixè Rojas de fauore Fidei ſing. 3. nu. 33. cum ſequent. & de hęret. 2. par. aſſert. 3. à nu. 59. Param. lib. 3. de origine Inquiſ. q. 8. à nu. 90.

Farinac. de hæreſ.q.197. nu.2. Nam vt hoc illis addas, cũ hęreticus non peccet in te, ſed in Deum, maiori remedio indiget, quam correctione, iuxta lib. 1. Reg.c.2. *Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus, ſi autem in Deum, quis orabit pro eo?* prout aduertũt poſt alios Henriquez lib.4. de pęnit.c.13.§.6. lit.S. Bernardin. de Areual. in tract. de correctione fraterna, concl. 2. Nam ſi peccauerit in te frater, iubet Deus Matth. 18. remitti peccatum in proximos adhibita correctione: *Sed ſi peccauerit in Deum, quis orabit pro eo?* vt inter hæc peccata conſtituatur differentia, non ſufficit correctio fraterna, cum peccatũ in Deũ difficilius expietur, quã in homines, Bellarm. lib.2. de pœnit.c.16.in princ.& peccatũ hæreſis in quantum in ſe habet pertinaciam, eſt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum, D. Thom. in 4.ſentent.diſt.13.art.16.in fi. Squillacenſ.de Fide c.25. nu.2. Rojas de hæret. 2.par.nu.365. Ideoq; extra hunc caſum, etiam qui peccat in Deum, eſt corrigendus fraternè ex veriori, de qua per gloſ. verb.peccat, in c. nouit, vbi Abb.nu.3. de iudic. D.Th.& Theologi in 4.diſt.19. communis ex Bernard. de fraterna correctione, concluſ.2.in princ. & verſ.vt autem, Sot.de ratione tegendi, memb.2.q.4. concluſ 3. Nauarr.c.24.nu.12. Ianſen.in cõcord.cap.72. huius quæſtionis petenda videtur reſolutio ex circũſtantijs, & iuxta illas vtraque opinio conciliãda. Nuſquam tamen circa perſonam ſuſpectam ex hac, vel illa radice infecta deſcendentem, in ipſius ſectę errore deprehẽſam, fraternę cõſiderem correctioni.

40 Vtrum autem hæreticus occultus emendatus, adhuc maneat irregularis? dic, quòd non, ex Azor 2 par.lib.6.c.4. q.1.2. & 3. & Garcia de beneficijs, 2.tom.par.11.cap.10.à nu.83. Henriquez lib. 14. de irregul. cap.4.§.6. litera N.

41 *Ex ignorantia.* [h] Qui ex ignorantia etiam craſſa errat, non amittit Fidem, Sylu.hæreſis,§.1. Caſtro lib.1.de iuſt.hæret. punit. cap.9. Can. de locis Theologorum, lib.12.c.9.ad 5. Cordoua ad Sot. de tegẽdo ſecreto, memb.2.q.4. ſub cõcl.2. Nauar.in man.pręlud.1.nu.11. & cap.11.nu.17. Petr.Nauarra lib.2. de reſtit. cap.4. nu. 202. Salas 1.2.q.76.tract.13.diſp.7. ſect.7. Sayr.lib.2.cap.9.nu.33. & 34.

& 34. Simãc. de Cathol. tit. 26. à nu. 3. cum quo declara; nam errãs in articulo manifeſto, prçſumitur hæreticus, Simãc. nu. 4. vbi proximè.

42 Vnde peccat qui ignorãter lapſos, etiam prædicatores denũciat ſtatim, niſi ſit ſimplex, qui non diſcernit an ex ignorãtia lapſus proueniat, Petr. Nauarra d. cap. 4. nu 209. vbi intẽgerrimo Fidei cenſorum iudicio ſe ſubmittit.

43 Si verò quis dubitet, an quis ex malitia, vel ignorantia erret, corrigẽdus fraternè prius erit, Caſtr. lib. 2. de iuſt hæret. punit. cap. 25. ante fin. concl. 2. De materia, vltra præcitatos, conſule recentiores ad D. Tho. 2. 2. quæſt. 11. art. 2. vbi Bañez, Aragon. art. 1.

44 *Cap. 2. de hæreticis.*[i] Qui admittũt limitationem, de qua ſupra nu. 14. & 30. rectè huius tex. deciſionem ad eã adaptare poſſunt, prout proſequitur multipliciter declarãdo Farinac. de hęreſib. q. 182. à nu. 31. Si verò noſtrã amplectantur opinionẽ, facilè quoque ad diuerſum ſenſum applicare poterunt, & forſitan veriorem, ſi originale conſulas, vbi Leo Papa reprehendit Hiſpaniç Epiſcopos, qui codices ſub canonicorum nomine permittũt, qui Priſcilliani adulterina ſunt emendatione corrupti, ibiq; poſt alia addit: *Vnde ſi quis Epiſcoporũ, vel apocrypha haberi per domos nõ prohibuerit, vel ſub canonicorum nomine eos codices in Eccleſia permiſerit legi, qui Priſcilliani adulterina ſunt emendatione corrupti, hæreticum ſe nouerit iudicandũ, quoniam qui alium, dum poteſt, ab errore nõ reuocat, ſeipſum errare demonſtrat.* Aptius ergo ratio hęc congruit ſuperioribus, qui hęreticos, hęreticorumq; libros in ſuis territorijs permittunt in ſubditorum perniciem, cum eos pro officio prohibere debeant, prout habetur in regiſtro S. Leonis Papç epiſt. 91. c. 15. ad Turibium Epiſcopum Aſturienſem in 1. tom. conciliorũ, pag. 713. cuius meminit Sandob. Epiſcopus Exomenſis in Monaſterio D. Turibij de Lieuana, §. 2. quẽ vide; in quos Prælatos quadrat & deciſio tex in d. c. 2. de hęret. & diſerta Caſtri diſputatio lib. 3. de iuſt. hæret. punit. cap. 4. vel tandem tex. ſolum probat, quòd omnes reuelare tenentur hæreticum, Farin. de hęreſibus, q. 197. nu. 35.

45 Ibi: *De prælatiua.*[l] Adde

Fr. Ber-

Fr. Bernard. Areualo de correctiōn.concl.vlt.propoſit.6.Pet. à Nauar.lib.2. de reſtit. cap.4. num.212. Nam priuatus debet ſtatim cōſortium hęretici fugere, 1.Cor.5. *Cum huiuſmodi nec cibum ſumere*, propter periculū, cui ſe exponit Nauar. d.n.212. pręcipuè ſi hęreticus eſt excommunicatus de iure diuino, prout tenēt relati per Henriq.lib.13. de excom.§.2.lit.E. Ex quibus confirmatur opinio noſtra, quā propoſuimus à nu.34.

46 Si autē prędicta Titi c.3. authoritas ad omnes generaliter referatur, dic morem fuiſſe in primitiua Eccleſia, vt moneretur hęreticus, vt aduertunt Ambroſ. & Theophil. in tit.3. D.Aug.ſerm.14.de verb.Apoſt. quia miraculis factis facilè conuertebantur.

SVMMARIVM.

*Propoſitio quæſtionis, nu.*1.
*Leges Eccleſiaſticæ non ligant ob graue periculum, n.*2.
*Neceſſitas liberat à legis obſeruatione, nu.*3.
*Vitæ periculum, & defenſio excuſat à legis humanæ, diuinæ, & naturalis tranſgreſſione, nu.*3.5.*&* 13.
*Lex obligat cum vitæ diſcrimine propter religionis, & poteſtatis Eccleſiaſticæ contemptum, num.*4.*&* 14.
*Mors omniū terribiliū finis, n.*5.
*Metus mortis in perſona liberorum liberat à legis obſeruantia, nu.*6.
*Metus mortis in perſona mariti, & fratris liberat ab obſeruantia legis, nu.*7.
*Metus conſanguineorum, affiniū, & familiarium, an, & quando excuſet, nu.*8.
*Metus amiſſionis honoris, quando excuſet, nu.*9.
*Minæ an excuſent, nu.*9.
Infamiæ metus an excuſet, num. 10.*&* 17.
*Fœminæ viris formidoloſiores, num.*11.
*Metus vt excuſet, ab aliquo incuti debet, nu.*11.
*Metus à ſenibus, & religioſis incuti nequit, nu.*12.
*Inquiſitio religioſè ſeruat dicta teſtium, nu.*12.
*Diminutus tacens complices propter metum, non eſt Curiæ ſęculari tradendus, ſed arbitrariè puniendus, nu.*15.
Diminutus tacens complices ob proximam conſanguinitatem

non

non relaxatur, ſed arbitrariè punitur, nu.15.
Metus hodie non excuſat in cauſa hæreſis, nu.15.
Vxor an propter viri hæretici ſæuitiam excuſetur ab illius delatione, nu.16.
Periculum peccati ſæpè nõ fugere licebit ob vitandam mortem, infamiam, vel aliud incommodum grauiſſimum, nu.17.
Fœmina compreſſa, an clamare teneatur, non obſtante infamia, nu.17.

QVAESTIO XIX.

Vtrum ſint aliquæ cauſæ, quibus excuſentur fœminæ à denunciatione Inquiſitoribus facienda.

1 QVæſtioni præterito proximo loco ſolutæ hæc nunc neceſſariò cohęret. Cum enim in fœminis denunciationem neceſſariò facturis ſpeciales cauſæ excitari ſoleant: ad rem erit, vberioris doctrinæ gratia, aliquot particulariter conſignare. Ego autem huius rei ſatis inuolutæ tractationem ad breuia, & nonnulla quæſita reuocare tentabo.

2 Dico igitur, tum poſſe diſcedi à legis cuiuſuis præſcripto, quando legislatoris volũtas, & benignitas diſceſſui aſſẽtitur. Propterea Eccleſiæ legibus, quę benignę ſunt, non alligari Chriſticolas, cum grauiter periclitẽtur, ſentit Sot. de iuſtit. & iure, lib.5.q.6. artic.4. col. pen. Sylu. verb. metus, quæſt.7. tradit Comitol. reſponſ. moral. lib.5.q.7. num.8. Gabr. in 4. diſt.18.q.3. art.3. dub.4. Roſel. verb. excommunicatio 6. in initio, Sylu. verbo excõmunicatio 5.q.14. Tabiena excommunicatio 8. nu.9. & 18. Armill. verb. excommunicatio, num.59. D.Tho.2.2.q.147. art.3. ad ſecundum, & in 4. diſt.15.q.3. art.2.q.4. Almain. in tract.1. moral. c.3. propoſ.4. & poſt Nauarr. Maior. Alenſ. & alios probat Azor. in Sum. tom.1. lib.1. c.11. poſt princ. Ledeſ. 2.4.q.25. art.3. dub.2. Suarius de cẽſur. diſp.14. ſect.3. nu.13. & diſp.20. ſect.3. nu.9. & 2. tomo de relig. lib.4. de horis canonicis, cap.27. nu.30.

3 Quibus Auctoribus, doctrina hæc ſupponitur ſatis probata, quæ & confirmari poteſt ex tex. in cap.2. §. cum autem, & §. præ-

§.prætereà, de obſeruat.ieiun. & ex tex.in cap.diſcipulos,ibi: *Fame coacti*, de conſecr.diſt.5. & ex c.inter alia 31. verſ.illud, ibi: *Niſi articulus neceſſitatis immineat*, de ſent.excomm. Eo maximè, quia à diuinarum, ac naturalium, nedum humanarũ legum præſcriptione nonnunquam recedere fas eſt, vt vitam ſeruemus.[a] Nam fraudatam alterius rem integrã reddere, integrèq; confeſſario peccata dicere non humanum ius, ſed naturale,aut diuinũ ab initio ſanctè ſanxit.Hęc tamen non obligant, ſi mortem properent, vti eſt & Theologiæ,& Iuriſperitorum communis opinio,licèt cõtrà opinetur Caiet. 1.2. q.96. art.4. vbi diuerſam à ſua, opinionem erroneam audacter appellat.Argumenta cuius infringunt facillimè prædicti Doctores,inter quos,& nũc Comitol. vbi proximè num.9.

4 Verùtamen practicari poterit talis opinio,ſi metus in religionis,aut Eccleſiaſticæ poteſtatis contemptum [b] directè incutiatur;tunc præſtabit ſuſtinere mortem,quàm iniuriã factam legi Eccleſiaſticæ: quia tunc nõ iam agitur de ſola legis obſeruantia,ſed id potiſſimum eſt, vt nitamur Religionis noſtrę graue damnum repellere, cui vitam propriam quiſque poſtponere tenetur;& poteſt Eccleſia in eo, vel ſimili caſu quẽquam cogere ad vitæ effuſionem pro communi bono,& Religione tuẽdis; & quia ita expedit, ita cogit, aduertit doctiſſimè doctiſſimus Suar.d.nu.13.& d.nu.30.

5 Eſt igitur concors [c] prædictorum Doctorum ſententia, vt mortis metus cadens in virũ conſtantem excuſet a legis obſeruantia. Quapropter ſi fœmina terreatur probabili mortis periculo,excuſatur à denunciatione facienda, arg.tex.in c.cũ dilectus de his, quæ vi,l.nec timorem 7.ff.de eo, quod metus cauſ. Et eſt ratio,quia omnium terribilium mors finis eſt, teſte Philoſopho 4.Ethic. Eandem vim habet, & truncationis metus, quæ mors eſt partialis mẽbri, c.ſi quis abſcidit diſt.55. & habetur in l.7.tit.33.par.7. traditq; Sanch.lib.4.de matr.diſp. 5.nu.4.Peg.videndus in 2.part. Direct.comment.78. verſ.at nõ videtur.

6 Si autem fœmina nõ ſuam propriam mortem,ſed ipſam ipſorum filiorum timeat, hic talis metus ſatis eſt, vt excuſetur à de-

denunciatione. Ita habetur expreſſe in l. iſti quidem in fin. ff. de eo, quod met. cauſ. ibi: *Et hęc, quæ diximus ad edictum pertinere nihil intereſt in ſe quis veritus ſit, an in liberis ſuis, cum pro affectu magis in liberis parentes terreantur.* Tradit Sanch. d. lib. 4. diſp. 4. nu. 5. Comit. lib. 3. q. 2. verſ. pertinet. Ampliant Gulielm. in c. Raynunt. in præfat. verbi: *duas habens filias.* Tiraq. in præfat. l. ſi vnquam nu. 7. C. de reuoc. don. Alc. de præſump. reg. 1. prçſumpt. 1. in ſpecie Roland. conſ. 2. nu. 61. vol. 1. Idem dicendũ ſentit Sanch. poſt alios de alijs deſcendentibus, & aſcẽdentibus d. diſp. 4. num. 4. & 6. Præpoſ. in c. cum locum nu. 10. de ſponſalibus.

7 Cumque vir, & vxor vna caro ſint: Si vxor viri vitæ timeat,[d] ſatis cauſæ erit ne de cõfeſſore deferat ad Inquiſitores: ita Comit. vbi proximè Sanch. nu. 3. Henriq. lib. 11. de matr. cap. 9. num. 5. Sot. in 4. diſt. 29. q. 1. art. 2. verſ. eiuſmodi, ad fin. D. Th. in 4. diſt. 29. quæſt. vnic. art. 2. ad ſecundum, Henriq. de Bohic. in cap. cum locum, nu. 5. de ſponſ. Turrecr. in Sum. 31. q. 2. num. 7. Sylu. verb. metus, q. 1. vbi Ang. eodem nu. refert plures Sanchez d. nu. 3. quibus addi poteſt Rol. d. conſ. 2. num. 62. & 63. Idemq; fore inter fratres, quos natura arctiſſimo cõiunxit amoris vinculo, poſt Prçpoſit. in d. c. cum locum, nu. 11. docet Sanch. d. diſput. 4. nu. 7.

8 Quando autem minitentur mulieri conſanguineorum damna, quid tunc practicãdum ſit, vltra tex. in c. ſciant cuncti de electione in 6. ibi: *vel conſanguineos*, quærẽdum eſt à Sanch. d. diſp. 4. nu. 8. Ab eodem etiam quærendum num. 11. vltra Menoch. de arbit. lib. 2. caſu 135. nu. 8. Quid ſimiliter practicandum, cum ipſam mulierem, & affiniũ mala terreant: cum etiam talis mulieris boni amici facti ſint damni participes, de quo nu. 9. Per eundem nu. 10. & textum in Clem. 1. verſ. ſeruientes de exceſſ. prælatorum docеberis, quando timeatur ipſius mulieris domeſticis, & familiaribus.

9 Neque dubium eſt, quin idem dicatur de muliere honoris amiſſionem timẽte: Eſt enim mulieri bonæ, & viro ipſa morte honoris grauior iactura. Ita decidunt Barbat. conſ. 60. nu. 3. vol. 1. Gabr. tom. 2. communium lib. 11. verb. metus, col. 2.

Padill.

Padill. in l. interpoſita, nu. 14. C. de tranſact. Seraphin. de priuilegijs iuramenti, priuileg. 29. nu. 2. Maſcard. de prob. concl. 1055. nu. 53. vol. 2. quos omnes Sanch. refert, & ſequitur d. lib. 4. diſp. 5. nu. 11. Et habetur in l. 7. tit. 33. part. 7. Quod ſentire videtur gloſ. verb. metum in c. cum dilectus de his, quæ vi, quę ait, minacia verba quandoque inferre poſſe iuſtum metum, dū non inſpici poteſt, quo dicātur, animus: non itē tamen, quando minax iſte homo talis dignoſcitur natura procliuis in contumelias, quem ira ducunt, & bilis. Quā gloſ. ſequuntur Rom. conſ. 369. nu. 14. & relati à Maſcard. d. nu. 53.

10 Adhuc de infamiæ metu e lis eſt inter Doctores, qui diſſerunt: quidam ſic: in virum cōſtantem non cadere talem metum per l. nec timorē 7. in principio ff. de eo, quod met. cauſ. docet D. Thom. in 4. diſt. 29. q. vnica art. 2. ad tertium vbi Durandus q. 2. nu. 4. in fine. Sed intelligi debent de infamia facti, iuris enim cadit in virum conſtātem: ſic habet gloſ. in d. l. nec timorem, verb. infamiæ, Roſell. verb. metus nu. 2. vbi Ang. n. 5. & Sylu. q. 4. Veracruz in ſpeculo coniugiorum, art. 8. concl. 2. Henriq. lib. 11. de matrim. c. 9. num. 4. Plures refert Sanch. d. lib. 4. diſp. 5. nu. 14. Comit. lib. 3. reſponſo. q. 2. verſ. pertinet. Probatio in promptu, quia infamiæ, & mortis timor æquiparatur, l. iuſta, ff. de manumiſsis vindicta, ibi: *Iuſta cauſa manumiſſionis eſt, ſi periculo vitæ, infamiæve dominus ſeruum liberauerit.* Idem dicendum eſt in metu infamię facti, cui facilè occurri non poteſt, ſic indicat D. Thom. vbi proximè, corroborans ſententiam ſuam, cum ait, *quia facilè occurri infamiæ poteſt.* Tenent expreſsè Ledeſma 2. 4. q. 49. art. 3. §. etſi quęras. Arag. 2. 2. q. 88. art. 3. §. pro explicatione, & poſt Palud. Sor. Palacios, ac alios tradit Sanch. d. diſp. 5. nu. 15.

11 Illud autem meminiſſe oportet, quòd licet fœminarum, quàm virorum maior ſit formido, formidoloſiores plerunque ſunt, minus audaciores, aduertit gloſ. verbo metu in cap. cum locum, de ſponſalib. & ibi Abbas num. 7. Nauarr. in Sum. cap. 22. nu. 51. plurimos citat Sanchez d. lib. 4. diſp. 3. nu. 2. multiſq; probat Tiraq. in connubiali lib. l. 9. gl. 1. à nu. 159.

Vix

Vix tamen dabitur caſus, per quem effectum ſortiatur hæc doctrina, quia iuſtum metum nullus cauſabitur, ni ab aliquo terreatur, qui vera minacia verba re reddat: tradit Ancharanus in cap. ad audientiam nu. 2 de his, quæ vi: Bald. in l. metum nu. 2. C. de his, quæ vi, Roland. conſ. 83. nu. 28. volu. 2. & poſt Sot. Arag. & alios Sanchez d. lib. 4. diſp. 1. nu. 19. docuit gloſ. in l. metum, verb. iactitionibus, C. de his, quæ vi, tex. in l. famoſi ff. ad l. Iuliam maieſt. ibi: *nam & perſona ſpectanda eſt, an potuerit facere.* Medranus de conſenſu connubiali cap. 13. nu. 4. & 6.

12 Quod totum deficere conſeſſarijs vides, quos non armis aptos, ad ſenium plerunq; properantes retardant mores, vita Deo dicata, & officium; quia prętereà mulieri facile eſt, quæ inſtant, malis mederi, opē ſuorum, & ſuperiorum, & ſexcenta mille alia remedia implorando, perquirendo, ſic Angel. verb. metus nu. 5. & ibi Syl. q. 1 poſt alios Sanchez d. diſp. 1. nu. 23. Medranus vbi proximè nu. 5. Facit etiàm ad rem Comitoli reſponſum lib. 3. q. 2. verſic. 5. quęſitū, & lib. 5. q. 7. verſ. itaq; homo. Quæ omnia procedunt maximè in ſanctiſſimo, & ęquiſſimo Inquiſitionis Tribunali, cui illud potiſſimum eſt, teſtiū, & accuſatorum dicta religioſe ſeruare, ac reis nullo modo, nulla via publica facere.

ANNOTATIO.

13 *Vt vitam ſeruemus.* vide Azor lib. 1. inſtit. moral. cap. 11 q. 13. Sayr. de claue Regia, tom. 1. lib. 2. cap. 2. num. 9. Salas 1. 2. q. 6. art. 6. tract. 3. diſp. 3. ſect. 1. num. 35. cum ſequentibus, qui ampliant id procedere etiam in ijs, quæ aliàs tenebamur omittere ex præcepto naturali negatiuo, vnde dum Sot. lib. 7. q. 2. art. 1. col. 10. Nauar. conſ. 17. nu. 9. de hęret. aiunt metum excuſare à tranſgreſſione legis humanæ, non vero diuinæ, intelligendi ſunt, vt quotieſcunque metus fuerit grauis pro materiæ qualitate, excuſet à tranſgreſſione legis humanæ, quæ non obligat cum graui detrimento. Per contrarium vero, lex diuina præſertim naturalis ſępe obligat, cum quocunque detrimento etiam vitę, ac proinde in vtroque membro contraria regula cōſtituenda eſt, quę ſuas patitur fallētias, prout explicat Salas dict. num. 36. tametſi Sot.

&

& Nauarr. nullum admittant metum in legis diuinę, aut naturalis tranſgreſſione, contra veriorem & communiorem ſupra relatam.

14 *In Religionis, aut Eccleſiæ poteſtatis contemptum*. [b] Salas 1.2. q.6. art.6. tract. 3. diſp.3. ſect.1 nu.34. & quę reſoluimus in repet.cap. ſacris, nu.7. de his, quę vi.

15 *Eſt igitur concors*. [c] Sic hęreticus, qui ſuam hęreſim cõfitetur, & abiurat apud fidei cẽſores, ſi iterum delatus, quod nonnullos complices in ſuo examine ſubticuiſſet, reſpondeat, ab ipſis complicibus, quia ditiores, & potentiores erant, ſibi valde timuiſſe; non eſt indiſtinctè puniendus, & curię ſęculari tradendus, quia diminutus, ſed mitius damnandus, prout colendiſſimi ſanctę Inquiſitionis Romani Patres in facti contingentia, impoſita triremium pęna decreuere apud Locat. inter caſus Romę deciſos, caſu 27. pagin. mihi 445. qui poſt praxim Inquiſitor. habentur: ſicut & in diminuto complicem conſanguineum tacente non pęna vltimi ſupplicij, & relaxationis, ſed immutationis, & ſic mitior decernitur apud eundem Locat. caſu 7. vt ſicut metus, ita & conſanguinitatis reſpectus, ſeu amor pęnam minuat: imò indiſtinctè hęreticum pertinacem, ac vere diminutum non eſſe, qui alios complices non reuelat, tenet Rojas de hęret. 2. par. aſſert. 22. quod ego ſimpliciter, & generaliter non probarem, de quo alibi. A communi tamẽ ſententia diſcedit Rojas ſingular. 3. nu. 30. & ante eum Nauar. in cap. inter verba, corol. 66. nu. 428. ſed cõſiliari poteſt vtraque ſententia, vt communis procedat attento iure, contraria vero attenta practica, ſecundùm quam nõ excuſat nos à teſtificando in crimine hęreſeos graue damnum, quod ex eo nobis ſequi poteſt, poſtquã remedium habetur pro eo in hoc delicto inuentum per Bonifacium VIII. in cap. vlt. de hęret. lib.6. de qua praxi teſtatur illuſtriſſimus auctor nu. 12. & Nos aduertimus ex alijs q. 21. num. 28.

16 *Viri vitæ timeat*, [d] quid ſi ſibi à viro timeat, an denunciare excuſabitur ipſum maritũ hęreticum? excuſari tenent Pegna ad direct. 2. p. comment. 78 verſ. at non, Farin. de hęreſibus q. 197. nu. 53 quod non probo.

Tum quia marito denunciatio patefieri non debet ex Nauar. cap. inter verba, corol. 66. num. 428. vt reſoluimus num. 15. Tũ etiam, quia vxori non conſtat de futuro iudicij euentu ad effectum, vt reincidat in mariti poteſtatem.

17 *Infamiæ metu*, [e] adeo, vt ſępe liceat peccati non fugere periculum ad vitandam mortem, infamiam, vel aliud incommodum grauiſſimũ, ex Nauar. in manual cap. 3. n. 5. Cordou. q. 4 Ludouic. Lopez inſtruct. cõſcientiæ, 1. p. c. 21. & poſt alios Salas 1. 2. q. 6. art. 6. tract. 3. diſput. 3. ſect. 1. nu. 32. vnde infert ad fęminam compreſſam, an cũ periculo infamię clamare teneatur, de quo Sot. lib. 5. de iuſt. q. 1. art. 5. ad 3. Vega lib. 2. caſu 369. & lib. 5. caſu 410. & 632. & alij, quos refert Salas d. ſect. 1. nu. 31. quod autem metus infamiæ à legis obſeruantia liberet, tradit idem Salas de legibus q. 96. tract. 14. diſp. 11. ſect. 1. num. 5.

SVMMARIVM.

Fœmina denunciare tenetur ſolicitantem confeſſorem intra terminũ in edicto expreſſum ſub mortali, & excommunicatione nu. 1.

Grauitas criminum ex oppoſitis virtutibus, diſtinctio ex præceptis dignoſcuntur num. 1. & 15.

Tranſgrediens ſuperiorum edicta an incurrat peccatum tantum inobedientiæ, an etiam religionis nu. 2. 9. & 16.

Lex humana aut vetat res indifferentes, aut ad alias virtutes ſpectantes nu. 2.

Saulis, & Adami peccata inobedientiæ num. 3.

Obedire ſuperioribus tenemur n. 4. quod declara nu. 13.

Legislator poteſt pręcipere actũ in certa virtutis ſpecie vel prohibere in certa vitij ſpecie nu. 5. & 17.

Lex humana poteſt actum de nouo prohibere, qui incipiat eſſe vitioſus nu. 6.

Obedientiæ duplex ſpecies, alia generalis omne virtutis opus concomitans, alia ſpecialis nu. 7.

In obedientia duplex, alia materialis, alia formalis nu. 8.

Fœmina denunciare ſolicitantẽ con-

confeſſorem omittens peccat in religionem Sacramento debitam num.10.

Actus prohibitus, vel iuſſus à legislatore humano, iudicandus ſecundùm virtutis, aut vitij ſpeciem, quam intendit nu.11.

Abſtinentia multipliciter conſiderari poteſt ob finem nu.11.

Peccatum generaliter inobedientiam continet nu.12.

Pręcepta adimplentur ex proprię honeſtatis affectu & amore, & non principaliter ob obediendum nu.14.

Inobedientiæ malitia non datur in omni peccato nu.16.

Circumſtantię generales, quę ſunt communes omnibus, vel pluribus peccatis, quales n.18.

QVAESTIO XX.

In quam virtutem culpabiliter fœmina peccet, denunciationem omittens.

1 DE meo in quęſtionē iudicio me interrogarunt confeſſores aliquot, pro quibus libabo aliqua, etſi in alienam meſſem mittí falcem exprobretur. Atque certum eſt, obligari fęminas ad denunciationem à publicatione intra triginta dies, vel poſt, data opportunitate. Idque ex ſolo Inquiſitorũ præcepto ſub mortali, & excommunicatione. Tenet Param. q.10. num.127. Tenet Emman. in ſum. c. 207. nu.1. Verum tamen cum criminum diſtinctio, & grauitas non ex pręceptis, ſed ex oppoſitis virtutibus dignoſcatur. a operę pretium erit exponere quam virtutem fæminæ labefactent denunciationem negligendo.

2 Opinantur [b] recentiores quidam, ſolùm eſſe peccatum in obedientiam, atque idem eſſe, quod clericorum ſolemnem Chriſti Corporis publicam pōpam comitari negligentium, cōtra Epiſcoporum edictum, aut negligentium viſitatoribus; delinquentes reuelare. Secundò reſpondent Sot.5. de iuſtitia q.7.art.1.Couar.4.variar.cap.20. nu.10. Sayrius lib.3. clauis Regiæ cap.7.nu.16 peccare quidē & in obedientiam, & in religionis virtutem, cum hoc legis humanæ omnibus trangreſſoribus commune ſit. Probatur primò,

quia quãdo legem quis violat, indifferentes res vetantem, ſolũ peccat in obedientiam: verũtamen quando, nulla data cauſa, quid violat (verbigratia ſi diem ieiunij frangat) obedientiam frangit Prælatis debitam, ſimul & temperantiam. Ergo duplex peccatum peccat. Patet maior, quia prçter inobedientiam nullum aliud apparet peccatum. Minor probatur, quia eodem modo lex obligat, cũ res prohibet indifferentes, veluti comœdias, ſerica, venationem, &c. Atque cum iubet, vel quicquid vetat ſpectans ad aliud virtutum genus.

3 Secundò, quia Saulis peccatum aduerſus Samuelis præceptum totum fuit, quod tamẽ commiſſum aduerſus obedientiam aſſerere videntur ſacrę litteræ, quę appellant inobedientiæ peccatum. Vt eſt ex lib. 1. Regum c. 15. ibidẽq; Abulenſ. & Caiet. Ergo vt frãgatur obedientia, non expreſſa requiritur intentio impoſitũ violandi prçceptum; ſiquidẽ illud, quo Saul tenebatur expectare Samuelẽ, non ipſe fregit, niſi, vt idem teſtatur, nè populus laberetur, Regemq; desereret. Atque confirmatur per Conc. Trid. ſeſſ. 5. can. 2. Auguſt. in Pſal. 70. & Patres alios, qui omnes Adami lapſum inobedientiam appellant, cum tamen ille non comederit, niſi ad ſuas à mœrore liberandas delicias (vt ait Auguſtinus) vel ad vxori morigerandum: ergo nõ requiritur intẽtio violãdæ obedientię, vt violetur prçceptum, quia prçceptũ eſt.

4 Tertiò, quia prçcipitur, vt ſuperioribus obediatur, ideſt vt obedientię actus exerceatur. Obediendi autem præceptum adimpletur, etſi ſubditus re, & actu non opus faciat, quia præceptum eſt: ergo intentio illa expreſſa ad obedientiæ, vel inobedientiæ actum eliciendum non requiritur. Patet maior, quia obedire, & ſuperioribus nos ſubijcere iubemur, c. omnis anima, de cenſibus.

5 Verùm ad maiorem huius, & aliarum quæſtionum lucem, aduertendum eſt ex Vazquez 1. 2. diſput. 98. cap. 2. ex Suarez 1. tom. de religione, lib. 3. de reuerentia debita locis ſacris, c. 4. à num. 1. legislatores poteſtatẽ habere[c] actum conſtituendi in virtutis certa ſpecie præceptũ, iuxta materiæ capacitatem, & actum ſimul prohibentẽ in certa vitij, vel peccati ſpecie. Sit exem-

exemplum: Poſita à carnibus abſtinentia die Veneris, in temperantię ſpecie, eiuſdem comeſtio in intemperantię: exhiberi ſimiliter comitatū Chriſti Domini Corpori in publica pompa propterea iuſtum eſt, vt Eccleſię ſeruetur pręceptum de religionis materia, & Euchariſtię cultu exhibēdo: venationis ponitur interdictio in alicuius Principis ſepto loco, in obſeruātię ſpecie debitę Principibus: comœdiarū prohibitio in Eutrapelię, ſicut & taxillorū, & alearum. Quapropter cum finem ſemper intendant legislatores, ratione cuius imperatā, vel vetatam rem reponunt in alicuius virtutis, quam intēdunt, materia; finis diligenter conſiderandus eſt, vt innoteſcat virtutis ſpecies, & cōtrarij vitij natura. Dixi conſultò iuxta materię capacitatē, quia data inepta materia non conſtituetur virtutis actus, veluti ſi Rex iubeat immolari homines Deo placando, vel in ipſius cultum muſcarum certamina complicari. Vide Suarium tom. 1. de religione, lib. 2. cap. 4.

6 Secundò, ex humanę legis vi notandum eſt, actū aliquem prohibentis, mox actum incipere eſſe vitium, cum non eſſet ante legem, vt patet ex carnis comeſtione. Atque ratio eſt, quia lex pręſcribere poteſt virtutis medium in eius materia, quo ſuppoſito, ab illo receſſus vitioſus eſſe incipit.

7 Tertiò, ſupponendum eſt ex eodem Vaſq. 1.2. diſp. 102. nu. 16. Leſſiò lib. 4. c. 46. dub. 4. & 6. & ex communi doctrina D.Th. 2.2. q. 104. art. 2. ad primum, obedientiam duplicem eſſe, & generalem, & ſpecialem. Generalis, ſeu materialis obedientia eſt omne virtutis opus, quo adimpletur pręceptū, etſi non fiat ex intentione expreſſa pręceptum adimplendi, quia pręceptum eſt. Atque hęc non virtus ſpecialis eſt, ſed ſpeciales omnes virtutes complet, quæ aliquem habent actum cadentē ſub pręceptum. Datur autē materialis obedientia, quia ſi expreſſa adeſſet intentio, tunc foret obedientiæ formalis actus. Vnde obediētia, vt eſt ſpecialis virtus, illa eſt, per quam homo expreſsè facit, vel adimplet pręceptum, quia pręceptum eſt; vt diſertè docent D.Tho. & citati Doctores, communiter recentiores.

8 Duplex ſimiliter inobediē-

tia eſt. Eſt materialis inobedientia præcepti cuiuslibet præuaricatio. Vnde præceptũ omne, ſiue leue, ſiue graue, quocũque fiat modo, appellatur inobediẽtia. Atque hæc inobedientiæ ſignificatio omni includitur præcepto, vel eam genericã rationem, omnibus præceptis cõmunem, vel generalẽ dicamus circunſtantiam. Cæterum inobedientia formalis erit, cum quis violat præceptum, quia præceptum eſt. Atque hac ſola ratione eſt propria peccati ſpecies ab alijs diſtincta: illamq; exprimendi in ſacramentali confeſſione datur obligatio, vt latè docet Suarius tom.4.diſp.13.ſect.3.

9 Colliges autem ex dictis, ſupraपoſitas reſponſiones eſſe falſas. Prima, quia tunc ſolum propria, & formalis inobediẽtia eſt, cùm quis præceptum violat, qua præceptũ eſt, vel contrariũ legi exequatur opus, vel omittat imperatum. Quapropter ſi quis ſacroſanctum Chriſti Corpus pompaticè delatũ comitari deſinat, ludo, vel venationi intentus, nõ incidet in peccatum aduerſus obedientiã. Secunda, & falsò aſſerit, committi duplex peccatũ in omni legis humanæ tranſgreſſione, cum ratio materialis inobedientiæ, ratio ſit generica, in omni peccato incluſa: ergo nõ diſtinctum peccatũ eſt, ſeu non duplex eſt, vt diffuſius habẽt Salas 1.2.tract.7.diſp.3. ſect.4.à num.80.& 83. Suarius tom.4.diſp.23.ſect.3.à nu.3.

10 Quibus prænotatis, ſit concluſio. Fœmina denunciationem omittẽs, cùm denũciare tenetur, ſolũ peccat in religionem Pœnitentiæ Sacramẽto debitam. Dicta probant, quia per legem ſuam legislator inſtituit illam denunciationem in religionis ſpecie, ſeu Sacramenti cultus, quem expreſsè intendit, ſed omittens fœmina, hoc, non aliud præceptum lædit: ergo ſolùm in religionem peccat.

11 Ad argumentum autem primũ dicendũ eſt; legislatores indifferentes res præcipiẽtes, eas in alicuius virtutis, quam intendunt, materia conſtituere: & tũc intẽti finis ratione iudicãdum, & cognoſcendũ eſſet genus, vel virtutis ſpecies, conſequenterq; natura, & peccatorũ ſpecificatio, vt videbis abſtinẽtiæ exemplo. Poteſt enim agi, vel iuberi abſtinẽtia ex affectu Deum placandi, tuncque erit charitatis opus, vel ex affectu, pro peccatis ſatisfaciendi; quod pœnitentiæ

opus

opus eſt, vel ex affectu ſpiritui carnem ſubijciendi, quod dices caſtitatis opus: quia abſtinentię eſt libidinem cōtundere, & carnis rebellionē in ſpiritū rationi ſubiectam facere. Erit autē propriè tēperātię actus, ſi abſtineas ab hoc, vt ſuis exercēdis functionibus mens aptior fiat: vnde eodem modo prędictis actibus de oppoſitis peccatis iudicādū eſt.

12 Atque ad ſecundū eſt reſponſio, ſacras litteras, Patres, Concilia de obedientia loqui materiali, ſeu generali. [d] Quocirca peccatū diffinit D. Ambr. *Peccatum eſt cœleſtiū inobediētia mādatorū, et diuini prauaricatio præcepti.* Eademq; ratione omnem actum, vel omiſſionem, per quā proximo præbetur peccandi occaſio, ſcandalum vocant. Cum tamen ſcandalum, verè, ac propriè loquendo, nō committatur, niſi cū quis ex directa intentione proximū pręcipitandi operatur. Quod D. Thom. 2. 2. q. 43. art. 3. & recētiorum communis opinio habent; vnde ad confirmationē clara eſt ſolutio.

13 Ad tertium. Maior diſtingui debet. Quod ſi dari velit præceptum præcepta exequendi opera, vel non exequendi vetata, concedenda eſt. Si autem obediendi pręceptum dari mēs ſit, ita vt pręcisè, & expreſsè bonum opus faciamus, quia præceptum eſt, negare cogemur. Eſt ratio, quia nunquam neceſſe eſt, fiat præcisè opus bonum, quod ex pręcepto debitum eſt; ſed ſufficiens erit, vt pręcepto ſatisfiat, fiat ob intrinſecam boni ipſius operis honeſtatem; vel vt Deo placeamus; maximè cū ſit dilectio legis plenitudo. Nullum itaque Dei, aut Eccleſię inuenitur pręceptum, quo ad opera obligemur facienda ex ea pręcisè intentione; iubent enim om̄nia fieri opus ipſius intrinſecę honeſtatis cauſa.

14 Impletur igitur obediendi, & ſubiacendi ſuperioribus præceptum: partim, ſi iuſſa exequamur, etiam abſque illa præciſa intentione præcepto ſatiſfaciēdi: partim, ſi velimus ſuperioribus ſubeſſe quicquid velle poſſumus, vel ob Dei amorem, vel ob aliam honeſtam cauſam, ſine formali obediendi intētione. Dum tamen adimplemus præceptum, adimpletioni contrariam intentionē non habere obligamur (formalis enim inobedientia vetatur per expreſſum, & particulare præceptum) cum hac tamē iūtentione præ-

ceptum re ipſa impleri poteſt, ita vt ne illius habearis præuaricator, aut amplius tenearis opus exequi; quia per præceptum, ieiunij verbi gratia, id ſolũ nititur legiſlator, vt virtutis tẽperantiæ opus fiat, non autem vt ex affectu fiat præcepto ſatiſfaciendi. Regulariter tamen quando homo formaliter, vel materialiter præcepta implet, illa implere vult: alioqui ad opera, verbi gratia, ieiunãdi, & macerandi ſe flagellis, & ad reliqua ſimilia vix opportunè ſe applicabit. Veruntamen in executione vti eo motiuo non tenetur, ſed ſatis eſt, ſi opus faciat ex propriæ honeſtatis affectu, & amore. Vide Leſſium diffusè dicentem d.lib.2.cap.46. dub.6. num.42. & 43.

ANNOTATIO.

15 *Dignoſcantur.* [a] Diſtinguẽdum eſt inter diſtinctionem, & grauitatẽ peccatorum: nam peccata ex præceptis diſtingui tradũt Caiet. 2.2.q.186. art.9. verſ. ad hoc, Soto, & Gabriel, quos refert, & ſequitur Salas 1.2.q.72. tract.13. diſp.3. ſect.3. ſect.2. à nu.12. vbi latè probat. Grauitas verò peccatorũ differt ſecũdum dignitatem virtutum, quibus opponũtur, Say. in claue Regia lib.2.c.7.nu.6. Azor lib.4.cap.19.q.4. Salas d.tract.13. diſp.5. ſect.3. nu.25. poſt alios.

16 *Opinantur.* [b] De quo Suar. lib.4. de religione, c.7.n.1. tom.1. Nec enim in omni peccato inuenitur malitia inobediẽtiæ, Azor tom.2. inſtit. moral. lib.5.c.5.q.2. & poſt D.Thom. & alios Salas 1.2.q.73. tract.13. diſput.5. ſect.15. nu.156. cum ſeqq. de quo infra num.18.

17 *Poteſtatem habere.* [c] Latius Suar. de legibus lib.3.c.12. à num.13. & lib.4. de ſimonia, c.7. à nu.4. tom.1. de religione.

18 *Generali.* [d] Dantur aliquæ circũſtantiæ generales, quę ſunt cõmunes omnibus, vel pluribus peccatis, vt inimicitia, & quaſi odium Dei, de qua D.Th. 2.2.q.23. art.4. ad 3. imprudentia, de qua q.53. art.2. inobediẽtia, de qua q.104. art.2. ad 1. & q.105. art.1. ad 1. ingratitudo, de qua q.107. art.2. ad 1. & 2. & 3. par. q.88. art.4. ſuperbia, de qua q.162. art.2. & 8. ſcandalum, cuius mentionem poſt D.Thom. facit Illuſtriſs. Auctor in præſenti; D. autem Th. communiter receptus, citatis locis docet has circumſtantias generales non dare ſpeciem actui, niſi ſint directæ, & in ſe volitæ.

SVMMARIVM.

Hæreticos occultos, virtute Cruciatæ abſolui poſse, tenent nonnulli, num. 1.

Solicitans in confeſſione, abſolui poteſt abſque obligatione ſe deferendi, num. 2. 13. *&* 21.

Superior poteſt ſub excommunicatione præcipere, vt teſtificentur ſcientes intra certum terminum, num. 3.

Obligatio denunciandi intra certum terminum, eo tranſacto, etiam obligat, & intra quem terminum, nu. 4. 5. *&* 24.

Fœmina in confeſſione ſolicitata, abſolui non poteſt in foro conſcientiæ, niſi deferat ſolicitantem, & an ab excommunicatione, nu. 6. *&* 25.

Edictum in ſolicitantes nullum, qui ſciuerit, excipit, nu. 7.

Fœmina ſolicitata, quare virtute Bullæ abſolui nequit, nu. 8. *&* 29.

Fœmina ſolicitata quando abſolui poſſit virtute Bullæ ob non delationem, nu. 9.

Fœmina ſolicitata, ſi differat ex cauſa denunciationem, & abſoluatur, ea ceſsante denunciare tenetur, nu. 10. *&* 30.

Fœmina ſolicitata an abſolui poſſit à Mēdicātibus, n. 11. *et* 31.

Mendicantes abſoluunt tantùm in foro animæ, & à caſibus Summo Pontifici reſeruatis, & excommunicatos nominatim, num. 11.

Mendicantes non poſſunt abſoluere à caſu hæreſis, nu. 11.

Hæreticus occultus abſolui non poteſt virtute Bullæ, vel Iubilæi, nu. 12. 29. *&* 32.

Hæreticus licet non teneatur ſe prodere Inquiſitoribus, à confeſſario tamen abſolui non poteſt, nec cogi ab eo, vt Inquiſitoribus ſeſe repræſentet, n. 13.

Hæreticus ab Epiſcopo virtute Tridentini non abſoluitur, ex veriori, nu. 14.

Epiſcopus non abſoluit à caſu hæreſis occultæ, ex Trid. nu. 14.

Inquiſitores cum toto Senatu, & vnuſquiſque in foro conſcientiæ abſoluere poſſunt hæreticos occultos, nu. 15.

Inquiſitores omnes, vel quilibet poſſunt delegare poteſtatem abſoluendi in foro conſcientiæ, num. 16.

Inquiſitor, vt abſoluat, vel delleget, non indiget ſacerdotali ordine, nu. 17.

Hæreticus occultus quid efficiet ad impetrandā abſolutionem, abſque

abſque proditione ſui, nu. 18.

Impeditus adire Romam ad abſolutionem impetrandam, poterit ab Epiſcopo abſolui in qualibet cauſa Summo Pontifici reſeruata, num. 19.

Epiſcopus abſoluit à caſibus reſeruatis impeditum, nu. 19.

Confeſſor non poteſt abſoluere à caſibus reſeruatis extra mortis articulum iure proprio, ſecus ex tacita cōmiſſione, quando ſuperior abeſt, num. 20.

Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. ad fin. de doctrina, nu. 20.

Fœmina aborsum procurans, nō ligabatur olim excommunicatione per Bullam Sixti Quinti, num. 22.

Pater iubens ſcindi venam ad filię aborsum, incidit in pœnam excommunicationis, non verò filia conſentiens, contra Viuald. nu. 23.

Fœmina ſolicitata, quæ incurrit excōmunicationem ob taciturnitatem, abſolui poteſt ab excommunicatione per confeſſarium, virtute Iubilæi, cum obligatione denunciandi, nu. 25.

Edictum contra ſolicitantes an ceſſet, ceſſante præſumptione contra confeſſarium, nu. 26.

Confeſſor quidā per plures annos ſolicitās in confeſſione, delatus fuit poſt decem annos, nu. 26.

Fœmina ſolicitata, ſi abſoluatur à confeſſario, an confeſſarius puniri debeat, nu. 27.

Dicta teſtium, & accuſatoris, proceſſusque apud Inquiſitores facti non reuelantur, nec deteguntur, nu. 28.

Parte ſatisfacta, vt abſolutio dari poſsit, non intelligitur de Iudice, nec quando pœna imponitur, num. 29.

Hæreſis caſus ſemper cenſetur exceptus in Bullis Cruciatæ, num. 29.

QVAESTIO XXI.

Vtrum Cruciatę Bullę virtute, aut Iubilęi alterius, ſeu priuilegij dignæ ſint abſolutione perſonę, quę conſultò omiſerunt denunciationem de confeſſarijs ſolicitantibus.

1 ET partem negatiuam probes, ijs fretus, poſſe abſolui in ſacramentali foro hæretica prauitate occultè contaminantes ſe omnes: ergo à fortiori, quos indicauit cōtactos leuis ſuſpicio. Antecedens, cui adhæret difficultas,

cultas,probat Sot.in 4.diſt.22. q.2.art.3.concl.5.verſ.primus caſus,in fine,cui accedit Cord. Sylu.allegãs, & alios in ſumma facta Hiſpaniſmo,q.8.in fi.Peñ. ad Directorium 2.par.cõment. 25.verſic.quod ſi quis quærat. Ratio eſto,hæreticos exceptum iri à Pontifice,ſi nollet eoſdem abſolutos talis huius facultatis virtute,vti à Cruciata exceptos voluit felicis recordat. Gregorius XIV.atque eoſdem excepit Pius V. in Bulla Iubilæi anno 1568.teſtante Peñ.ſupra citato loco:ergo abſoluas in pœnitentiali foro,quos nõ excepit Pontifex. Conſequens ſatis luſtramus probatione quæſt.2.

2 Secundò,abſolui rectè poterunt confeſſarij ſolicitantes, nullum gignente obſtaculum emiſſa excõmunicatione Inquiſitorum iuſſu:ergo rectiùs & ſolicitatæ fœminæ. Conſequens ex eo inferas: enodat Bulla obnoxios,qui non innoxios? Probat antecedens D.Th. doctrina 2.2.q.69.art.1. Ex quo Rojas de fauore fidei, ſingulari 3. nu. 35.Simanch.de Catholic.c.42. nu.13.dum firmant,hæreticum ſecretò errantem,non teneri ad ſui ipſius denunciationẽ: noſq; diffuſius diximus q.10. num.4. Et in ſpecie,[a] & crimine, de quo agitur, tradit Eman. Rod. in ſum. part.1. cap. mihi 207. concl.1. Eo maximè, quia excommunicatio culpam, & peccatum ſupponit mortiferum, quodammodo ex vi naturæ hominem propellens à beata illa vita, c.omnis Chriſtianus, 11. q.3. Dumque procul quis eſt à tali hoc peccato, eadem illa vita iurè fruetur: nam ſola mortalis culpa Dei conſortio hominem dedignatur, c. vnum orarium, verſ.nunc autem, diſt.25.

3 Verum pro reſolutione Breuis præmitto, poſſe eccleſiaſticum Præfectum, & ſuperiorẽ legitimum excommunicationẽ fulminare non ſolùm iam commiſſis cauendis peccatis, ſed nouis ſtatuendis præceptis, nouis oneribus. Licet enim quis non vocatus, non rogatus coram Iudice teſtificari non teneatur: vocatus tamen poſtea, iuridicè rogatus, obedire, & teſtificari cogetur, quia æquum præceptũ eſt, onus imponens, etſi prius aliud eſſet. Atque idem intelligas ſub impoſito generaliter præcepto, quod non minus efficax, non minus neceſſarium dicas, qui vides Iudicẽ latere perſonas verum ſcientes; ob id nõ

poſſe

poſſe ſpeciatim, & nominatim vocari; erit ſatis, vt vocentur, vt interrogētur, generale illud, *qui hoc ſciuerit.* Vnde ſi latæ ſententiæ huiuſmodi ſub excommunicatione intra certum terminum alicui pręcipiatur reuelatio, ipſa religatur, qui pręſcriptum exit terminum, velationis tenax, quia præceptum iuſtum eſt, & pro graui materia, quę finem continet ferendæ cenſuræ vrgentem. Tradit in ſimili D. Suarius de cenſur. diſput. 20. ſect. 3. nu. 3. 5. & 6.

4 Præmitto ſecundo excommunicationis conſumpto illo termino, non conſumptam [b] denūciādi obligationem, immò teneri quemuis edicto ſemper obedire, cum dierum illud ſpatium non detur, vt extinguatur, ſed vt differatur obligatiō. Propterea ſi edicti quis ignarus, aut iuſta aliqua armatus excuſatione, non intra præfixum terminum compareat, mandati tandem iam gnarus, & impedimētis illis iuſtis iam expeditus, comparere tenetur; atque non teneri ſtatim ac ſciat, probabile eſt; ſufficiens erit, Iudici ſe ſiſtere teſtimonium dicturum intra æqualem terminum, qui per edictum conceditur, quia non debet peioris eſſe conditionis.

5 Eadē igitur ratione, ſi quę à teſtificādo incommoda excuſent, vel æquę aliæ cauſę; his ablatis, nō excuſabitur; cui tali non oportebit concedi nouum terminum, noſcenti iam de edicto, & ſciēti, tempus nacto deliberandi, conſulendi, ſi ſit opus. Tradit doctiſſimè Suar. de cenſ. d. diſp. 20. ſect. 3. nu. 14.

6 Quibus pręmiſſis, erit cōcluſio: ſpirituales filias in confeſſionis actu ſolicitatas, teſtimonium tacentes, non abſolui poſſe à confeſſarijs, [c] etſi maximè priuilegiatis, donec peccatum propalent Inquiſitoribus. Similiter dicendum, non poſſe ab excommunicatione liberari, etſi Cruciatam, vel alterum quoduis Iubilęum appellantes. Concluſionis primam partem, nō poſſe ſcilicet abſolui à priuilegiatis, tenet expreſsè Eman. Rod. tom. 2. regul. q. 27. art. 10. in princ. & in Sum. par. 1. cap. mihi 207. conc. 1. Secundam partem veriſſimam, & certiſſimam dixit conſultus D. Franciſcus Suarius.

7 Hoc autem liquet liquenti probatione, quia per excommunicationis edictum iuſſæ ab Inquiſitoribus, nullum excipitur

tur crimen, aut peccatum; ſed ſolicitatę mulieri, vel cuiuis alteri perſonę, ſcienti quouis modo, ſub excõmunicatione illud tantùm imponitur, vt de cõfeſſario ſolicitante deferat Inquiſitoribus. Nullus igitur, ſi ſciuerit, ac os cõprimat, poterit vnquam aliquo modo abſolui, dũ non ſatisfaciet legitimi ſuperioris impoſito pręcepto.

8 Neque Bullæ, indultave obſtabũt, reſeruatis caſibus abſoluendis poteſtatem tribuentia; quia huiuſmodi perſonas non dicas abſolutionis incapaces, alicuius reſeruationis reſpectu, ſed quia cui iure tenentur, non ſatisfaciunt. Hinc redduntur abſolutioni inhabiles, cum à cenſuris neminem abſoluas, niſi pręuia congrua ſatisfactione,[d] cap. ex litteris, ibi, *ſatisfactionem congruam*, de conſtit. Firmat ratio: ſi enim ſatisfactione omiſſa, debitor abſoluatur, nullo cenſura fruitur fructu, cõtra cap. inter hęc, in fi. ibi, *ſed viuificat*, 33. q. 2. Diſrumperetur inſuper neruus eccleſiaſticę diſciplinæ, quod maximè deteſtantur iura, cap. cum inter, de conſuetud. Clemen. 1. in princ. de ſent. excomm.

9 Limito tamen, fœminas culpabiliter non denunciantes ob idque excommunicationem incurrentes, tunc videri abſolui poſſe per Cruciatam, ſi poſteà quid ęquum cauſet, vt differatur denunciatio, vel ob aliquid cauſæ obligatio extinguatur, nempe ſi confeſſarius, de quo denunciandum erat, mortem obiuit. Videtur prętereà poſſe in hanc rem practicari Doctorum opinio mihi adductorum in primo argumento. Eritq; ratio, quod iam non datur denunciandi obligatio, atque ęquo ſatisfaciendi pręcepto, ſed extat tantùm, quam incurſum eſt, excommunicatio; hanc tollat Cruciatę virtus.

10 Illud tamen moneri debent fœminæ, cum detur caſus, & cauſa legitimè denũciationis prorogãdę, ipſaſmet ſub eiſdem pœnis poſt abſolutionẽ ad denunciationem obligari,[e] cum primum tulerit opportunitas, nõ ſecus ac cum furanti donatur abſolutio, cui tamen ſemper incumbit reſtitutio. Docęt in ſimili Suar. de cenſ. diſp. 29. ſect. 2. num. 14. ac deducitur ex cap. eos, de ſent. excomm. lib. 6.

11 Rogabis autem, vtrum Mendicantes valeãt abſoluere fœminas in ſimilibus his caſibus

bus poſitis d.nu.9. Quęſtio eſt; atque bene interrogāti eadem laus,ac reſpondenti. Affirmatiuam partē ex eo ſuadeas,quòd priuilegia,virtute quorum Mendicātibus licet abſoluere in foro animę, nō proceſſui obſtant in criminoſos. Quod videas in Inquiſitorū Repertorio, verbo cōfeſſio, §.vtrum ſi in foro, fol. 163. Vmbert.in Praxi Inquiſit. ver.abſoluere,num.1.& 6.Zanchin.de hęreticis,cap.34.nu.1. Quod hac roboratur ratione, quia ipſorum Mendicantiū priuilegia pro animę foro tantùm valent,nihilq; implicant gubernandę Eccleſię,aut in delinquētes procedendi externo modo. Ob id meritiſſimo factū eſt pro pœnitentium cōſolatione, pro faciliori remedio, vt animarum ſalus, & remedia ſemper rata, ſemper in promptu ſint. Iuuat poſſe Mendicantes abſoluere à caſibus, quos ſibi Pontifex excepit. Tradit Emanuel Roder. de regularib.tom.1.q.61.art.5. qui etiam nominatim excommunicatos abſoluere poſſunt, vt per eundem art.6.

Facit in contrariū,non poſſe prędictos ab hæreſis peccato abſoluere, vt patet, ac tenet Eman.Roder. tom.1. quęſt.20. art. 10.[f] Solicitationis autem crimen etſi non hęreticum, hęreſi tamen adhęret. Tu lector diſcute,iudica.

12 Argumentum primum, quod eſt in quęſtionis veſtibulo,diluas ex noſtro fundamēto. Habes etiam non contemnendos Auctores,[g] qui ſic opinantur,nullo modo poſſe confeſſarios Iubilęi,Diplomatis,aut Bullę Apoſtolicę virtute hęreticos abſoluere,crimina ſua expiātes: contendit fortiſſimè Couarr.in cap.alma mater,par.1.§.11.nu. 15. quem ſequitur Simanch.de Cathol.cap.3.num.2. Rojas de hęreſ. 2.par. num.321. Ad ſecundum autem ex primo, & ſecundo reſponſionem deſumes.

ANNOTATIO.

13 *In ſpecie.*[a] Idem tenent Henriquez lib.3.de pœnit.cap. 10.§.2.lit.H. Lucius in ſumma ſummar.cap.24.nu.11. diuerſa tamen ratione ſolicitans ſe prodere non tenetur ab ea,qua hęreticus: hęreticus namque non tenetur ſe prodere,vt Illuſtriſſimus reſoluit in pręſenti,& q.10. nu.4.& Cerola,verb.hęreticus, in fi.à cōfeſſario tamen abſolui non poteſt, Azor.1.tom.lib.8. c.19.q.1.Farinac.de hęreſibus, q.192. nu.60. nec etiam ab eo

cogi poteſt, vt fidei cenſoribus ſuam manifeſtet hæreſim, Simanc.de Cathol.tit.3.nu.5.

14 Hodieque verior videtur nec ab Epiſcopo in foro cõſcientiæ virtute Trident. Seſſ. 24.cap.6. de reformat. poſſe abſolui, de quo, vltra alios Eman. de Regul.1. tom. q.20. art. 10. Henriquez lib. 6. cap. 14.§.7.litera M.Nauarr.conſil. 15.de ſent. excõmunicat.Azor. d.cap. 19. q.3. Suar. de cenſur. diſput.21.ſect.3.à nu.4.Garcia de benefic. 2.tom.p.11.cap.10. à nu.112.Sanchez de præceptis decalogi tom.1. lib.2. cap.11.à nu.26.Param. lib.3. de origine Inquiſit.q.9. nu.191. Farin. de hæreſibus q. 192. nu.61. quid ergo in re graui hæretico conſulendum?

15 Suppone ex veriori Inquiſitores inſimul in toto Senatu,& vnumquemque abſoluere poſſe in foro conſcientiæ hæreticum occultum, Gutierrez q. can.p.1.cap.13. nu.7. Graphis lib.2. cap.9. nu.5. p.1. Viuald. edit.anno 1602.tit.de abſolut. nu.15.p.1.Sanchez de præceptis decalogi tom.1.lib. 2.c.12. nu.4.licet totum requirant Senatum Henriquez lib.6. de pœnit.cap.7. §.3. litera T. ad fin. Ema.in Bulla,§.9.nu.70. in fin. Param. lib.3. de origine Inquiſit.q.9.nu.190.

16 Poſſe item & delegare eandem facultatem Sanchez d. nu. 4. quidquid neget Campegius in addit. ad Zanchin.c.34. dubitet Simanc. de Catholicis tit.3. nu.5. totum requirat Senatum Henriq.d.§.3. litera T.

17 Nec in Inquiſitore ad hanc in foro conſcientiæ abſolutionem, vel delegationẽ impertiendam ſacerdotalis requiritur ordo,Sanchez d.nu.4.

18 Occultus ergo hæreticus,qui reſipiſcit,per ipſum cõfeſſorem ab Inquiſitore, vt ab ipſo confeſſario abſoluatur, facultatem impetrabit, Simanc. de Catholicis tit.3.num.5.Aduertendum autem notabiliter, quod licet ſacra Congregatio cenſuerit Inquiſitoribus non licere abſoluere hæreticum occultum in foro conſcientiæ,ſtãte Bulla cœnæ, prout tenet Riccius in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ.552.nu.3.Id tamen non habet locum in Hiſpaniæ Inquiſitoribus ex rationibus, de quibus Garcia de beneficijs 2.tom. p.11.c.10 à nu.120. Si facultatem verò Inquiſitor neget,quid faciendum nullus explicat.Ego

ſub

ſub cenſura conſulerem, vt cõfeſſarius ab Apoſtolico Nũcio, hanc petat facultatem, quam ſi dare nequeat, tunc mittat Romam per Bancharium ad maiorem pœnitentiarium, vt eam in partibus idoneo cõmittat cõfeſſario; interim verò, dum hęc expectatur facultas, obſeruet pœnitens ea, quæ de occulto excommunicato, non data de pręſenti confeſſoris copia, tradunt Nauarr. in manu. cap. 27. nu. 239. Henriquez lib. 6. de pęnit. cap. 15. §. 7.

19 Quid adhuc ſi propter paupertatem, aliudue legitimũ impedimentum non valeat Romam mittere? recurrat ad Epiſcopum, qui non abſoluet iure proprio virtute Trid. Seſſ. 24. cap. 6. de reformat. vt ſupra reſoluimus, ſed ex tacita Pontificis commiſſione iuxta tradita per Nauar. in man. cap. 27. nu. 89. Henriq. lib. 6. de pęnit. cap. 10. §. 1. cap. 9. §. 7. & cap. 16. §. 1. Molin. tom. 4. de iuſtit. tract. 3. diſp. 64. nu. 11. Sanchez de matrimon. lib. 2. diſp. 40. nu. 3. docentes impeditum adire Romã poſſe abſolui ab Epiſcopo ab omni excommunicatione ſummo Pontifici reſeruata.

20 Sic dum Trid. Seſſ. 14. cap. 7. ad fin. in doctrina, negat poteſtatem confeſſarijs abſoluendi à caſibus reſeruatis extra mortis articulum, intelligitur directe, & proprio iure, ſecus indirecte ex tacita commiſſione, dum abeſt ſuperior, Henriquez d. cap. 10. §. 5. litera D. Vnde cauẽdum eſt à Sylu. verb. abſolutio, 4. nu. 7. dum excipit, niſi abſolutio concedatur tantùm in mortis articulo: confunditur enim eius fundamentum ex cap. eos, de ſentent. excommunicat. in 6. iuncto cap. ſi quis ſuadente, quod dubitans aduertit Molin. d. nu. 11. & probabiliſſimum dicit Sanchez d. nu. 3.

21 Ad rem redeundo, per cõtrarium ſolicitãs à quolibet abſoluitur confeſſario, ex illuſtriſſimo, Emanuel. Henriquez, & Lucio citatis ſupra nu. 13. Ratio eſt, quia breuis, ſeu potius edicti excommunicatio in fęminã dirigitur non reuelantem, non verò in ſolicitantem, aduertit auctor illuſtriſſimi hic.

22 Sic alias fęmina pręgnãs aborſum procurans nõ ligabatur excommunicatione per Bullam Sixti contra procurantes aborſum (quæ iam ad iuris terminos redacta eſt per Gregor. XIV. aduertit Viuald. 3. part. ad

fin.

ſin. illius Bullę) Henriquez de pęnitent.lib.6. cap.10.§.2.lite-H. contra Viuald. in expoſit.d. Bullæ nu.10. Eman.in Bulla, §. 9.nu.52. verſ. ſexto, ad fin. Licet enim Pontifex circa pęnas temporales prægnantem, quę aborſui operam dedit, vt homicidam comprehendat, addens tamen excommunicationem pro iniuria contra iuſtitiam, nõ meminit prægnantis, ne cogat prodere ſe, quę forte ad vitandum graue infamię periculum abortijt, aut ſi tantum ſit paſſa quamuis culpabiliter, non fecit contra iuſtitiam.

23 Vnde ſi pater, qui ſcit filiam grauidam inducat medicũ ſub ęgritudinis ſpecie, medicuſque inſcius venã ſcindi iubeat, quamuis pater inciderit, filia tamen conſentiens non incurrit contra Viuald.d.nu.10.verſ. ad ſecundum.

24 *Non conſumptam*, [b] adde Henriquez lib.13. de excõmunicat.cap.18.§ 6. litera Q.

25 *Non poſſe abſolui à confeſſarijs*, [c] adde Henriquez lib.5 de pœnit.cap.10.§.11. litera T. Lucius tamen in ſumma cap. 24. nu.11. aſſerit poſſe abſolui ab excommunicatione, quam incurrit, virtute Bullæ, vel Iubilæi, dum tamen denunciare Inquiſitoribus à confeſſario abſoluente cogatur.

26 Tametſi in dubiũ reuocari viderim, vtrum ſi ceſſet præſumptio, qua motus Põtifex eſt, ibi: *Nos in animum inducere nequeuntes*, poſſit quilibet confeſſarius virtute Bullæ abſoluere, ſed ego reſpondi iudicium illud diſcernendi circa ſuſpitionem de Fide, quæ reſultat ſuppoſita Põtificis præſumptione, non competere confeſſarijs, ſed Inquiſitoribus ex ipſius Pontificis diplomate: dubium mouebat, quod quidam confeſſarius per decem, & plures annos perdite, & effrenate ſolicitationibus, & turpibus in ipſo confeſſionis loco, & actu operam dederat, per quod tempus à nulla ſolicitata delatus eſt, prout vidimus. An virtute Iubilæi, vel Bullæ abſolui quis poſſit ab omni caſo reſeruato, excepta hære ſi formali, ſub qua hæreſis ſuſpitio non comprehendatur, alij videant?

27 Altera erit quæſtio, quid ſi fęmina ſolicitata de facto abſoluatur, ait Emman.in ſumma, 1.par.cap.204. alias 207.nu.1. confeſſarium, qui fęminam ſolicitatam abſoluit, nec ad denũ-

ciandum cogit, puniri debere: ſed hæc opinio improbabilis mihi videtur. Tum quia agitur de re improbabili, & de reuelando cõfeſſionis ſigillo. Tum etiam, quia alterum inſurgit dubium, quis punire debeat, non Inquiſitores; quia abſolutio in hoc caſu non eſt hæreſis, nec hæreſim ſapit manifeſte, iuxta notata per text. ibi in cap. accuſatus, §. ſane de hæret. in 6. non ordinarius, quia ad puniendum in hoc caſu indiget probatione, petetque confeſſionem, & delationẽ fœminæ ab Inquiſitoribus religioſe ſeruatam, & nemini detegendam.

28 Prout moris eſt ex noſtro auctore, q. 19. nu. fin. ad fin. Caſſador. decif. 1. de præſumpt. Viuald. decif. 134. num. 2. p. 3. Nauar. conſ. 1. de iudicijs ad varia inferentes, ſed cum hæc ſecretioris ſint aulæ, alii videant, an confeſſarii ſolicitatã abſoluentis punitio ſit practicanda.

29 *A cenſuris neminem abſoluas, niſi præuia congrua ſatisfactione.* Subtilis ratio, ſed cum in omni cenſura iudicis offenſio generalis ſit, nomine partis nõ intelligitur Prælatus, nec iudex præcipiens, ex Sot. in 4. diſt. 22. q. 2. art. 3. col. 2. Gut. 1. q. can. c. 5. nu. 30. cum ſeqq. Henriquez lib. 7. de indulgentijs, cap. 13. §. 2. litera M. & lib. 13. cap. 28. §. 1. litera L. Suar. de cenſur. diſp. 7. ſect. 5. num. 47. etiam ſi iudici pecunia in pęnam ſit ſoluenda Henriquez d. §. 1. & præcitati; ſic ſub partis ſatisfactione non includitur pęna, quæ pro excõmunicatione, vel alia legis tranſgreſſione incurritur, ſi quidem ea non ſoluta poteſt à peccato, & excommunicatione abſolutio concedi, ex gloſ. verbo officij in Clem. 2. de hæret. quam ad hoc poſt Aret. notat Nauar. cap. 23. nu. 66. & conſ. 75. num. 38. de regularibus, Couar. de ſponſal. 2. p. cap. 6. §. 8. num. 17. Ratio igitur, ob quam cæteri cõfeſſarij nõ abſoluunt ab hoc caſu virtute Bullæ vel Iubilæi, eſt propter reſeruationem in caſu hæreſis, qui in Bullis sẽper exceptus cenſetur, vt eſt communis, & recepta Henriquez lib. 6. de pęnit. cap. 16. §. 2. Garcia de benefic. 2. tom. p. 11. cap. 10. nu. 109. & citati nu. 12. & 32.

30 *Oligari*,[e] adde Hẽriquez lib. 13. de excommunicat. cap. 18. §. 6.

31 *Tenet*,[f] Eman. d. art. 10. agit de Prælatis ſuperioribus reſpectu ſuorum ſubditorum; quo

quo relicto in hac quæſtione reſoluerem poſſe abſolui fœminam à mendicantibus, cũ enim iam denunciandi ceſſet præceptum, reſtat tantum excommunicationis reſeruatio, & cum ipſi a Romano Pontifici reſeruatis virtute priuilegiorum poſſint abſoluere ex noſtro auctore in præſenti, à fortiori poterũt abſoluere à reſeruatis inferiori, quandoquidem virtute Bullæ poteſt abſolui fœmina ſolicitata ab excommunicatione etiam ſtante denunciandi obligatione, ex Lucio in ſumma cap. 24. nu. 11. vt diximus ſupra nu. 25. Ergo ſi iam denunciandi obligatio ceſſauit, maiori cum ratione abſolui poterit virtute Cruciatæ, Iubilæi, vel ſimilium priuilegiorum, quibus abundãt mendicantes & per participationem cæteri religioſi.

32 *Non contemnendos auctores*, & ad de Henriq. lib. 6. de pęn. cap. 16. §. 2. poſt plures, quos citat.

SVMMARIVM.

Solicitationis crimen improbabile videtur nu. 1.

Fœminæ à teſtificando regulariter repelluntur nu. 2.

Fœminæ naturaliter mendaces, per iuræ, doloſæ, variæ, & corruptibiles nu. 3.

Teſtes ſingulares non probant plene, nec etiam in hæreſis cauſa ex praxi recepta, nu. 4. contra nu. 12. & 13.

Teſtes ſingulares nec in genere probant delictum nu. 5.

Fœminæ egregiæ nõ tenentur teſtificationis cauſa ire ad iudicem nu. 6. & 17.

Singularitas triplex diuerſificatiua, obſtatiua, & adminiculatiua num. 7.

Fœminæ ſingulares plene probãt ſolicitationem nu. 8. contra num. 18.

Solicitationis crimen probari nequit, niſi ex fœminarum teſtimonio nu. 9.

Sigilli ſacramentalis fractio probari nequit, niſi per teſtes ſingulares nu. 10.

Sigilli fractionem neganti confeſſario an credendum nu. 10. & 21.

Fœminæ admittuntur teſtes in crimine hæreſis, læſæ Maieſtatis, & exceptis nu. 11.

Fœminæ de iure canonico admittuntur teſtes in criminibus,

quando iudex ex officio, vel per Inquiſitionem procedit numer. 11.

Hæreſis in genere eiuſdẽ ſpeciei probatur per teſtes ſingulares ex Simanc. nu. 12. ſed contra nu. 23. & 25.

Lapſus in vnam hæreſis ſpeciem, ſi poſt abiurationem in diuerſam relabatur, relapſus eſt nu. 13.

Fœminæ nobiles ad tribunal S. Officij ire tenentur teſtimonij cauſa, niſi clauſura, valetudo, aut quid aliud impediat numer. 14.

Hiſpania ex tribunali Sancti Officij nobilis, & felix nu. 15. & 40.

Caroli Quinti, & filiæ Ioannæ Sebaſtiani Regis matris exẽplum memorabile graſſante Lutheraniſmo à Cazalla in Hiſpaniæ promulgato nu. 16.

Fœminæ ſolicitatæ ſunt teſtes nõ adminiculantes, ſed diuerſificatiuæ nu. 18.

Cinædus ex teſtibus ſingularibus non damnandus nu. 18.

Sigilli ſacramentalis fractio per teſtes ſingulares probatur, nõ tamen plene, & ideo ordinaria nõ imponitur pœna nu. 19.

Hæreticus conuictus per teſtes ſingulares non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria, nec corporali num. 20. & 26.

Sigilli ſacramentalis fractio ſi in dubium reuocetur, & ſit quæſtio inter pœnitentem, & confeſſorem, eſt præſumptio contra confeſſorem arbitrarie puniẽdum, ſi vero inter confeſſorẽ, & tertium, erit pro confeſſore præſumptio nu. 21.

Suarez reijcitur diſtinguens inter reuelationem confeſſionis in bonum, vel in damnum nu. 22.

Filius ex confeſſoris reuelatione non excluditur ab hæreditate patris.

Teſtes ſingulares non probant in cauſa hæreſis, etiam cum adminiculis, & cum voce, & fama nu. 24.

Adminiculorum regula locum nõ habet, vbi non datur ens numer. 24.

Teſtes ſingulares omni exceptione maiores probant ad pœnã extraordinariam nu. 26.

Teſtes ſingulares, & infames nõ probant, licet ſtatuto inhabiles admittantur nu. 27.

Teſtes plures defectus patientes, non admittuntur, licet ſtatuto inhabiles admittantur numer. 27.

Com-

Complices, ſingulares & deponentes vi, vel metu tormentorum nullo modo ſufficiunt ad condemnandum nu.28.
Tortura in caput alienum leuis, & moderata debet eſſe nu.28
Teſtes ſingulares licet probent in alijs criminibus, nuſquam tamen in crimine hæreſis nu.29
Cap. vlt. de ſucceſſoribus abinteſt. num.30.
L. qui ſententiam C. de pœnis nu.31.
Teſtes deponentes de eodem actu, loco, & tempore per diuerſa tamen verba plene probant, nec ſingulares dicũtur nu.31.
Perſonæ illuſtres tenentur ad reuelandum, & teſtificandum in cauſa hæreſis ire ad Sancti Officij tribunal nu.32.
Inquiſitio quo tempore, & à quo in luſitaniam introducta numer.33.
Sabauedræ fabula reiecta nu.33
Ioannes III. obtinuit Inquiſitionem, nu.34.
Inquiſitores Luſitaniæ numerãtur vſque ad præſens tempus num.35.
Albertus Archidux Auſtriæ Cardinalis Sanctæ Crucis in Hieruſalem Inquiſitor generalis Luſitaniæ, nunc Flandriæ Comes nu.36.
D. Ferdinandus Martiñz Maſcaregnac Inquiſitor Luſitaniæ generalis laudatus nu.37.
Sabauedræ nouella de Inquiſitionis introductione in Luſitaniam pateſit nu.38.
Archiua publica aliquando nouellis conſtant nu.39.

QVAESTIO XXII.

Quæ poſtuletur probatio probando crimini.

1 QVO commiſſo in loco adeò ſe moto, erit ad rem diligenter perquirere, qui poſſit iuridice innoteſcere, probari, adducique ad iudiciale forum eius cognitio. Quæſtio quidem proponitur magni momenti de re magna, quæ exerceat virorum peritorum iudicium; cum videatur improbabile crimen.

2 Probatur primò: quia mulieres, quæ ad lucem teſtificari debent, à teſtificando repelluntur, cap. forus de verborum ſigni-

gnificatione cap. mulierem, & ibi gloſ. verb. nec teſtis 33.q.5. cui ſimilis in cap. quoniã, verb. mulieres, verſ. iſtud de teſtibus, & ibi Abb. nu.2. in principio, vbi Felin.nu.1.verſ.non obſtat, dicit communem. Idem tradit Decius in l. fœminæ nu. 34. ff. de regulis iuris: firmat indubitatum Tiraq.in connub.l.9.nu. 61.Gomez variar. tom.3.c.12. nu.13.Maſcard.de probationibus lib.2.concluſ.763. nu.1.& lib.3.concluſ.1358.nu.80 Refert quam plurimos Farinac.de teſtibus q.59.à principio.

3 Quæ opinio innititur fundamento fortiſſimo, cum ex ſuapte natura mulieres mendaces, periuræ, doloſæ, variæ, & corruptibiles ſint; vt latè tradunt Tiraq.dict. l.9.nu.49.Maſcard.dict. conclu.763. atque elicitur ex ratione text. in dict. cap.forus.

4 Secundo, cum huiuſmodi mulieres teſtes ſint ſingulares, non pene, & plene probare poſſunt, cap. nihilo minus 3.q.9. cap.bonæ, verſ. contra, cap.cum dilectus, verſ. nos vero de electione. Quod etiam locum obtinet in hæreſis, vel hæreſi accedente crimine, quæ cautiori indiget proceſſu, c.vt officiũ, §. verùm de hæreticis lib.6. & ibi probant Ioannes Andreas, & alij, Antonius nu.20. ad finẽ in cap.cum oporteat de accuſationibus, optimè Abb.conſ.42. & alij, vt per Iaſon conſ.78.colum.3.lib.3. & in repetitione l.admonendi nu.212.ff. iureiurando. Additio ad Crotum de teſtibus nu.319. Decius in c.licet cauſam, nu.7.verſ. Sed contra, de probationibus. Refert alios Additio ad Alexand.conſ. 72.nu.3. lib.1. Simanc. de Cathol.c.64.nu.61. & 69. vbi dicit communem, & praxi receptam. Quod etiam agnoſcunt, & ſequuntur Boer. Palat. Clar. & Mench. quos, & alios memorat, & ſequitur Rojas de hæreticis 2.p.nu.134.non ſemel cõmunẽ profeſſus, Probat Card. Alban.ad Bart.in rub.C.de hæreticis, nu.5.optime Pen.ad 3. partem Directorij, comment. 121. per totum; Farin. de teſtibus, q 64.nu.202.

5 Id ipſum ſupra dicti Doctores interpretantes in caſu, qui eſt de probanda hæreſi in genere; quia etiã generis probatio in qualibet materia, vel ciuili, vel criminali, puta, iuriſdictionis, concubinatus, vſuræ, non concluditur per ſingulares

teſtes, vt obſeruat gloſ.in fin.in dict.cap.nihilominus, cui adhæ rent plures,vt per Abb.vbi ſup. nu. 76.& 69. Crotus de teſtib. nu.324.Mench. dicens commu nem ſucceſs.creat. §.4. nu. 45. ac probatur in d. cap. licet de probationibus, vbi de iuriſdi- ctione agitur in principio & di- ſtrictu in genere, ac tamen, vt habet tex. in verſ. quamquam, ſingulares teſtes non probant. Sic habent ibi Bald.Decl.nu.7. Iaſon dictis locis.

6 Tertio,& vltimò,pars hæc affirmari poteſt, quia nimis du- rum videtur, mulieres, maxime ſi nobiles,& virgines, ad denũ- ciationem cogi; cum tales hæ materiei turpitudinem (de qua neceſſario erit actio) obſcęnũ ſermonem de re obſcæna,in ſo- litum interrogantium alloquiũ, & pręſentiam maxime perhor- reſcant. Iuuat, egregias perſo- nas non obligari,[a] vt veniant examinandę coram iudice ali- quo,l.ad perſonas, & ibi Docto res ff.iureiurando, tradit Farin. de teſtib.q.77.num.1.Cum igi- tur videantur à denunciatione liberari,erit illatio, nunquam poſſe hoc crimen probari. Stat pręterea pro affirmatiua parte, de adeuntibus fęminis Inqui- ſitionis Tribunal, poſſe fore ſi- niſtram aliqua imbibi ſuſpicio- nem amiſſi pudoris quod hono ri noceret,& bonę famę.

7 Pro reſolutione autem pręmittendam habe triplicem in teſtibus ſingularitatem,illam cum diuerſitate, quam ſimpli- citer ſingularitatem, hanc cum contrarietate, quam obſtatiuã, alteram,& cum connexitate, quam vel cumulatiuam,vel ad- miniculatiuam dicas; vt proſe- quuntur, & per exempla expli- cant Bald. num.11.in cap.licet cauſam de probationibus,Sylu. conſ.51.nu.12.& Doctores cõ- muniter,ex Simanc.de Cathol. cap.64.num.62.Pen.ad Direct. 3.par.commen. 121. in princi- pio, Rojas de hęret. 2.part.nu. 122.Farin.de teſtib.q.64. à nu. 4. qui latiſſimè Doctores citat, & materiam differit; poſt quem Param.dict.q.10.nu.155.

8 His pręmiſſis,ſit cõcluſio, mulieres in quęſtione propoſi- ta, etſi ſingulares plene tamen probare.[b] Eſt ratio,quia ſingu- laritatem hanc non obſtatiuã, aut diuerſificatiuam, ſed admi- niculatiuam dicas, quę a teſtib. eſt,in quibus nulla eſt repugnã- tia,vel contrarietas.Licetque per diuerſa loquantur media,

vel per coniecturas diuerſas, vel propoſitiones, vnus tamen patrocinatur alteri, adiuuat alterum, ad eumque finem tendit, aduertit Farinac. d. q. 64. nu. 6.

9 Probatur primò hæc ſententia, quia ſolicitationis iſte actus aliter colligi non poteſt, in Sacramẽto adeo ſecreto exercitus. Cum ergo hunc actum nullus, præterquam fœmina, & confeſſarius, interueniat, neceſſariò dicendum eſt, oportere vt ipſæ fęminæ, etſi ſingulares pleniſſimè, & planiſſimè crimẽ probẽt, fruſtra aliàs eſſet Pontificis conſtitutio. Iuuant quæ de ſingularitate teſtiũ tradit Couarr. 3. variar. c. 3. nu. 3. verſ. verum; Gomez de delictis c. 12. nu. 12. in ſpecie Param. d. quæſt. 10. nu. 136.

10 Atque confirmatur, quia velatiſſimi ſigilli ſacramentalis confeſſionis reuelatio per ſingulares probatur teſtes, [c] cũ aliter probari non valeat, tradit poſt alios Henriq. lib. 6. c. 19. nu. 10. Suar. de pœnit. diſp. 33. ſect. 8. num. 3. Quin potius ſi tales hi teſtes afferant, confeſſorem cõfeſſionem reuelaſſe, negante tamen confeſſore audiuiſſe ex cõfeſſione, in ipſummet pręſumitur. [d] Poſt Tabien. & Hoſtien. docet idem Henriq. ſupra dicto loco: ergo ſimiliter ſingulares teſtes ſatis erũt in noſtro caſu.

11 Facit ſecũdò, quia in crimine hæreſis, læſæ Maieſtatis, & in exceptis alijs criminibus vim facit fœminarum teſtimonium, quod acceptibile eſt, vt probat tex. in c. tanta, & in c. per tuas, in 1. & ibi Doct. de ſimonia, gl. 1. in c. cum P. de accuſationib. & in c. forus, verb. non fœmina, verſ. tamen, de verb. ſignif. latè Maſcard. de probat. lib. 1. cõcl. 463. nu. 6. & lib. 2. concl. 762. num. vlt. Albertin. in repet. c. 1. q. 16. num. 13. & poſt Simanc. Palat. & alios tradit Paramus d. q. 10. nu. 135. optimè Farinac. de teſtib. q. 59. nu. 10. vbi communem profitetur, & à Doctoribus communiter receptam; Decian. conſ. 63. nu. 37. vol. 3. vbi docet, admitti ad teſtimonia ipſaſmet fœminas, cum de probatione agitur alicuius facti, ab ipſis tractati. In hanc rem citat plures idem Decian. alios Param. vbi proximè num. 139. Iuuat tunc de iure canonico, etiam in criminalibus recipi fęminę teſtimonium, quando Iudex ex officio vel agit per Inquiſitionem, vel denunciationem (vt eſt in noſtro hoc caſu) tradit

tradit ex communi Farinac. d. q.59. à nu.9.

12 Facit tertiò,poſſe probari per ſingulares teſtes,eſſe aliquem hæreticum, vel hęreſim olere,vt cõmunis tenet opinio, de qua per Butric. in l.Arriani, C.de hęretic.& plures alios,vti per additionem ad Alex. conſ. 72.nu.20.lib.1.in quam ſentẽtiam ſępius it idem Alex.quem ſequitur, & refert Param.d.q. 10.num.143. qui plures citat, Pariſ.cõſ.2.nu.88.& 89. vol.4. Riminal.cõſ.7. à nu.27.lib.10. & in fine cõſilij teſtatur ita iudicatum, Bald.in l.actor, C.de probat.num.17.& ibi Additio eundem Bal.& alios refert Calcan.conſ.9.nu.3. Anan.in c.1. nu.7.in fi.de hæret. Viuius lib. communium, verb.teſtes ſingulares, Gomez de delictis,c.12. num.2. Gabr. & alij relati per Rojas de hęreticis 2.par. à nu. 134. qui nonnullos affert,hanc eſſe cõmunem aſſerẽtes, immò communiorem dicit Albertin. c.1.q.16.nu.51.de hęret.lib.6. plures id affirmantes tradit Farinac.de teſt.quęſt.64.nu.201. Dicit idem Simanc.[e] in Enchirid.c.37.nu.8. cum teſtes concordes ſunt in eadem hæreſi, licet loco varient, & tempore, atque Brunus ante illum, de hæret.lib.4.c.9.in fi.

13 Quæ opinio, conſuetudine, & hodierna praxi attẽtis, ita obtinuit, [f] vt meritò extra contentionem ſit. Atque apertè roborari videtur in c. vlt. [g] de ſuccesſ. ab inteſt. vbi de diuerſis actibus teſtiũ depoſitio, vnus nempe de Archipresbyteri oblatione Monaſterio cum proprijs bonis,& aliorum inſuper de eiuſdem oblationis confeſsione, ad legitimam ſufficit probationem,aduertit Guttier. poſt Bart. de iuram.confirmat. cap.54.in princ. Etiam probari videtur ex tex. in l.qui ſententiam,[h] ibi: *In vnum conſpirantes,concordanteſq; rei finem,conuictus ſit*, C.de pœnis, maximè cùm hæretici omnes, etſi facie diſſimiles, caudis tamẽ ſimiles, caudis connectantur catenati, quia de vanitate in id vnũ conueniunt, c. excommunicamus, in 1.& 2.in princ.de hæreticis. Quapropter qui in hæreſis vnã ſpeciem labetur, ſi poſt abiurationem,& in alteram relabatur diuerſam, propriè vti relapſus, pœnas luet, cap.accuſatus,§.1. de hæret.lib.6.

14 Ex quibus omnibus iam inferas, ſolicitationis hoc crimen,

rie, inſpectis iuris regulis,poſſe probari per mulierum teſtimonia,etiam ſi ſingularia,etiā pro contraria parte in initio allata argumenta ſoluta inferas. Ad primum enim ſecūdum noſtrū, ad ſecūdum tertium reſpondēt fundamenta. Ad tertium autem ſic nos,teneri illuſtres,[i] ac egregias perſonas ſe prę̨ſentes ſiſtere Iudicibus, & lubentes, cum Religionis, & Fidei cauſa agitur,commune bonum,Dei gloria; vt ab alijs docet Farinac.de teſtib. q.77. nu.335. optimèq; q.78. num.131. Delrius lib.5. diſquiſ.magic.ſect.5. Quod inſuper diſponit Inquiſitionis regimen, regali nomine firmatū. Atque ſi fortè erit,vt pro infirma valetudine, clauſura, aut efficaci aliqua cauſa nequeant teſtes Iudicibus adeſſe,tunc Inquiſitionis ordo eſt, vt interrogentur, dicta excipiantur intrà domos,tradit eleganter Comitol.lib.4.reſponſ.q.7.in fi.

15 Quid quod memorandę pietatis prælucet exemplum à Carolo illo V. Prę̨it vobis fax, Principes, Reges, Imperatores. Multi. Quid multi? toti eſte in ſuſpicienda, aliè firmanda hac Arce, quæ fideles interiacet, & infideles; illis lectus puluinus, his telum, fulmen. Sanctiſſima Inquiſitio eſt, quam Cęlum in has miſit Hiſpaniarum feliciores partes,[l] tot virorum munitam zelo, litteris, integritate. Nec plura. Vt enim ineptè faciet,qui Solem cōmendet, laudibus tollat,ſic & Inquiſitionē.

16 Graſſante anno Domini 1559. per Hiſpaniam animarū, & diuinæ, & humanæ politię peſte illa Lutheraniſmo, cùm inter miſeros miſerè contabuit impius ille homo Auguſtinus Cazalla, ecce exit fortiſſimum iuxta,& ſalutiferum Inquiſitionis Tribunal, medetur, ſcindit in ſalutem: idq; tandem ſanctè obfirmat,eſſe è totius Reipublicę bono,vt in quendam de quibuſdā Fidem attinentibus Chriſtianiſſima, ac Sereniſſima Ioanna, Caroli filia,& dolendæ memoriæ Sebaſtiani Regis mater interrogetur. Adeunt Inquiſitores, orant, ſuadent teſtimonium,non audet inconſulto patre, conſulit, monetur ne differat,immò mox proferat,excommunicationē reuereatur. Illud inſuper monita, vt ſi ipſamet pūgeretur polluta Fide in qualibet vel leuiſſima re, protinus adiret Inquiſitores, vti priuata fę̨mina,palam faceret in Fidem

pec-

peccata, etiam cum ſui pudore, & aliorum quorumcunque. Depoſitionem dedit Sereniſſima Princeps; excepit D. Fernandus Valdes Hiſpalen. Archiepiſcopus, tunc Epiſcopus, & Inquiſitorum maximus in Hiſpaniarum ditionibus. Saluete, ſaluete magnæ animæ, quieſcite, quę in Deum, & in pietatem ita affectę, Fidem quieſcere feciſtis, diuina mirè colentes, æternum prælucere imperantibus.

ANNOTATIO.

17 *Non obligari.*[a] c. mulieres, de iudic. in 6. Tiraquel. l. 10. connub. nu. 33. Bened. Aegid. in tract. de priuilegijs honeſtatis, art. 2. nu. 15.

18 *Sit concluſio.*[b] Concluſio, concluſioniſque ratio mihi non probantur, nam hæ fęminæ non ſunt ſingulares adminiculãtes, ſed verè ſingulares, quæ ad diuerſificatiuam ſingularitatem expectãt, cõſtat ratione: etenim adminiculantes dicũtur teſtes, qui ſuper vnico deponunt actu, vt in c. vlt. de ſucceſs. ab inteſt. ſimilia congerit Farin. ex alijs 2. tom. q. 64. nu. 6. Decius conſ. 658. nu. 10. Singulares verò teſtes dicuntur, & ſunt, qui de diuerſis actibus, diuerſo loco, & tempore geſtis deponunt, quæ ſingularitas non contraria, ſed diuerſificatiua, ſeu ſubalterna dicitur, Petra de fideicommiſſ. q. 12. nu. 585. Farin. q. 64. nu. 7. Vmbert. in praxi Inquiſit. verb. teſtis, q. 3. verſ. teſtiũ, & nu. 19. verſ. alij autem, pag. mihi 369. ibi: *Idem autem in ſpecie nõ probant, niſi per teſtes comprehendẽtes notitiam rei eodem ſenſu, eodẽ loco, et eodem tempore, ſine aliqua differẽtia, vt C. de teſtib. l. teſtiũ*, ſequitur Farinac. q. 64. nu. 14. eleganter Pegna 3. par. cõmun. 121. verſic. omiſſa, poſt Crauet. quem refert, quo pacto ineptiſſimũ eſſe ſingularibus teſtibus Cinędum dãnari firmat Simãc. de Catholicis, tit. 64. num. 73. nec confeſſorem ſigilli fractorẽ ſingularibus teſtibus ad pęnam ordinariam imponendam damnari poſſe oſtendis num. ſeq.

19 *Per ſingulares probatur teſtes.*[c] Licet crimen violati ſigilli aliter probari nõ poſſit, niſi per teſtes ſingulares, vt Illuſtriſsimus Auctor docet, cum tamen hęc probatio non ſit aperta, & concludens, propter ſingularitatem, confeſſor non eſt puniendus pęna ordinaria, ſed extraordinaria, Inn. & Nauarr. quos ſequitur Salzed. in pract. c. 109. vbi Bernar. nu. 4. Maſcar.

concl.

concl. 1287. num. fin. Henriq. lib. 5. de pœnit. c. 19. §. vlt. lit. K. vnde hoc fundamentum corroborat opinionem, quam propoſuimus nu. 18.

20 Sic in crimine hęreſis licet teſtes ſingulares non ſufficiant ad pęnam ordinariã, ſufficiunt tamen ad extraordinariã, repertor. Inquiſit. verb. teſtes, verſ. an in cauſa Locat. in praxi Inquiſit. verb. teſtis, nũ. 18. Pariſ. conſ. 2. nu. 93. vol 4. Pegna 3. par. commun. 121. col. 9. verſ. quoties quis, quæ pęna non debet eſſe corporalis, Menoch. cõſil. 82. num. 167. lib. 1. Farinac. 2. tom. q. 64 nu. 218. & de hæreſib. q. 188. num. 163. Sed hęc Menochij, & Farinacij ſentẽtia indiſtinctè mihi non probatur, nam cum ex hoc teſtibus omni exceptione maiores, vrgeãt nõ mediocria indicia, torquendus erit reus, vt reſoluit Locat. q. vlt. & ſi neget, non propterea purgata remanebunt, vnde attẽta rei qualitate, pro tempore vel ad triremes, vel ad carcerẽ, vel ad exilium, ſiue ad Monaſterium erit damnãdus, ex Pegna, & præcitatis, quæ tamen pęnæ corporales ſunt, ex traditis per Menoch. de arbit. caſu 438. nu. 30. videntur ergo mihi intelligendi de pęna flammæ, ſeu fuſtium.

21 *In ipsũmet præſumitur.* In hac materia diſtinguendum eſt inter pęnitẽtem, & tertium, nam ſi pęnitens dicat confeſſorem ſciuiſſe delictũ per confeſſionem, præſumetur contra cõfeſſorem, qui eo caſu probare tenetur aliunde ſe illud ſciuiſſe, aliàs arbitrariè punietur, Nau. dicens communem num. 164. in cap. ſacerdos de pęnit. diſt. 6. Maſcard. cõcl. 1287. nu. 5. cum ſeqq. Salzedo in pract. c. 109. in fi. Menoch. ſic intelligendus de arbitr. caſu 414. nu. 24. Henriq. lib. 6. de pęnit. c. 19. §. 10. poſt alios, idem de reuelante ex pęnitentis mandato, & voluntate: ſi enim pęnitens neget, pręſumitur cõtra confeſſarium, Lap. alleg. 94. Maſcard. nu. 3. Bern. d. nu. 4. & ibi Salzed. Menoch. nu. 22. dictis locis. Si verò tertius reuelationẽ opponat, præſumetur pro cõfeſſore, ſiue agatur de reuelatione poſt pęnitentis mortem, & confeſſor afferat ex ipſius mandato hoc dixiſſe, ex Lap. alleg. 94. nu. 2. cũ ſeqq. vbi Mandoſ. lit. E. poſt alios dicit communem Maſcard. concl. 1287. à nu. 1. Bern. d. nu. 4. vbi Salzedo, ſiue ſacerdos neget

illud

illud ex confeſſione ſciuiſſe, ex ijs, quæ tradunt poſt alios Menoch. num. 23. Salzed. verſ. nec ſilentio d. locis, & cæteri ſupra citati, & quæ Aldrete de religioſa diſciplina tuenda lib. 2. cap. 19. §. 1. à num. 6. vbi nu. 5. aduertit, vt in re tanti periculi, confeſſarius curet, vt licentiam in ſcriptis præbeat pœnitens.

22 Vnde dubia mihi videtur opinio doctiſſimi Suar. tom. 4. diſput. 33. ſect. 8. ad fin. diſtinguentis in hac materia inter reuelationem, ex qua bonum aliquod, & inter eam, ex qua pœnitentis, vel alterius damnum reſultauit, vt in priori membro ſtet pro cōfeſſario præſumptio, in poſteriori contra. Nā vt alia omittam, ſi confeſſor poſt pœnitentis mortem declaret filiū mortuæ eſſe ſpurium, & non ex legitimo matrimonio conceptum. In hac ſpecie agitur de damno filij, & licet hæc probatio non ſufficiet ad excludendū filium ab hæreditate patris putatiui, Boer. deciſ. 299. nu. 8. Lælius Zanchis in tract. de priuilegijs Eccleſiæ, priuileg. 37. nu. 18 Viuald. candelabr. 3. part. c. 17. de filio nato ex adulterio, num. 14. Lapus, & alij ſupra citati; Martha de iuriſdictione, caſu 194. nu. 10. Attamen ex ſupra poſita noſtra diſtinctione elicitur præſumendum eſſe in Sacerdotis fauorem, ne tamquam ſigilli fractor puniri poſſit, cum agatur de re, quæ eo modo reuelari poteſt, hoc eſt de mādato defunctæ, & mandatum probari non poſſit more humano, ac proinde Lapus, Mandoſius, & citati Doctores in hoc caſu in confeſſarij fauorem inclināt, aut igitur in hac materia certa regula dari nequit. Sed ex circumſtātijs ſingularibus iudiciū ferēdum eſt, ex Salzed. & Suar. vbi proximè, aut noſtra diſtinctio amplectenda, quæ licet ſit noua, ratione conſtat, mentique Doctorum congruit.

23 *Idem Simanchas in enchiridion*,[e] reijcitur à Roias, Pegna Menoch. & aliis in ſcholio ſeq.

24 *Obtinuit*,[f] tradit illuſtriſſimus ſupra nu. 4. in cauſa hæreſis teſtes ſingulares non concludere ad pœnam ordinariam, & ita ex aliis praxi receptum refert, in præſenti de cōtrario vſu teſtatur: forſitan in Luſitaniæ tribunali ſingularitas admittitur, in aliis vero prouinciis & Regnis non plene conuincit, quod probant tum varii caſus ex relatis per Vmbertum poſt

praxim Inquiſitorum; qui Romæ contigere, ſcilicet caſus 27. 35. & 37. tum omnes fere Inquiſitores, qui de hac materia ſcripſere vltra alios, qui communem, & magis communem fatētur, vſu S. Inquiſitionis receptā; etiam ſi ſit adminiculata, communis ex Pegna 3. part. cōmēt. 121. verſ. hæc vero & colum. 2. verſ. ſeq. & colum. 9. verſ. quoties Maſcard. concluſ. 856. nu. 11. Farin. q. 64. nu. 203. etiamſi cum teſtibus concurreret publica vox & fama ex eiſdem, ratio eſt in promptu, quia regula adminiculorum, coadiuuationis & corroborationis procedit, quando id quod quæritur, principaliter corroborari, & adminiculari, eſt aliquid in eſſe deductum, licet imperfectum, at vbi nullum eſt, nec parit aliquē effectum regula coadiuuationis & adminiculationis non habet locum, quia non entium nullæ sūt qualitates, Bart. & Ang. nu. 6. in l. ſi quis ex argentariis §. cogentur ff. de edendo Farin. conſ. 10. nu. 16. lib. 1. & ita contrariam periculoſam & falſam, ideoque ab Inquiſitoribus exploſam & reiectam affirmant relati per Farin. 2. tom. q. 64. nu. 202. cum ſeqq. & de hæreticibus q. 188. à num. 152. ſomnium, & chimæram vocat Roias de hæreticis. 2. p. nu. 144. & intrepide id eſſe tenendum Cantera de quæſtion. criminalibus. tit. de probation. per teſtes q. 1. nu. 17 quem vide.

25 Et quamuis Simanc. Enchiridion. tit. 37. num. 80. & de catholicis tit. 64. nu. 77. admittat ſingularitatem in ſubſtantia concordantem, licet in loco, & tempore diuerſam, eius tamen ſententiam fortiſſime reiiciunt Roias dict. 2. part. nu. 135. Maldonad. in Silua reſponſorum lib. 1. reſpōſ. 9. nu. 43. Menoc. omnino videndus conſ. 82. nu. 162. volum. 1. P. Aldrete vno verbo de religioſa diſcipl. lib. 1 c. 3. nu. 62. Pegn. ad direct. 3. p. com. 121. verſ. omiſſa, cū ſeqq. & ver. quia vero ait: *Nullo modo tanquam negatiuus tradendus eſt curiæ ſeculari; neque ab hac ſententia puto vllo modo recedendum*; & colu. 9. verſ. quoties dicit, *nunquam conſulerem nec crederem iuſte fieri poſſe, vt velut negatiuus, & impœnitent propter tot teſtium ſingularium dicta curiæ ſeculari relinquatur*, in quam ſententiam Sot. & Caiet. allegat, agitque quod eſt notandum de teſtibus ſingularibus

ribus omni exceptione maioribus. Exemplum vero quod adducit Simanc. de hæreſiarcha inficiente integrum populum, ſingulos homines ſeorſum ſeducendo, chimæra eſt, & ſuppoſitio imaginaria moraliter loquẽdo; etſi talis reperiatur, relaxetur, ſed non ex eo caſu, ſeu potius idea Platonica ad particulares caſus inferatur, ſed vltra fortiſſima fundamenta, quibus citati Doctores Simanc. reprobant, ego irrefragabiliter, ſuis armis illum conuincam, Cinædus ex teſtibus ſingularibus nõ eſt damnandus Simanc. de Catholicis tit. 64. nu. 73. vbi ineptiſſimum dicit, qui contrarium dixerit, vt notauimus ſupra nu. 18. ſed in præpoſtera venere agitur de eadem peccati ſpecie, igitur ſicut per teſtes ſingulares omni exceptione maiores ſpecies peccati nefandi probari nequit ex Simanc. ex eodem nec alia probabitur ſpecies, niſi velit in materia hæreſis tam graui & præiudiciali non requiri probationes cõcludentes, quod nemo admittit, itaque ex ſentẽtia Simanc. Domini Inquiſitores Luſitani, & Aragonẽſes qui vtramque habent cognitionẽ, abſoluent de ſodomia ſugillatũ per teſtes ſingulares, relaxabũtq; vero de hæreſi conuictum per eoſdem numero teſtes ſingulares, loco & tempore diſcordantes, quod quis conſulat, aut iudicet.

26 Concordare tamen vtraque ſententia poteſt, vt prior, quæ habet teſtes ſingulares nõ ſufficere ad condemnationem in cauſa hæreſis, procedat in pœna ordinaria, poſterior contraria in pœnã extraordinaria iuxta ea quæ reſoluimus nu. 20.

27 Quod ſi teſtes ſingulares ſint infames vel complices, ad priorem opinionem accedendũ erit, quia quoties plures concurrunt defectus in teſtibus, nõ poterunt admitti ſaltem ad pęnã ordinariam imponẽdam vt per Gabr. communium, tit. de teſtibus concluſ 7. nu. 10. Farin. 2. tom. q. 62. num. 80. & 381. licet ſtatuto inhabiles admittantur, vt poſt alios plures reſoluit Farin. d. q. 62. nu. 382. vbi multoties à ſacra Rota deciſũ refert, & nullum contradictorem habere, lex autem canonica in cap. in fidei fauorem de hęret. in 6. in complicitate, non in ſingularitate diſpenſauit, nec vllus ex ſcribentibus etiam ſingularitatem admittentibus complices

pro-

probat ad plenariam probationem, pęnamque ordinariam, ſic & lex noſtra Luſitana lib. 5. tit. 13. §. pen. dum admittit duos teſtes ſingulares de viſu ad probandum peccatum nefandum, non de complicibus ſed de teſtibus omni exceptione maioribus intelligitur, quorum vnus quiſque ſemiplene probat, quæ ſemiplena probatio non datur in complice.

28 Quod ſi non ſolum ſint complices & per conſequens infames, ſed & ſingulares & tãdem torti de ſe & de ſocijs deponant vel torturæ metu, prior opinio erit proculdubio amplectenda: habet enim inſtructio Hiſpanica hęretico, qui in tortura vel illius metu nominat ſocios, nullam vel modicam fidẽ adhibendam circa ſocios, quod eſt notandum ſuppoſito quod tortura ſuper complicibus, & in alienum caput non debet eſſe grauis, ſed moderata & lenis, alias nominatio & inde ſecuta erunt nulla, Igneus in l. & ſi certus ff. de quæſt. Clarus §. vlt. q. 64. nu. 8. Boſſius in praxi tit. de mandato ad homicidium num. 32. cum ſeqq. Farin. cõſ. 10. nu. 21. & nu. 40. vol. 1. nec repetenda eſt Boſſ. n. 31. Farin. 40. dict. locis. Nam tortura grauis, grauior pęna reputatur membri vtriuſq; abſciſione auth. vt nulli iudices, § fin. Boſſius tit. de tortura, num. 12. Riccius deciſ. 592. nu. 3. in praxi fori Eccleſiaſtici, patique torturam eſt ſupremas anguſtias ſuſtinere, vt citati docent, quas rarus erit, qui eas pro alijs ferre velit. Imò de ſe confeſſum in cauſa hæreſis non eſſe torquendum in caput alienum, ex inſtructione Hiſpanica, tenet Rojas 2. p. nu. 243. Motus ex reg. legis, repeti, §. is qui de ſe, ff. de quæſt. Sed regula illa procedet in criminibus, quæ regulariter abſque cõplicibus perpetrari ſolent, ſecus in alijs, vnde Roiæ opinio arbitrio Dominorum Inquiſitorum remittenda, & temperanda videtur ex circumſtantiis. Ergo ſi vltra hunc metum, & compulſionem, accedat infamia, & ſingularitas, durum videtur reum ad ignem damnari, cum non ſolùm agatur de vita, honore, fama propria, ſed & conſanguineorum, prout vltra alios conſiderat Maldonat. reſponſ. 9. nu. 38. quod ſupponit Pegna 3. p. comment. 121. colum. 5. verſ. ſubſequitur nunc, & colum. 7. verſic. & quæ hactenus, dum

agit

agit de teſtibus ſingularibus omni exceptione maioribus.

29 Adde quod licet in alijs criminibus poſſit practicari poſterior opinio, tamen in crimine hęreſis admitti nō debet ex eo, quia reo tollitur aliquo modo defenſio, cum non dentur nomina teſtium, vt cōſiderant Cātera quęſtionibus criminalibus, tit. de probatione per teſtes, q. 1. nu. 17. pag. mihi 170. Peña ad director. 3. par. com. 121. colu. 9. verſic. pręterea, & ita hęc mihi probabilior ſententia videtur, cum ex ea minora mala, quàm ex contraria timeri poſſint.

30 *Caput vltimum de ſucceſſ. ab inteſtat.* [g] non agit de teſtibus ſingularibus, ſed de adminiculantibus, vt tex. declarat, & monſtraui ſupr. nu. 18.

31 *L. qui ſententiam, C. de pœnis,* [h] explica cum Rojas de hęret. 2. par. nu. 128. Locat. in praxi Inquiſit. verbo, teſtes, q. 3 verſ. teſtium, fol. mihi 365. Pegna poſt D. Th. Sot. & alios ad direct. 3. par. comment. 121. colum. 12. verſ. verumtamen, reſoluentes tex. agere de actu in eodem loco, & tempore probato per teſtes conteſtes, per diuerſa tamen verba, ſed ęquipollentia deponentes.

32 Ibi: *Teneri illuſtres,* [i] vide quæ rẹſoluimus ſupra q. 12. nu. 18.

33 Ibi: *Quam cœlum in has miſit Hiſpaniarum feliciores partes,* [l] in Luſitaniam cuiuſdam Sahauedræ hominis Corduben ſis, & præſtigiatoris opera, ac ſagacitate confictis Apoſtolicis Bullis Inquiſitionem introductam fuiſſe autumant Illeſcas in hiſtor. Pontificali 2. part. lib. 6. & à quo ſumſere Fr. Anto. de Soto maior. en la hiſtoria Oriētal. lib. 4. cap. 28. Fr. Alphonſus Fernandez in concertatione cōtra hæreticos, anno 1541. fol. 260. Figueroa en la plaza vniuerſal, diſcur. 69. Para. de origine Inquiſ. lib. 2. cap. 15. num. 6. Ceuallos lib. 4. de las fuerzas, q. 1. alias 897. nu. 359. Sed mera fabula eſt, irridentque Inquiſitores Luſitani, & conſtat veritas ex ipſa, quam afferunt, relatione, quam ipſe Sahauedra cōpoſuit, vt teſtatur Param, d. nu. 6. ad fin.

34 Inquiſitionem namque petijt, & obtinuit à Clem. VII. Ioannes III. Luſitaniæ Rex anno 1533. prout teſtatur Franciſcus de Andrada in Choronica eiuſdem Regis, 2. p. c. 82.

35 Primus Inquiſitor generalis fuit Didacus à Sylua Epiſcopus Ceutenſis (vel potius Eſſiliſſenſis) anno 1536. Param. d.cap.15.nu.8.& continua ſerie cæteri generales Inquiſitores in decedentium, vel cedentium locum ſuffecti ſunt. Cardinalis Henricus tituli Sãctorum quatuor Coronatorum, Archiepiſcopus Bracharenſis, Hiſpaniarum Primas, Regiſque Ioannis Tertij frater, qui poſtea Sebaſtiano Regi ſucceſſit, die Iulij tertia anno 1539. ſecundum obtinuit locum. Tertius eiuſdẽ Cardinalis coadiutor cum futura ſucceſſione, quam mors interuertit, fuit Dominus Emanuel de Meneſes Conimbricenſis Epiſcopus, Arganilĩ Comes, ex Bulla Gregor. XIII. anno 1578. die 24. Februarij, cuius non meminit Param.dict.nu.8. Quartus extitit Dominus Ieorgius de Almeyda Olyſiponenſis Archiepiſcopus, ex Bulla Gregor.XIII.die 27. Decẽbris, anno 1579.

36 Quintus fuit Cardinalis Albertus titulo S. Crucis in Hieruſalem, Auſtriæ Archidux, nunc Flandriæ Comes, Burgundiæque Dux, ex Bulla Sixti V. 25.die Ianuarii anno 1586. Sextus Dominus Antonius Matos de Norona Epiſcopus Eluenſis, ex breui Clemen.VIII.dato Romæ anno 1596. Septimus Inquiſitor deſignatus, qui ob varias Regni occupationes literas nõ præſentauit, & ſeſe ex Pontificis Clem.VIII.placito abeo onere excuſauit, fuit Dominus Georgius de Taide Epiſcopus Viſonienſis, maior Regis Capellanus, Præſeſque Conſilii ab ſtatu. Octauũs Alexander Ioannis Brigantiæ Ducis filius, Archiepiſcopus Eboracenſis, ex breui Clem. VIII. die 29. Iulii anno 1602. Nonus fuit Dominus Petrus à Caſtillo Epiſcopus Leiriẽſis, Regiæ antea Cameræ, ſeu referendariorũ Sacri Palatii Præſes, ex breui Clemen.VIII. anno 1604.23. Auguſti.

37 Decimus, Dominus Ferdinãdus Martiñz Maſcaregnas, Epiſcopus Algarbienſis anno 1616. ex Pauli Quinti Bulla. Multis mihi nominibus ſuſcipiendus, in quo an nobilitas, an ingenium Principem ſibi locũ vendicet, in dubium reuocari poteſt, veri interim in eo Prælati Ideam, omnibus numeris abſolutam, Fideique facem ſuſpicias, & admireris, ſub cuius felici olim Gymnaſiarchatu bacchelaureatus

chelaureatus gradum Conymbricæ ſuſcepi. Paramus de origine Inquiſitionis lib. 2. tit. 2. cap 15. à nu. 8. vſque ad 10. ad D. Antonium Matos peruenit, in cuius encomiis merito diffunditur.

38 His ſic conſtitutis conſtabit falsã eſſe Sahauedræ nouellam ex multis. Primò quia anno 1539. adhuc non introduxerat Inquiſitionem in Luſitaniam, prout conſtat ex ipſa ſchedula relata per Param. d. c. 15. num. 6. col. 3. & tamen iam eo anno ſecundus generalis Inquiſitor erat Cardinalis Henriquus, vt conſtat ex Pontificio diplomate, qui ab anno 1539. vſque ad annum 1579. quadraginta annos præclare eo munere fungitur Param. d. c. 15. nu. 9

Secundò, qua ratione potuit Cardinalis, qualẽ citati Doctores proponunt in Hiſpaniã venire abſque eo, quod Hiſpaniæ Reges antea nec à Summo Pontifice, nec à ſuis caduceatoribus de tanti viri aduentu admonerentur.

Tertiò; tanta tantorum Regũ hebetudo nobis fingitur, vt Cardinalem Hiſpanum è Pontificis collateralibus nõ agnoſcerent, contra Regum morem, præcipue Caroli Imperatoris, & Ioannis ipſius leuiri, qui familiariter non ſolum cum ſuæ nationis, ſed cum alterius Cardinalibus epiſtolarum commertio agunt, imo ſi aliquis in Cardinalatum erigitur inſcio Rege, ab ipſo naturalitate, vt vocant, Regni abdicatur, vt interim omittas Cardinalem Hẽriquũ, cęteroſque Hiſpaniæ Cardinales, & magnates nuſquam talẽ Hiſpanum Cardinalem agnouiſſe.

Quartò id apertius conſtat computato tempore iteneris, & ſexmenſium ſpatio, quo intra Luſitaniam verſatur, intra quod tempus impoſſibile erat nullum ab Roma curſorem veniſſe, qui de illius Cardinalis profectione nuncium afferret, cum tamen nullus ex Papæ lateribus mittitur, quin prius in Cardinalium cætu proponatur.

Quinto Sahauedra damnatus erat, ne aliquid vnquam ſcriberet ſub capitis pęna, & tamẽ ſcripſit illam hiſtoriam abſque pęnæ metu, vtrumque refert Param. d. loco.

Sextò Sahauedra incæpit fallacijs vti regnante Philippo II. ex Param. ſupr. & vltimum maleficium, quod citati auctores

referunt,fuit repręſentatio illa Cardinalatus, & in Luſitaniam Inquiſitionis adductio, in quo maleficio depręhenſus ad triremes damnatur, & tamē dum Luſitaniam petit non Philippi, ſed Imperatoris literas ad Ioan nem Tertium adducit Param.d. nu.6.cum nec eo tempore Philippus in Hiſpania regnaret, nā Imperator renũciat anno 1555 Illeſcas in Põtificali 2.tom. lib. 6.cap.231.§.1. quo modo ergo potuit adulterare Philippi II. chirographos tempore,quo Philippus, nec Hiſpanię, nec Anglię Rex erat,nec alterius ditionis & quando damnatus eſt,retrogreditur narratio ad pręteritum Caroli Imperium, qui eo tempore in Germania agebat, vt mendatia mendatiis anne-ctantur.

Nec intra tot menſes reſcripſit Ioan. Tertius Imperatori leuiro,inter quos quotidiana erat communicatio, nec id timuit Sahauedra? nec falſarum litterarum confirmatio à Sedę Apoſtolica impetrata, prout neceſſaria erat poſt crimen detectũ, & à citatis authoribus refertur, inter Pontificias Bullas, aut in Archiuio S.Romanę, Luſitanę ve Inquiſitionis reperitur, nec apud Cherubinum, qui in tres tomos congeſſit omnes Pontificias Bullas vſq; ad Paulus V. qui nunc feliciter Eccleſiam gubernat: pręterea huius repręſentationis detectio breui manifeſtanda erat, ad quid ergo tot ſumptibus, & famulorũ apparatu, ad inanem obſtentationem, certamque pęnam opus erat?

Patet ergo hanc nęniam dignam eſſe, vt nutrices ad lares ſuis enarrent alumnis, adde ꝙ nullum huius figmenti laudant authorem pręter ipſum Sahauedram, cum tamen res in angulo facta non fuit, ſed quęres quare id in Scurialis bibliotheca reperitur, vt refert Paramus ſupra? facilis erit reſponſio, ꝙ homo ad triremes damnatus,vt erat vafer,de aliquibus interrogatus ab Illeſcas,homini ad credendum facili perſuadere potuit, hanc nouellam, & Illeſcas ab eo petijt,vt ſua manu caſum illum exararet, cumque prout ipſe ſcripſerat, & in ſuam Chronicã redegit, vt alia apocripha, & in Regiam bibliothecam,ſine alio authore, aut diligenti rei diſcuſſione tranſmitti curauit.

39 Nec nouum eſt in publicis & Regiis archiuis fabulas reperiri,

periri, vt aduertunt Eduard. Nonius Leo in Chronica Henrici Luſitaniæ Comitis fol. 5. col. 1. Fr. Ant. de Yepes in Chronica D. Benedicti, centur. 9. annò Domini 801. colum. 4. ex qq. circũſtantiis conſtat non potuiſſe fingi, nec celari tanto tempore Sahauedræ repręſentationem.

40 *Inquiſitio eſt, quam cœlũ in has miſit Hiſpaniarum feliciores partes.* Stanislaus Hoſius lib. 3. de authoritate ſacrę Scripturę fol. 253. in hęc verba: *Nullum eſt regnum noſtro hoc infelici ſæculo magis ab hæreſibus intactum, quam ſit, vel hoc ſolo nomine feliciſſimum Hiſpaniæ regnum, cui propter hanc in fide conſtantiam, & eius tuendæ diligentiam, alias præterea multas felicitates Deus largitur.* Ioſeph. Stepha. in orat. ad Sixtum V. nomine Philippi II. *ſub S. Inquiſitionis Officio non patitur Hiſpania illos fluctus, & turbines, quibus multæ Prouinciæ magna, & miſerrima fortunarum, & fidei naufragia pertulerunt,* Mariana in Hiſtoria de Eſpaña, 2. tom. lib. 24. c. 17. ad fin. vbi remediũ dicit non ab humana prudentia, & conſilio proditum, ſed è cœlo Hiſpaniis donatum ad pręcauenda grauiſſima pericula, & mala. Quibus alię Prouincię vexantur, & perturbantur, Baron. tom. 7. anno 563. fol. 486. *Hoc plane ſibi laudis vendicauit ſemper Eccleſia Catholica in Hiſpania, vt non ab erroribus tantum, ſed à ſuſpicionibus eſſe voluerit ſuos immunes: quo factum eſt, vt hoc ipſo noſtro ſæculo, cum longe, lateque facibus hæreticorũ orbis inflammaretur: ipſa illæſa perſtiterit, ac currẽtibus ſumma celeritate Dei miniſtris, ſi vel tenuem ſuſpicionis ſcintillam, vel ſi non ignem, fumum ſaltẽm viderint latentis ignis indicium, ipſo præcipue Catholico Rege ſuper omnes in opus nauiter incumbente*, videndi vltra alios Boſſius aduerſus Machauelum de Italię ſtatu lib. 2. cap. 5. & de ſignis Eccleſię lib. 17. ſigno de admiranda progreſſione ſacræ poteſtatis, Natalis Comes lib. 10. hiſtor. fol. 229. & lib. 12 fol. 260. & lib. 13. fol. 265. Valdes de dignitate Regum Hiſpaniæ cap. 19. à nu. 82. Fr. Iacobus Bleda in defenſione Fidei in cauſa Moriſchorum confectar. 1. §. 2. p. 307. qui multis Hiſpaniam laudibus proſequuntur ob hãc ſancti tribunalis inſtitutionem, fideique propugnaculum inexpugnabile, eſt namque in hoc

Hiſpania noſtra priuilegiata:nō enim ſolùm hęreticorum monſtra non generat,teſte D.Hieronimo in cap.17. in Iſaiam, ſed aliunde adducta, velut mare mortuos, ab ſe reiicit, nec intra ſua caſtra transfugas vagari patitur, ſed fugat, deterret ac velut Hercules Lernæas Hydras igne extinguit,de quibus triumphans velut aurum purum putum lōgè, lateque eluceſcit, vexillaque fidei poſtrata idololatria in longinquas Barbarorum plagas deducit, & ſub Romanorum Pontificum patrocinio feliciter explicat & glorioſè erigit.

SVMMARIVM.

Teſtes duo ad probationem ſufficiunt,nu.1.& 5.

Teſtes duo probant hæreſis crimē nu.2.& 15.

Probatio,quæ ſufficit in quouis crimine ſufficiet, & in priuilegiatis,nu.3.

Solicitatio in confeſſione duabus fœminis ſingularibus probatur plene, ex Paramo num.3. ſed contra num.4. & 9. quatuor ex Illuſtriſſimo auctore num. 11.contra num.22.

Fœminæ etſi admittantur in teſtes, non tamen ſunt omni exceptione maiores nu.5. & 16.

Teſtes duo licet ſufficiant in crimine hæreſis, intelligitur dum modo ſint omni exceptione maiores,& mares,nu.6.

Fœminæ ſolicitatæ ſi conſentiant, diminuunt teſtimonium,nu.6.

Teſtes in crimine hæreſis omni exceptione maiores nunquam dari poſſunt ob ipſorum nomina occulta,nu.7.

Fœmina non abſoluta, vel deſpecta ne ſolicitationem, & crimina confeſſori imponat,timeri poteſt,nu.8.& 18.

Fœminæ duæ ſolicitatæ, & complices non ſufficiunt ad confeſſoris capturam nu.9.& 19.

Fœminæ meretrices minores pauperes, & vilis conditionis non ſufficiunt ad incarcerandum, etiam ſugillatum de nefando, nu.10.

Teſtium qualitas quæ, & qualis requiratur in ſolicitationis materia nu.11.

Fœminarum duarū fide dignarū teſtimonio confeſſor ſolicitans carcerari poteſt, vel recludi, & deponi nu.12.

Confeſſores de Inquiſitione inquiſiti

ſiti iurare debent, ne cauſam Inquiſitionis ſuæ detegant, nu.12.

Torqueri poſſunt clerici, religioſi, & monachi in cauſa hæreſis, nu.13.

Torqueri an poſſit confeſſor de ſolicitatione turpi inquiſitus, nu.14. & 29.

Bigami non torquentur, ſi negent nu.14.

Fœmina ſolicitata in confeſſione criminis particeps, an ſit admittenda, tanquam teſtis numer.17.

Socius criminis in caſibus exceptis, qui ſub ſpe veniæ à lege, vel à iudice promiſſæ ſeſe iudici offert, & crimen de ſe, & de ſocio confitetur, nullum facit indicium contra nominatum, nu.17.

Hippolytus miſere dilaceratus ob veneris contemptum, nu.18.

Beatus Vincentius Ferrer à fœmina ſub confeſſionis velo ſolicitatus, periculum cum præſentiſſimo miraculo euadit, nu.18.

Carcerati confeſſor ſolicitans an poſſit duarum teſtium numero, nu.19.

Teſtis aliàs inhabilis, ſi ſtatuto admittatur, alios verò patiatur defectus, non prodeſt ad probationem, nec ad præſumptionem, nec ad indicium, quod procedit etiam in fœmina, & incarcerato ex criminibus, nu.20.

Scantineus vnius pueri à ſe ſtuprati delatione condemnatus apud Romanos, nu.21.

Teſtes quot requirantur ad probationem ſolicitationis variant Doctores, nu.22.

Teſtes ſingulares licet admittãtur, nuſquam tamen plene, & integre probant, nu.22.

Fœminæ admittuntur in criminibus exceptis, & in quibus veritas aliter haberi non poteſt, nu.23.

Fœminæ tres conteſtes non conuincunt in capitalibus, nu.24.

Solicitationis probatio impoſſibilis à communiter accidentibus, indigetque Romani Pontificis declaratione quoad numerum teſtium, nu.25.

Solicitationis probatio pendet, ex arbitrio iudicis, quoad pœnam extraordinariam, non verò ordinariam, nu.25.

Commiſſarius ex Caſtellæ inſtructione tenetur magna cautela de fœminæ deferentis ſolicitatorem, vita & opinione ſine ſcripto inquirere, & propria manu; & breuiter ad margi-

nem denunciantis ſcribere,& remittere ad Inquiſitorum Tribunal,nu.26.
Confeſſor delatus ob ſolicitationẽ quot teſtibus carcerari debet, num.27.
Hæretico, aut ſuſpecto de hæreſi incarcerato, aut recluſo dans conſilium,etiam iuſtum, inſcio Inquiſitore,punnitur arbitrariè,nu.28.
Confeſſor ſolicitans an torqueri debeat,nu.29.
Inquiſitores non poſſunt in tribus caſibus procedere ſine requiſitione Epiſcopi,nu.30.niſi illius copiam habere nequeant,n.31
Ordinarius quando cenſeatur in remotis,vt Inquiſitores ſine illius requiſitione procedant, relinquitur iudicis arbitrio, nu.31.ſi ſit extra Prouincia, vel Regnum,nu.32 ſi extra Diœceſim,nu.34. extra duas dietas, num.35. extra vnam dietam,nu.38. cum ſeqq.
Inquiſitores per nuncium, vel epiſtolam requirunt Epiſcopum,num.36.& eo abſente Vicarium, vel Delegatum, nu.40.
Ordinarÿ requirendi ſunt ſi intra diſtrictum tribunalis Diœceſes habeant,aliàs non,num. 41.& 42.

QVAESTIO XXIII.

Quot teſtibus indigeat huius criminis plena probatio.

1 APpenditur hæc altera ſuperiori quæſtioni proxima. In qua illud primum occurrit,poſſe nempe affirmari, probãdum ſatis crimen per duos teſtes, etſi ſingulares. Probatio primò ab illo eſt ſatis in quauis, tum profanatum eccleſiaſtica, vel ſpirituali cauſa ad plenam probationem ſufficere duos teſtes, l.vbi numerus ff. de teſtibus, c. ſi teſtes §. vbi numerus, 4. q.3. cap.in omni negotio,& cap. licet vniuerſis de teſtibus, Gomez de delictis cap.12. num.9. Maſcard. de probat. lib. 1. in præf.5.nu.117.refert,ac ſequitur multos Farin. de teſtibus, q.63. a num.232. atque ex eodem exſcripſit Param. d. q.10. nu.156.& ſequent.Quæ doctrina in confeſſorem non ſolùm, ſed in Epiſcopum viget, vt poſt De-

Decium, & Beroum inſinuant idem Farin. vbi proxime num. 235. Param nu. 157.

2 Secũdo magis luceſcit probatio, cum crimen hęreſis, vel hæreſi appropinquans per duos teſtes concludenter probetur, a ſicut ac reliqua probantur. In ſpecie docet Ioannes Andreas in cap. excommunicamus 1. §. adiicimus de hæreticis, vbi Cardina. & Annania num. 1. communem dicit, Dominicus nu. 6. ac omnes in cap. vt officium, §. verum de hæretic. lib. 6. Simãc. de Catholic. cap. 51. num. 8. Iulius Clarus verb. hæreſis, verſic. habet etiam num. 2. Auendan. reſponſ. 31. col. penult. Villadiego Carrer. & alii de hac ipſa materie ſcribentes, quos citant, & ſequuntur Pen. ad Director. 3. p. q. 71. comment. 120. Roias 2. par. de hæretic. aſſęrt. 4. nu. 36. qui omnes communem amplectuntur.

3 Ratio in manu eſt, quia probandis priuilegiatis, & exceptis criminibus, quorum plerumque difficilis eſt probatio, citra dubium illæ ſufficiunt probationes, quæ reliquorum criminum probationẽ adimplent. Patet, nam propterea quòd exceptum priuilegiatum crimen difficilis ſit probationis, magis conducit, vt minor, quam maior exigatur probatio, iuxta cap. 1. & ibi gloſ. verb. auctores de teſtibus lib. 6. cap. accuſatus §. licet de hæreticis lib. 6. l. non omnes §. à barbaris; ff. re militari. Atquì ſolicitationis peccatum vti hæreſim ſapiens, priuilegiatum, & exceptũ eſt, quod admodum difficiliter probes. Ergo &c. Quo circa Paramo placet opinio, poſſe ſcilicet damnari confeſſarium ex ſingularium duorum teſtium teſtimonio, etſi teſtes & duo tantum, & mulieres, & ſingulares ſint, dummodo tamen hos interſit vnio, integritas, conteſtatio, licet loco, tempore, ſerie, & verborum contextu ſingulares ſint. Propugnat idem Param. d. q. 10. nu. 158. & 159. & 165.

4 Propugnem ego ne cum Paramo? abſit, tanti viri ſalua pace. Opinio mihi dura eſt, & quam ius nullo protegat ſcuto. Nec adduci vnquam poſſim, vt crimen ita graue comprobatũ reddant duarum fœminarũ priuata teſtimonia prolata in confeſſarios, religioni addictos, qui bene audiũt apud probos, vitæ, & morum integros, quos ſelegerunt Epiſcopi, & alij Prælati

mini-

miniſtrando Sacramento, quo ſine, niſi mors, nihil aliud eſt. Scio æquum eſſe, vt in crimen ita graue, ita mortiferum ſeueritas armetur pœnarũ fulmine. Illud tamẽ voueo, oculatiſſimã præire prudentiam, diſcuti omnia, præuia pręmatura deliberatione, pro perſonarum auctoritate, pro labefactante infamia.

5 Adducor maximè, quia Doctores licèt affirmẽt, per duo teſtimonia bene probari cuncta crimina; hoc tamen ſubintelligunt, ipſis conteſtantibus perſonis, omni exceptione maioribus,[b] quę teſtimoniũ perhibẽt. Quod totũ abeſt à noſtro caſu; etſi enim probationi faciendæ admittãtur fœminæ pro ſolutis ſuperiori quæſtione, & notatis in c. quoniam, de teſtib. non tamẽ legitimi tęſtes appellari debent, quę ſingulares ſunt, ac minorem, quàm viri, prę ſumptionem faciunt. Vides earum teſtimonium diminutum, etſi non prohibitum, vt omnes ex iure vident, tradũt Doctores à nobis relati à num. 2. quęſt. pręterita, Cepol. conſ. 32. in 2. col. Farin. conſ. 19. num. 20. lib. 1. Felin. in c. quoniam, num. 5. de teſt. ac in ſimili aduertit Nauarr. conſ. 4. de accuſat. incipit: *Duæ mulierculę*, num. 3.

6 Atque ex eo ſtabilitur, quod Doctorum vllus affirmantium, duos ſatis eſſe teſtes ad probanda hęretica crimina, ſeu his accedẽtia aliqua, haud affirmat, ſufficere binas fęminas alicui dãnando, atque minus ſufficerent, ſi blanditę iam ſolicitãti confeſſario, ad teſtimonium tãdem accederent, quia tunc, vti criminis participes fidei multũ amittunt,[c] vt tradũt Scribentes in c. 1. de confeſſis, & in c. in fidei fauorem, de hęret. lib. 6. in ſpecie Param. d. q. 10. à n. 161.

7 Moueor deinde ex Doctorũ ſententia, qui aſſerunt, in crimine hęreſis omni exceptione maiores nunquam dari poſſe teſtes, cum eos tantùm dicas, quos nulla repellat exceptio, neque defectus aliquis ipſis opponi valeat. Quod in hęretico crimine verificari non videtur; reo enim hęretico teſtium nomina nequaquam propalantur: atque ita, quę fortaſſe erat exceptio, nunquam à reo opponi poteſt ob ignorationem. Quamobrem duorum teſtium ſupplenda eſt probatio, vel ex maiori numero, vel ex qualitate alia, & indicijs, prout docuerũt Hoſtienſ. in ſum. §. qualiter deprehendatur, nu. 4. quẽ Brunus citat

citat de hęret.lib.4.c.9. ad medium,qui in ſententiā inclinat: Eymer. in Direct. 3.par. q.71. nu 5. D.Antoninus 3.p.tit.18. c.2.§.5. Tabiena,verb.Inquiſit. num.37. Rojas 2.par. aſſert.4. num.102.& 103. Albertin. de agnoſcendis,q.34.num.3. Maſcard.de probat.3.vol.concluſ. 1221.num.79.

8 Tandem hoc cōfirmatur, quia æquè neceſſarium eſt, vt Sacramēti miniſtri, ſicut & pęnitentes ſecuri agant, & confidentes. Si autem miniſtri viderint ſe damnari per duarū mulierum teſtimonium,ab adminiſtratione abſtinebunt, timentes ab irata aliqua fœmina, læſa quacūque alia via, falſum teſtimonium. Quid inauſum mittet fęmina, [d] ſi imprudēter doluerit,ſe non abſolui,ſolicitatum à ſe confeſſorē ſibi non aſſentiri? Erunt quidem quę Ioſephum ſolicitent, & contemnentem traducant,accuſent, cędant.

9 Atqui ex ſupradictis percipi omnino poteſt, duarū mulierum,etſi magnæ conditionis, teſtimoniū parum eſſe, vt integra talis criminis fiat probatio. Auſim pręterea affirmare, nec ipſarū ſufficere teſtimonia, mittēdo reo in carcerem, [e] ſi eiuſdem criminis complices cōfeſſario turpiter morem geſſerūt, vt colliges ex Nauar. d.conſ.4. num.3.verſ.tunc quia.

10 Sum in eadē ſententia, [f] cum fęminæ meretrices ſint mi nores, pauperes, & vilis conditionis, pro his cōſultis à Rolād. conſ.24. vol.1. nu.63.& ſeqq. qui ab alijs reſoluit,fœminæ nimirum vilis, & minoris maſculi duodeuiginti annos nati, teſtimonia minimè probare potuiſſe indicia,per quę quidā de crimine raptus, accuſatus torqueretur, extorquendæ veritati. Iuuat rem ipſius Roland. doctrina,conſ.7.eodem vol.à nu.11. illud aſſerens,per mulieris teſtimonium,& indicia plurima,quę in quendā ſurrexerant, nefandi peccati ſugillatum,non ob id in carcere detinendum, immò dimittendum à calumnia liberū, & pœna, atque in fin. conſilij aſſerit ita iudicatum. Fauet in ſimili Dec. reſpon.104. nu.28. vol.3. Farinac.conſ.29. à principio, & à num.7. & nu.20. ibi multa videre licet.

11 Ergo in re tāta,tam graui, in qua Eccleſiaſticorum virorum nomen agitur,& honor, Eccleſiæ auctoritas,fideliū ſcandalum,& dolor; infidelium gloria,

ria,& gaudium,quid ni maturè iudicem,quaternarum,[g] ad integram probationem, fœminarum requiri teſtimonia? earum, inquam,quas ducat, & inducat diuinus ſpiritus, zelus,nō odiū, non iniqua alia quæuis cauſa. Qua de re Iudices,[h] vel verbo, vel ſcripto,à perſonis grauibus, & à ſuſpectione quauis remotis; quę teſtes rectè nouerint, prius teſtimonium accipere debent. Probationem hanc talem velut ſufficientem amplector, quia plures teſtes in confeſſarium deponentes, vno ore vix inuenias.

12 Atque tādem mittendis in carcerem cōfeſſarijs duarum fęminarum [i] teſtimonium,quę fide dignę ſint, ſufficiens haberem,cum mulieres admittas, & teſtes dicas, quando liquari veritas aliter non poteſt, vt poſt Alex.& Marſ.concludit Alciat. reg.1.de pręſumpt. pręsūpt.47. poſt multos Farinac.conſil.38. num.11.lib.1. Atque poterunt Inquiſitores reos in carcerem mittere,vel ſecreta in cuſtodia, aut eorum in domibus,vel Monaſterijs,& alijs quibuſuis in locis, prout rectius iudicauerint, detinere;pręhabito tamē ſecretè ab ipſis reis iuramento, quo neminem cauſarum ſuarum vllo modo conſcium,[l] & participem facere comprimantur.

13 Vnus autē ſcrupulus manet, qui plurimos premere poteſt. Licitum ne erit reos huius criminis torqueri in ſubſidium probationis, & quando veritas aliter haberi non poſſit,licitum eſſe ſequens ſuadet fundamentum iubere conſtitutionem in hoc crimine procedi iuxta facultatē contra hęreticos à Sedę Apoſtolica conceſſam, ſecundū quam clericos,monachos, & cęteros Religioſos torqueri poſſe quis dubitabit? vt eſt vulgare, atque docet Pen. ad Director. 3.par.comment.110. verſic.de clericis,& poſt Alciat.in cap.1. nu.42. de offic.Ordin. defendit Simanc.de Catholicis,cap.65. num.48.quos ęmulatur Eman. Roder.tom.2.de regular.q.20. art.3. verſ.tertia regula. Quæ ſententia multis viris non indoctis firma inſedit.

14 Contrariū perſuadet.[m] Nā licet in hos ſolicitantes animaduerti poſſit tanquam in homines nomine hęreſeos ſuſpectos, attamen hæc ſuſpicio leuiuſcula eſt; atque de his,quos ſic tenuiter hęreſis labes aſperſit, forſan quęſtio non erit habenda,

benda, vt in bigamis obſeruari à maioribus accepimus. Ego ſilentio negotiũ trado, vt doctiores illud ſciſcitentur. Dixi, ſed eo animo, ea mente, vt in hoc, & in alijs, viris me ſubderem, quos rerum longus vſus, & antiquiores litterę, velut theatra, poſuere in vrbe, & in orbe. Quęrite, adite, conſulite.

ANNOTATIO.

15 *Per duos teſtes concludenter probetur.*[a] Proſequitur Farinac. de hęreſ. q. 188. à nu. 55.

16 *Hoc tamen ſubintelligunt ipſis conteſtantibus perſonis, omni exceptione maioribus.*[b] Farinac. de hęreſib. q. 188. nu. 58.

17 Ibi: *Vti criminis participes, Fidei multum amittunt.*[c] Quęri poteſt, vtrum in hoc caſu fœmina criminis particeps, & denuncians ſit admittenda tanquam teſtis: dubitationis ratio eſt, quia ſocius criminis in caſibus exceptis, qui ſub ſpe venię à lege, vel à Iudice promiſſæ, vt in crimine lęſę Maieſtatis, ad l. quiſquis, § fin. C. ad leg. Iuliam Maieſt. & in ſimonia extraua. 2. de ſimon. & in crimine ſodomię ordinat. noſtra lib. 5. tit. 13. §. 5. ſeſe Iudici offert, & crimen de ſe, & ſocio confitetur, nullum facit indicium contra nominatum, ex l. omnes, §. fin. ff. de re milit. obſeruant Oſaſc. dec. 79. nu. 7. & 55. Boſsius in pract. tit. de oppoſit. cõtra teſtes, nu. 22. Farinac. 1. tom. q. 43. nu. 192. tum quia in hac ſpecie denuncians habet vicem accuſatoris, tum etiã quia impunitate corruptus cenſetur, vt bene docẽt citati Doctores; vnde in his terminis aliunde petenda eſt criminis probatio. Sed prędicta ſententia in ſolicitationis ſpecie locum non habet ex eo, quia fęminæ denunciãti impunitas nõ offertur, cum illius delictũ nullo caſu per Inquiſitores puniatur, vt tradit Illuſtriſſimus q. 10. nu. 10. ac per conſequẽs ceſſat prędictę ſententiæ fundamentum.

18 *Quid inanſum mittet fœmina.*[d] Sic Venus apud Euripidẽ moleſtiſſimè tulit ſe ab Hippolyto contemni, & ideo fraudes concinnauit, quibus tãdem Hippolytus phocis immiſſis, & equis perterritis dilaceratus, propter ſtudiũ caſtitatis interiret, ſed ceſſent fabulę, licẽt veritatis indagatrices ſub figmẽti fuco: Sanctus Vincentius Ferrer in ſimile infamię periculum incidit, dum ad excipiendam fœminæ nec infimæ, fictè tamen ægrotæ, (quę verè animo ægrotabat)

tabat) confeſſionem euocatur, quæ ardentiori cupidinis telo ſautiata, vulnus, vulnerisque cauſam ipſum nimirum Beatũ Vincentium detegens, corpus ad certiſſimam viri tẽtationem, & lapſum exponit nudum, quo facto exaſperatus cautus atleta, & impudentiam miſeræ fœminę generoſe incuſat, & illius aſpectum, ac cubiculum, ceu Ioſeph ſine cunctatione aufugit, & qua potuit diſſimulatione, fœminę famulis, ac ſocio animi perturbationem, & ſcandalum occultauit. At deſpecta mulier, in furorem conuerſa clamare conſtituit, vt in ſancti viri perſonam ſuam reijceret ſolicitationem, ſed permittente Deo, de repente dęmonis incurſu oppreſſa obmutuit, nec ab eo liberari potuit, niſi ipſius Beati Vincẽtij ope, à quo, & vocis, & animę recuperauit ſanitatem, prout refert Fr. Franciſ. Diago in hiſtoria Aragonię Prouincię ordinis Prędicatorum lib. 2. c. 52.

19 *Nec ipſarum ſufficere teſtimonia mittendo reum incarcerem,*[e] vide quę diximus q. 4. nu. 27. 28. & 38.

20 *Sum in eadem ſententia,*[f] nam regula eſt, quod teſtis alias inhabilis, ſi ſtatuto, vel lege admittatur, alios verò patiatur defectus, tunc non prodeſt ad probationem Maſcard. concluſ. 1360. nu. 20. Butrius per tex. ibi in c. cum nuntius de teſtibus, nec habet contradictorem, Farin. poſt infinitos q. 62. à num. 381. & idem reſoluendum eſt in teſte fęmina Gom. 3. tom. cap. 12. nu. 13. verſi. quod intellige, Maſcard. concluſ. 361. nu. 20. Farin. q. 59. nu. 24. & q. 62. nu. 382. & in teſte incarcerato ex varijs criminibus Farin. conſ. 37. nu. 22.

21 *Quaternarum*, [g] Scantinium reum vno teſte puero, qui de ſtrupro appellatus erat, condemnatum tradit Valer. lib. 6. c. 1. § 7. ſed hoc Romanorum exemplum ſeueritati potius, quam iuri tribuatur, ni alia concurrerent adminicula, quæ concurriſſe credere eſt, cum pueri pater diem ad populum dixiſſet, & iuuenem productum in roſtra de fixo in terram vultu perſeueranter tacuiſſe, verecundoque ſilentio plurimum in vltionem ſuam valuiſſe referatur.

22 Ad rem igitur Paramus ad condemnationem huius criminis duas fęminas requirit, & ſufficere ait vt refert Illuſtriſſimus Auctor nu. 3. Lucius vero

in ſummą cap.24. num.11.tres exigit,noſter autem Auctor quatuor admittit, ego nulli ad hęreo, video teſtes his eſſe fęminas,item & ſingulares, vt probaui q.22.nu.18.licet enim ſingulares in aliquibus criminibus admittantur, nuſquam tamē ex veriori,& recepta ſententia, ex illorum teſtimoniis integra, & plena inſurgit probatio, Farin. 2.tom.q.64.nu.59. & in crimine hęreſis Maſcard. concluſ. 856.à num.3.prout reſoluimus ſupra q.22.à nu.24.& 29.

23 Pręterea licet fęminæ in criminibus exceptis, & in quibus aliter veritas haberi non poteſt, admittantur Maſcard. concluſ. 462. nu.6. & concluſ. 762. nu.16. & 22. Farin.q.59. nu.8.& à nu.10.

24 Verumtamen in capitalibus tres fęminæ reum non cōuincunt, licet ſint conteſtes Gādinus de furibus nu. 7. Hippolyt. Riminald. conſ.217. nu.5. vol.2.Farin.q.59.nu.29.ſi ergo in capitalibus ad pęnam ordinariam imponendam ſaltem quatuor requiruntur fęminæ teſtes, & quod ſint conteſtes, non ſufficiet proculdubio idem numerus, ſi fęminarum teſtimonia ſint ſingularia.

25 Reſolue ergo ex natura rei crimen hoc eſſe impoſſibilis probationis,vt reſoluimus q.22 nu.18.neque quid certi diffiniri poſſe, indigereque Romani Pontificis deciſione. Erit igitur in iudicis arbitrio,quāta,& qualis mulierum teſtimonio in hac delatione ſit adhibenda fides, prout aliàs ait Iodoc. in pract. crimin. cap.50. rub. de reprobat.teſtium,nu.25. Nuſquam tamen ordinaria pęna puniet crimen, quod per teſtes fęminas,& ſingulares probatum eſt, & ita poſt hæc deciſum inuenio apud Aloyſium Riccium part.3 collectio. 549. & in praxi fori Eccleſiaſtici deciſ.369. dum refert plurium fęminarum, quæ ſolicitatæ fuerant, teſtimonio conuictum nō fuiſſe ad pęnam ordinariam confeſſorem, ſed in tortura negantem per annum ſuſpenſum ab animarum cura.

26 *Qua de re iudices*, [h] Sic commiſſarius, apud quem fęmina defert ſolicitantem, ex Caſtellæ inſtructione tenetur magna cautela, & cura de fęminæ vita,& opinione ſine ſcripto inquirere, & propria manu in margine ad fęminæ atteſtationem,vnico verbo,quid inuenerit, ſcribere, & ad S.Officij Tribunal

bunal tranſmittere.

27 *Duarum fęminarum*, i Vnius tantum teſtimonium admittebat Cantera in quæſtion. criminal. cap.de vera probatione,nu.47.pag. mihi 313.quem tamen refutauimus ſupra q.4.à nu.27. vnde probabilior videtur illuſtriſſimi ſententia.

28 *Neminem cauſarum ſuarum vllo modo conſciũ*,[l] An qui ab Inquiſitoribus detento conſilium etiam rectum, inſcio Inquiſitore, dant, puniendi ſint, vide Locatum in praxi Inquiſition.caſu 10.pag. mihi 462.inter caſus Placentiæ, vbi agit de Theologo,qui conſultus de dubio Theologico ab Inquiſito, & detento religioſo, pro recuperanda tamen ſanitate, media fideiuſſione,ad ipſius habitationem remiſſo, citra dolum ei fecit ſatis, & illius dubitationis, Catholicam declarationem in conſulto Inquiſitore, reſoluit non fuiſſe vt factorem hæretici puniendum, pęnitentiam tamẽ arbitrio Inquiſitoris ſubeundã.

29 *Contrarium perſuadeat*, m Cantera in quæſt. criminal. cap.de vera probatione,nu.47. pag.313. ſecurę torquendum aſſerit, & ſine fundamẽto vnius teſtimonium fęminæ ſufficere putat,de quo egimus ſupra q.4. à num.16.& Neapoli parochus ſolicitans in confeſſione ad tur pia tortus fuit referente Aloyſio Riccio in praxi fori Eccleſiaſtici deciſ.369.nu.1. & 3. part. collect.549.

30 Ad interponendum huius torturæ decretum, ſicut ad duriorem carcerem decernendum, ſententiamque diffinitiuã pronunciandam tenẽtur Inquiſitores ordinarium Diçceſanũ requirere, illiuſque conſenſum intra octo djes expectare, aliàs nulliter procedent iuxta clem. 1.§.propter de hæreticis, proſequũtur latè Molin.de iuſt.tract. 5.tom.6.diſpu.28. à nu.12. Farin.de hæreſib.q.186. à nu.96.

31 Dubitari tamen poteſt, quando Inquiſitores ſine hac requiſitione valide procedere poſſint? certi namque iuris eſt poſſe Inquiſitores ſine Epiſcopo cauſam expedire (idem dicendum è conuerſo attento iure de Epiſcopo ſine Inquiſitoribus) nulla facta requiſitione quando illius copiam habere non poſſunt, iuxta textum in clem.1.§. propter de hæreticis, in hæc verba. *Epiſcopus ſine Inquiſitore, aut Inquiſitor ſine Epiſcopo Diœceſano, aut eius offi-*

cialis

ciali, vel Epiſcopali Sede vacãte Capituli ſuper hoc delegato, ſi ſui adinuicē copiã habere valeãt, intra octo dierum ſpatium poſtquã ſe inuicem requiſierint, non valebit procedere, ibi Mol. Cardin. & alij Decian. tract. crim. tomo 2. lib. 5. c. 29. nu. 6. Farin. de hęreſ. 6. q. 186. num. 96. Mol. de iuſt. 6. tom. tract. 5. diſp. 28. nu. 12.

32 Sed quæſtio eſt, quando Ordinarius cenſeatur eſſe in remotis, & quis in hoc caſu Ordinarius ſit, de hac ſecunda quæſtione non diſputant Scribētes, cum tamen ad praxim, ni fallor, ſit neceſſaria, quoad primam in eo conueniunt cenſeri abſentē, & in remotis ad effectū, vt ſine requiſitione Epiſcopi procedãt Inquiſitores, pēdere ab arbitrio Iudicis, cum iure non ſit expreſſum, iuxta reg. c. de cauſis, §. 1. de officio deleg. ita in ſpecie Vmbert. in praxi Inquiſit. verb. expectare, Farinac. & Decian. poſt alios dictis locis. Regulare namque eſt Iudicis arbitrio relinqui, quando dicatur Ordinarius eſſe in remotis, ad iuris effectus, iuxta doctrinam glo. verb. remotis, in cap. cum nullus, de temp. Ordin. lib. 6. receptam ex Menoch. de arbitrar. caſu 222. num. 26. Iudices autem in hoc caſu ſunt ipſimet Inquiſitores, qui requirere tenētur, ex d. §. c. qui ſua prudentia iuxta ſuppoſitam materiam iudicabūt, quę loca cenſeantur vicina, vel remota.

33 Sed ſunt nonnulli caſus, qui apud Doctores tanquã certi enumerantur, in quibus arbitrio opus non eſt, de quibus ſingulis vtilis erit diſputatio. Sit primus, quòd ſi Ordinarius ſit extra Prouinciam, non erit requirendus, Bonif. nu. 65. in d. §. propter. Sequitur Farin. d. num. 96. ex mente quorum id locum quoque & à fortiori habebit, ſi Ordinarius ſit extra Regnum, addit verò ex alijs Decian. d. c. 29. nu. 6. verſ. idem quoque, expectandū eſſe in hoc caſu Ordinarium intra terminū octo dierum, vtrum veniat, nec ne? quę tamen expectatio iure mihi nō probatur, immò ex ipſa abſentia in partibus extra Regnū, vel Prouinciam, deducitur ſimpliciter Ordinarij copiam nō dari, ac proinde ceſſabit requiſitio, & per conſequens expectatio, ex d. §. propter, vbi Ordinarius tunc expectandus eſt, quãdo fuerit requiſitus, quę requiſitio neceſſaria non eſt, ſi ſui copiam non faciat, vt omnes fatentur,

conſtat, ut ex d.§.propter, ergo non erit expectandus.

34 Secundus caſus erit, ſi Ordinarius ſit extra Diœceſim, ita Bonif.nu.65.in d.§.propter, Farinac.q.186.nu.96. ſentiunt in effectu Decian. tom.1.lib.5. cap.29. num.6. ad fin. & ab eo relati.

35 Tertius erit, ſi Ordinarius exiſtat extra duas diætas, ita Vmbert. in praxi Inquiſito. ver. expectare, mouetur ex cap. nonnulli, de reſcript. vbi delegatus non trahit reum vltra duas diætas, quia cenſetur, & dicitur eſſe in remotis. Sed caſus hic declaratione indiget, quia aut loquimur de Ordinario territorij, vbi Inquiſitorum Tribunal exiſtit, aut de Ordinario alterius Diœceſis. In primo mēbro vera eſt Vmberti opinio, cum Ordinarius ſit extra Diœceſim.

36 In ſecundo autem membro non videtur ea ſententia amplectēda, quia ſi Ordinarius ſit in ſua Diœceſi, licet per duas diſtet diætas à loco Tribunalis Sancti Officij, vel à fine Diœceſis, in qua Inquiſitores reſident, quoniam cū per litteras, & nuncium requirere poſſunt, Bonif. in d.§.propter, q.20. Vmbert. d. verb. expectare, Farin. de hæret. q.186. num.161. Facile erit Inquiſitoribus ſaltem per epiſtolā admonere Ordinarium alterius Diœceſis, licet à loco Tribunalis per duas diſtet diætas, præcipuè cū in ſingulis Diœceſibus, inſignibuſq; ſui diſtrictus locis habeant commiſſarios. Nec obſtat tex. in d.c. nonnulli, procedit namque in ſuo caſu, quādo ſcilicet reus à ſuo domicilio, & foro extrahitur per reſcriptum, qui laboribus, & expenſis in diuerſo loco, & apud Iudicem delegatū ſeſe defendit, quæ ratio ceſſat in noſtra ſpecie, & ita de vno ad alterū caſum illatio non erit admittenda, iuxta reg. l. Papinianus, ff. de minorib.

37 Ex quibus deducitur differentiam conſtituendā eſſe inter Ordinariū Diœceſis, in qua Inquiſitores exiſtūt, Tribunalq; erectū habent, & inter Ordinarium alterius Diœceſis, nam in primo caſu ſi Ordinarius ſit extra propriā Diœceſim, non erit requirendus, licet per duas tantùm diętas ab ea diſtet, prout reſoluimus in ſecūdo caſu principali: per contrarium verò ſi Ordinarius alius in ſua Diœceſi propria reſideat, licet per duas diſtet diętas à fine Diœceſi, in qua Tribunal exiſtit, erit procul

dubio

dubio requirendus, differentiæ ſit ratio, quia Ordinarius, qui à propria diſcedit Diœceſi, & per tempus conſiderabile abſentatur, tenetur relinquere Vicariū etiam cum delegatione ad maiores cauſas, quod ſi omittat, ſibi imputet: per cōtrarium verò qui in ſua reſidet Diœceſi, nihil ei imputari debet, circa quod muneri ſuo deſit.

38 Quartus caſus refertur ab Vmbert. in praxi Inquiſit. verb. expectare, veluti ſi ſit Ordinarius extra vnā dietā, iuxta tex. in c. ſtatutum, de reſcript. lib. 6. ſed hic caſus explicari debet iuxta reſoluta in præcedēti.

39 Addoque, quòd ſi Diœceſis non fuerit magna, & reſpectu loci, vbi Tribunal exiſtit, non longe diſtet Ordinarius, licet per vnam diætam, dicēdum videtur eſſe requirendum, cum in ea ſpecie non ſit in remotis, ſic aliàs electores, qui ſunt in Prouincia ad electionem celebrandam, attento iure vocandi ſunt, iuxta text. in c. coram, de elect. ſi tamen prope locum electionis ſint, licet extra Prouinciam, vocari debent, gl. recepta, verb. in Prouincia, in d. cap. coram: ergo idem dicendum erit in hac ſpecie.

40 Illud aduertendum eſt in prædictis caſibus, quòd ſi Ordinarius ſit abſens, & in remotis, tunc Inquiſitores debēt admonere Vicarium generalem, vt ſi ab Ordinario facultatē habeat in prædicta cauſa hæreſis, vt deducitur ex d. §. propter, ibi, *delegati*. obſeruat ex alijs Decian. d. cap. 29. num. 6. in fi. Farin. de hæreſ. q. 186. nu. 103. cū ſeqq.

41 Hæc ſunt quæ Doctores in hac materia tradunt, quæ tamen in abſtracto diſputata videtur. Vnde ceſſante ſtylo, ego aliter rem ſoluerem; nam cum Inquiſitoris Tribunal ad certū ſpectet diſtrictum, ne cauſæ cōfundantur, licet in eo diuerſæ ſint, & contineantur Diœceſes, in his terminis erunt requirēdi reſpectiuè Ordinarij Diœceſani intra illum diſtrictū territoriū habentes, vt in ſuorum ſubditorum cauſis interueniant, delegationem, aut cōſenſum præſtent, licet per duas, pluresque diætas diſtent à loco, vel fine Diœceſis Tribunalis, quod ſi à ſuis Diœceſibus abfuerint, non relictis delegatis, non erunt requirēdi, quod limitarem, ſi in Diœceſi Tribunalis reperiantur.

42 Hinc fit, quòd ſi Ordinarij Diœceſis ad alium Inquiſito-

rum diſtrictum ſpectet, cenſebitur proculdubio eſſe in remotis, & ſui copiam non haberi, quod confirmatur ex eo, quia à principio Inquiſitores à Sũmo Põtifice delegatos fuiſſe, vt Ordinarios adiuuarẽt, putat aliud agens Molin. tomo 6. de iuſtit. diſput. 78. nu. 17. ad quem effectum ſuſpicor ego, quod in ſingulis Diœceſibus deputabatur. Ideóq; Clem. V. in d. §. propter, meminit Ordinarij Diœceſani, ſed quia multoties ad ampliorẽ diſtrictum delegebantur, cap. vt officiũ, ibi, *in Prouincia*, cap. vt cõmiſſi, ibi, *in Prouincia, in qua vobis Inquiſitionis officium eſt cõmiſſum*, de hæretic. lib. 6. & aliquãdo ad limitatiorem locum, puta Diœceſis, ciuitatis, vel certi loci, gloſ. recepta, verbo Prouincia, in d. c. vt officium, vnuſquiſque ex dictis Inquiſitoribus reſpectiuè, Ordinarios ſui diſtrictus requirere tenetur, iuxta d. c. vt commiſſi, ibi, *De Diœceſanorum, vel eis abſentibus, Vicariorum ſuorum conſilio*, in præcedentibus Pontifex de cõmiſſione intra Prouinciã locutus fuerat, & in hunc ſenſum meminit Diœceſanorũ, ſcilicet illius Prouinciæ, extra verò illum diſtrictum, ſeu Prouinciã ſi exiſtant Diœceſes, non eſt opus requiſitione; ſed ad materiam remiſſionis, ſeu deprecationis pertinebit quæſtio, vel vt remittatur reus, vel probationes fiant, de quo alibi.

43 Idem igitur obſeruandũ erit in inferiori alio Tribunali, quod certo circũſcribitur termino, iuxta d. cap. vt officium, iuncta doctrina gloſ. ibidem d. verſ. Prouincia, & confirmatur hęc noſtra opinio, quia ſicut Inquiſitores, vel Generales extra Prouinciã, vel inferiores extra ſuum diſtrictum iuriſdictionem directè exercere non poſſint, ex regula c. 2. de conſtit. in 6. l. fin. ff. de iuriſdict. & probat tex. in c. vt commiſſi, de hæret. in 6. ibi, *Licet ad alias partes*, &c. vbi cõceditur poteſtas Inquiſitoribus procedendi cõtra reos alibi cõmorantes, quod intelligendum eſt iuxta cõmunis terminos ſine præiudicio alienę iuriſdictionis, iuxta reg. tex in c. ſuper eo, de offic. deleg. tradit vltra Scribentes in d. c. vt officiũ, Simanc. in praxi, c. 45. nu. 9. Ita & è conuerſo Ordinarij alterius diſtrictus non poterunt extra ſuum territorium iuriſdictionẽ, quam habent cõtentioſam in hac materia, cap. per hoc, cum alijs,

de

de hæret. lib.6. exercere repugnantibus iuris Regulis, quas tantum derogatas cenſeo intra Prouinciam, Diœceſim, vel locum, intra quæ Inquiſitores iuriſdictionem limitatiue habẽt, ac per conſequens exiſtentes extra illum diſtrictum non ſunt requirendi: cum etſi velint, iuriſdictionem exercere non poſſint, aliàs amplior in hac ſpecie ordinariis, quam Inquiſitoribus poteſtas competeret, quod nullo iure probatur, & cum, vt nu. 32. diximus, àrbitrio iudicis relinquatur, quis ordinarius ad hunc effectum abſens cenſeatur, Domini Generalis Inquiſitoris prudentia expectanda erit, vt ad éuitanda dubia ſic declaret, & obſeruari iubeat ſub ipſius cenſura.

SVMMARIVM.

DEformitas criminis triplex, de per ſe, ex loco, & ex
1 *perſonâ delinquentis nu.*1.
*Solicitationis crimen includit inceſtum, ſacrilegium, & ſuſpicionem de Fide nu.*2.37.38.
*Inceſtus committitur cum filia confeſſionis nu.*3.
*Conatus non punitur pœna ordinaria nu.*4.
*Solicitans in confeſſione, ſi adimpleat, committit inceſtum numer.*5.
Solicitans in confeſſione ad diuerſum tempus, & locũ incurrit.
*Solicitans in confeſſione pœnis ſubijcitur, quibus ſuſpecti de hæreſi nu.*6.
*Inceſtus pœna eſt depoſitio nu.*7. *&* 39.
Clerici inceſtum committentes cum filia ſpirituali ſunt deponendi.
*Sacrilegium depoſitione dignum nu.*8.
*Inceſtuoſi varijs pœnis arbitrio iudicis ſubijciuntur, nu.*9.
*Confeſſarij ſolicitantes in confeſſione quibus pœnis afficiendi, præcipuè confeſſionibus audiendis ſaltem fœminarum priuãdi nu.*10. *& nu.*40.
*Confeſſarij ſolicitantes poſſunt ſuſpendi, & priuari officio beneficioque pecuniaque mulctari, nu.*11.
Inquiſitores ne pœnis in deſperationem onerent reos.
*Solicitans abiurat de leui, nu.*12
Suſpecti de hæreſi abiurant, num. 12. *&* 46.
Suſpectus de hæreſi leuiter, ſi reincidat,

incidat, non eſt tanquam relapſus puniendus, frequenter verò reincidens de vehementi abiurat nu.13.

Solicitantes abiurent in ſecreta aula S. Inquiſitionis præſente loci Epiſcopo, aliiſq; viris religioſis, & non puniantur publica pœnitentia, num.14. & nu.47 & 48.

Confeſſarij conuicti de ſolicitatione ante Bullam tradendi ſuis Prælatis lata per Inquiſitores ſententia, nu.15.

Sacramentum confeſſionis cũ ſuauitate reddendum, nu.16.

Fœminæ deterrentur à confeſſione, si confeſſor ſolicitans publicetur ab Inquiſitoribus, nu.17

Nectarius non abrogauit confeſſionem auricularem, nu.17. et nu.51.

Infamato vno religioſo totus conuentus, & religio infamatur, nu.18. & nu.52.

Conſtantini egregia facta & dicta circa Eccleſiaſticorum perſonas. & culpas, nu.19.

Suſpectus de hæreſi abiurat de leui, ſi abiurare recuſat, excõmunicatur, in excommunicatione inſordeſcens per annũ, tanquam violenter ſuſpectus pœna ordinaria plectetur, nu.20.

Suſpectus de Fide abiurat, & ni abiuret, indicitur purgatio, in qua ſi deficiat, relaxatur, nu.21.

Suſpectus de hæreſi an teneatur ſolum abiurare crimen, de quo accuſatur, an omnem hæreſim, nu.22. & nu.69.

Abiurans leuiter hæreſim non manet inhabilis, ad officia, beneficia, & dignitates.

Verba Bullæ in ſolicitantes circa relaxationem explicantur, & mouent dubium, nu.23.

Inceſtuoſi non degradantur, nu.24.

Hæreticus non relaxandus, niſi in forma facta abiuratione, vel ſaltem de vehementi reincidat, nu.25.

Solicitans ratione delicti, an creſcente malitia relaxandus.

Clericus incorregibilis relaxandus ex quibus gradibus, numer.26.

Incorrigibilis in crimine depoſitione digno relaxandus, numero 27.

Incorrigibilitas duplex, propria, & minus propria, prima traditionem curiæ ſæculari requirit, non vero ſecunda, numero 28.

Incorrigibilis traditur curiæ ſæculari, poſtquam Eccleſia non

habeat amplius, quid faciat, nu.29.
Solicitans in confeſſione, ſi incorrigibilis formaliter proponatur, relaxabitur, num.30.& à nu.84.
Incorrigibilis vt ſæculari curiæ tradatur, non requiritur degradatio, nec relaxatio attento iure, ſed contrarium obſeruatur, nu.32.
Confeſſarius ſolicitans ſi impœnitentem in futurum, & in perpetuum ſe dicat, non ſtatim relaxandus, nu.33.
Degradatio quomodo fit.
Confiſcatio non habet locum, niſi in caſibus iure expreſsis, numero 35.
Per oratio operis in Dei laudem, & animarum ſalutem, nu.36
Depoſitio propter inceſtum in praxi non obſeruatur, nu.39.
Confeſſor ſolicitans in confeſſione priuari an debeat à confeſſionibus fœminarum in perpetuum, an ad tempus, nu.40.
Solicitans parochus Neapoli per annum à cura ſuſpenſus, numero 41.
Confeſſor audiendi confeſſiones poteſtate priuatus non eſt irregularis, ſi defacto abſoluat, nu.42.
Solicitantes in confeſſione ad triremes damnandi, ex Cantera, & Lucio, ſed reprobantur, nu 43.
Sacerdotes paſſim triremibus nō damnandos, nu.44.
Miniſter triremium flagellans Sacerdotes in triremibus remigantes non incurrit excommunicationem contra Viualdum, nu.45.
Forma ſententiæ contra leuiter ſuſpectum remiſſiue, nu.46.
Perſonæ ad ſecretam Inquiſitionis aulam vocatæ ad audiendam ſententiam contra ſolicitantem iubeantur ſub pœna excommunicationis reſeruatæ, ne illud crimen propalent, ob ſcandalum, & refertur caſus, nu.49.
Solicitans in confeſſione per multos annos punitur ab Inquiſitoribus Pinciæ, & quomodo, nu.50.
Inſordeſcens per annum in excommunicatione eſt ſuſpectus de hæreſi, nu.53.
Inſordeſcens per annum in excommunicatione propter cauſam ciuilem beneficijs priuatur, nu.54.contra nu.55.
Inſordeſcens per annum in excommunicatione, non priuatur ipſo iure, nec per ſententiā beneficijs, ſed habetur pro con-

ſeſſo de eo crimine, aut cauſa, de qua agitur, nu. 56.

Pœna ex pœna non procedit.

Inſordeſcens per annum eſt ſuſpectus leuiter de Fide, & ideo beneficijs non priuatur, numer. 57.

Inſordeſcens in excommunicatione per annum ex cauſa hæreſis, eſt vehementer ſuſpectus de hæreſi, & vt talis punitur, nu. 58.

Inſordeſcentia per annum ad inducendam leuem de Fide ſuſpicionem extra caſum Fidei requirit præcedentes monitiones, nu. 59.

Cap. cum contumacia de hæret. in 6. contra Menoch. nu. 60.

Cap. poſtulaſti de clerico excommunicato, nu. 61.

Excommunicatus non priuatur beneficijs obtentis, ſed illorum fructibus.

Inſordeſcens in excommunicatione per multos annos, priuatur beneficijs num. 62. contra numer. 63.

Cap. cum bonæ de ætate & qualitate, nu. 63.

Cap. vlt. de pœnis, nu. 64.

Suſpicio orta ex inſordeſcentia per annum in excommunicatione extra Fidei cauſam leuem inducit ſuſpicionem beneficiorum priuatione nō mulctandum, nu. 65.

Inquiſitores ex conſuetudine non cognoſcunt contra inſordeſcentes per aunum in excommunicatione extra Fidei cauſam, nu. 65.

Triden. Seſſ. 25. c. 3. de reformat. non inducit ſimpliciter ſuſpicionem de Fide ex inſordeſcentia, nu. 66.

Clauſula, abſoluentes, de qua in Bullis, & gratijs, non prodeſt inſordeſcentibus in excommunicatione per annum, nec poſt quatuor menſes, nu. 67.

Purgare ſe recuſans, aut in purgatione deficiens, qua pœna puniendus, & an ſit ſuſpectus de hæreſi, nu. 68.

Suſpectus de hæreſi, & de vehementi abiurans non eſt inhabilis ad beneficia etiam Cathedralia, nu. 70.

Hæreticus abiurans non amittit beneficia.

Verba Bullæ in ſolicitantes circa degradationem, ibi: ſi & prout de iure fuerit faciendum, quomodo intelligenda, nu. 71. & nu. 94.

Degradari nemo poteſt, niſi in caſibus iure expreſſis, nu. 72. contra nu. 73.

Caſus iure expreſſi, in quibus quis

*quis degradatur,nu.*72.
*Clericus homicida , & latro degradatus,et ſuſpenſus, nu.*74.
*Sebaſtianum Regem duo præſtigiatores fringentes cum duobus monachis, qui illis à confeſſione erant,ſuſpenſi,nu.*74.
Clericus ob crimen læſæ Maieſtatis an degradandus.
*Monachi ob ſui Prouincialis homicidium degradati,& ſuſpẽſi,nu.*75.
*Degradatio ob quæ crimina imponitur,nu.*76.
*Iudex in arbitrando debet attendere ad caſus hodiernos ſimiles non ad antiquos, nu.*77.
Aetas noſtra non patitur rigorẽ canonum antiquorum.
*Pœna priuationis non imponitur niſi in caſibus iure expreſſis , nu.*78.
Clericus inſidias Epiſcopo ſuo parans an degradandus , cap. ſi quis ſacerdotum, 11. *q.* 1.*nu.* 79.*& nu.ſeqq.&* 86.
Dictio, mox, *interuallum excludit, & reincidentiam, nu.*80.
*Curiæ duæ apud Romanos,nu.*81.
*Curia Eccleſiaſtica in primitiua Eccleſia,quid,nu.*82.
*Crimen dupliciter accipitur, numer.*83.
*Solicitans an & quando relaxãdus,nu.*84.
*Solicitans vt degradetur, non eſt opus procedere per gradus incorrigibilitatis attento iure, nu.*85.
Incorrigibilitas non requiritur, quoties lege, ſtatuto, vel commiſſione degradatio ſimpliciter imponitur.
*Incorrigibilitas non eſt neceſſaria in grauiſſimis criminibus, vt delinquens relaxetur, numer.*87.
*Solicitans,vt degradetur,non requiritur, vt ſit incorrigibilis, nu.*88.
*Degradationem ſi Pontifex arbitrio iudicis committat, non erit neceſſario imponenda,numer.*89.
*Bulla in ſolicitantes committit arbitrio Inquiſitorum degradationem,nu.*90.
*Dictio,*etiam, *importat arbitriũ, non neceſſitatem,nu.*91.
*Monachi degradati ob ſui Prælati necem ex arbitrio iudicum, nu.*92.
*Epiſcopi in Concil. Trident. conſtituti,etiam tanquam delegati, poterunt ea poteſtate vti, ſi velint,ſecus vbi conſtituuntur tanquam delegati, vnde pendet iuriſdictio Tribunalis, ad quod ſit appellandum, nu.*93.
Solicitatio licet leuem præſeferat

ſuſpicionem de Fide, producere tamen poteſt degradationem, nu. 95.

Degradatio imponitur non ſolum in cauſa hæreſis, ſed in alijs caſibus.

Degradationis materiã tractant Doctores remiſſiue, 96.

Moniales, & Monachi ordinibus non inſigniti quomodo exautorandi, nu. 97.

Equites ordinum militarium habitu exuuntur, nu. 98.

Milites degradantur, nu. 99.

Doctores degradantur.

Clerici minoribus inſigniti degradantur, num. 100.

Religioſus ad triremes damnatus exuitur religionis habitu, num. 101.

Religioſi, clericiue ordinibus initiati, ſi ad perpetuos carceres, aut ad triremes damnentur, degradantur per verbalẽ degradationem, non per actualem, num. 102.

Degradatio actualis fit coram iudice ſæculari, eique degradatus relinquitur, nu. 103.

Degradatio in abſentem, quæ ficta dicitur, quomodo fiat remiſſiue, nu. 104.

Iudex ſæcularis an & quando teneatur ſtare ſententiæ Inquiſitorum, nu. 105.

Epiſcopus confirmatus poteſt ſententiam degradationis proferre, ſed ad actualem degradationem requiritur cõſecratus, nu. 106.

Vicarius Epiſcopi poteſt proferre ſententiã degradationis, actualiter vero degradare ſolus Epiſcopus, nu. 107.

Depoſitum, ſeu degradatum quis reſtituere poſſit nu. 108.

Depoſitus, & degradatus in quo conueniant nu. 109.

Degradatus, vel depoſitus manet oneribus ordinis obnoxius, characteremque retinet.

Degradatus, ſeu depoſitus celebrans grauiter peccat, vere tamen conficit nu. 110.

Degradatus, ſeu depoſitus celebrans quomodo puniatur numer. 111.

Degradatus, & depoſitus in quo differant nu. 112.

Depoſitus fori, & canonis retinet priuilegium.

Degradatus, actualiter canonis, & fori priuilegium amittit nu. 113.

Epiſcopi, Abbates, alijue Prælati, qui in depoſitione interueniũt, ſint aſſeſſores, an iudices, an aſſiſtentes, nu. 114.

QVAE-

QVAESTIO XXIV.

De pœna diſſeritur, qua afficiantur conuicti rei.

1 EXIT opus in finem cum diſputatione de pœnis. Hic tamẽ luxuriante materia luxuriaret lingua, quam compreſſi, ſed enarrando quę ad rẽ, & lucem. Atque à fundamento eſt, vt præuideas, cuius inter delicta ſpeciei ſit tale hoc crimẽ, à quo pœnas inferas, quibus ſubijci debeat. Cumque in crimine triplicem conſideres deformitatem, de per ſe alteram, ex loco alteram vbi committitur, extrinſecus autem aduenientem alteram, quatenus ex peccante ſuſpiceris lęſam fidẽ: eſſe quoque triplicis ſpeciei videri contendes.

2 Dum enim ſpiritualis filię ſolicitationem includit libidinoſam, incæſtum eſſe [a] pro comperto eſt: ad quam ſpeciem pertinere Doctores volunt. Bermond. de publicis concubin. rubr. de incæſt. num. 23. Decia. tracta. crimin. lib. 6. cap. 23. à nu. 1. Roder. de regula. tom. 2. q. 27. art. 1. Farin. de delict. carnis, q. 149. nu. 53. Aegi. de priuilegijs honeſtatis art. 11. n. 18. Quatenus tamen ſolicitatio fit in ſacramento pęnitentiæ, & ex loco, & actu, ad ſacramenti tendente iniuriam, cenſetur in ſacrilegij ſpeciebus: [b] namque irreuerentiam ſacramento exhibitam, ſacrilegium eſſe nituntur Baiardus ad Clar. §. ſacrilegium à num. 1. & ſequent. Decian. tract. criminal. lib. 6. cap. 24. à num. 3. Azor. lib. 9. Inſtit. moral. c. 28. & paſſim alibi. Elicita denique è tali actu ſuſpicione hæreſis, ponere vrgeris in infidelitatis ſpecie; cum omne crimen hæreſis propinans ſuſpicionem, fidem offendat.

3 His ita præmiſſis ſtatutis pro criminum ſpeciebus, in quibus delictum conſtituitur: erit igitur, vt diuerſis quoque pœnis plectatur. In talis primò criminis reos fulminandam incæſtus pęnam fatendum eſt: ad incæſtum re verà attinente omni libidinoſo actu cum ſpirituali filia ex confeſſionis ſacramento. Probat in ſpecie Farin. vbi ſupra nu. 53. Menoch. de arbit. cent. 6. caſu 502. nu. 29.

4 Hic tamen, lector, paululũ ſiſte

ſiſte pedem. Illud le præoccupet progreſſurum, ſupra citatos Doctores, qui libidinoſe peccantes cum ſpirituali filia inceſtus pęnas ferre iubent, de illis loqui peccatum actu adimplentibus, digniſſimis, qui afficiantur eadē pęna. At verò crimen de quo agit Pauli Conſtitutio non ſolū libidinis actum includit completum, ſed etiam ſola ſufficiens eſt ſolicitatio, etſi non actu attingens. Cum igitur ſolùm in crimine conamen, incompleto actu, non ſufficiat ad ordinariā pęnam, iuxta reſoluta per Angel. Alberic. & alios in l. ſi quis ea mente, ff. de furtis, Paul. & alij in l. ſi quis non dicam, C. de Epiſc. plures aggerunt Couarr. in Clement. ſi furioſus part. 2. in initio num. 6. benè Farin. q. 124. nu. 37. Meritò in lite ponē dum opinio eſt, an confeſſarius fęminam ſolùm prouocans in confeſſione, plecti debeat inceſtus pęna.

5 Litem diſtinctio dirimet. Si enim ex tali hac ſolicitatione, actu continuo, ad opus iuit confeſſarius; tunc inceſtus pęnam incurrit citra dubium. Datur vere inceſtus actu completus, qui ſolicitationem in ſacramento factam continuo ſequitur. Igitur à ſacramento, & in ſacramentum totum crimen eſſe videtur, ad Inquiſitorum prætcrea attinere cognitionem, iuxta Bullam. Si autem, præter ſolicitationem, nihil turpe ſit, nō reus feret prædictam inceſtus pęnam: ſed ab arbitrio iudicum erit modus, qui minori puniēt, quam ordinaria, vt alibi de puniendo conatu ferunt citati Doctores. Si ſola tamen ſolicitatio fęminæ in confeſſione inferatur, cui poſtea ex longo interuallo opus aſſideat diuerſo actu; de hac tali ſolicitatione cognitionem ſumet ſancta Inquiſitio, quam pro ſupra dictis ſupplicio afficiet, moderante ordinariam inceſtus pęnam iudicū arbitrio. Atqui de inceſto extra ſacramentum impleto cognoſcere non poſſe videtur, nec pęnæ aliquid pro eo ſancire iuxta dicta in q. 5. nu. 14.

6 Deinde aſſerendum eſt talis criminis reos ſacrilegij pęnis adſtringi, qui ſacratiſſimum Sacramentum, rem inter omnes ſacram, temere labefactant: eoſdemque eadem vexādos pęna, qua & vexantur de hęreſi ſuſpecti illi, vt Param. lib. 3 q. 10. nu. 90. & 97. ſupraq; dicti omnes q. 2. nu. 7. diffuſe tradunt.

An

An digni rei depoſitionis pœna.

7 Ex dictis primò inferas, in hos tales ſic peccantes ſequiendum depoſitionis pęna. Liquet, quia incæſtus pęna depoſitio eſt, [c] vt probat Farin. in pract. crimin. q. 149. nu. 53. Bernar. in pract. cap. 84. nu. 2. At verò crimen hoc incæſtus pęnis eſſe ob noxium, ſupra probauimus. Ergo, amoto dubio, presbyterum depone; quem reum poſuit, fecit perſpicax probatio. Quod in terminis, de eodem hoc peccato tradunt Antonius de Butr. in cap. at ſi clerici nu. 13. de iudic. vbi Abb. nu. 35. Berous nu. 169. Mant. nu. 18. Felin. nu. 14. ad fin. Bernar. vbi ſupra: ac ibi additio communem dicit; Clar. §. incæſtus num. 2. Farin. q. 137. num. 27. Guttier. canon. lib. 2. c. 7. num. 60. & 61. per tex. in c. ſi quis ſacerdos, & in cap. non debet 30. q. 1.

8 Adde, mereri reum dictā pęnam, dicente, ac ducente alio capite. Vides ſacrilegium (pęna cuius, & huius criminis) delictū eſſe depoſitione dignum: Bernar. in pract. cap. 81. num. 2. vbi Additio, Couar. Menoc. & alios refert: Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 2. nu. 6. verſ. de iure autē canonico. Rebuf. in praxi 3. par. tit. de modis amittendi beneficia nu. 56.

9 Vltra autem depoſitionis pęnam (quæ omnium grauiſſima eſt) ſubmittetur reus alijs pęnis, ſeu pęnitentiarum alijs oneribus, quæ ferunt incæſtuoſi. De quibus Salzed. dict. cap. 82. nu. 2. Farin. qui plures offert dict. q. 149. num. 37. tex. in cap. presbyter 82. diſt. tex. in c. hoc ipſum 33. q. 2. Aduerte tamen, fore, vt arbitrio iudicum moderentur dictæ pęnæ: tum quia in tali crimine, ſæpe actu perfectum non dabis incæſtum, ſed meram ſolicitationem: tum etiam, quia diuerſæ intererunt circumſtantiæ, quæ ordinariam pęnam minutiorem, & mitiorē reddere poſſunt.

10 Confeſſarijs inſuper ſic peccantibus exilia, reclusiones, carceres, ac pęnæ aliæ imponi poterunt, vt Param. aſſerit dicta q. 10. nu. 166. vbi inſtructionem Inquiſitorum refert cap. 5. 6. & 7. Priuarique debent confeſſionibus, ijs ſaltem quæ à fęminis ſunt, [d] vt aduertit proxime idem auctor: Quod autem ad reliquorum Sacramētorum attinet adminiſtrationem, & prædica-

dicationū exercitium, arbitrio Iudicum relinquitur. Rei tamen ab ijs locis, in quibus deliquerunt, leucas aliquot, meo iudicio, amoueantur: atque diſciplinis onerari poterunt iterū lecta in Monaſteriorum capitulis à quouis Sancti Officij notario, ſententia, præſenti toto ſodalitij cętu: ac ijdem (ſi videbitur) tam actiua, quàm paſſiua voce deſtituentur; chorū, & refectorium vltimi adeuntes, ſedentes.

11 Sed clericis vltra nominatas pœnas, priuationis alias, & ſuſpenſionis officij, & beneficij, & pecuniarias pijs operibus applicandas, iniungi licebit. Verū quia reus nonniſi iuſtis mandatis, & pęnitentijs obnoxius eſt; videant Inquiſitores ne tales iniungant, quæ pœnitentes turbēt,[e] in deſperationem potius cogant, quàm ad dolorem eliciant, ſubmiſſionem; vt tradit in ſimili Pen. 3. par. Directorij, comm. 7. ante fin. tradit in ſpecie Param. d. nu. 166. poſt med.

Tranſitum ad abiurationem.

12 Infertur deinde, huiuſmodi reum ſolemniter abiurare teneri, pro ſtylo ſacræ Inquiſitionis Senatus, imponentis id oneris de hæreſi ſuſpectis.[f] In promptu probatio; quia hanc ipſam indicūt, & iniungunt ſacri Canones in Fide ſuſpectis, iuxta notata per Simanc. de Cathol. c. 1. nu. 13. & 14. Menoch. de arbit. cent. 4. caſu 372. atque annotatur in cap. ego Berengarius, de conſecr. diſt. 2. Ob idq; ſpecialiter id de hoc crimine tradit Param. d. q. 10. num. 166. Illud tamen aduertendū ex eodem Param. exhibendam abiurationem à leuiter quaſi ſuſpecto: ſed an leuis, vel vehemens ſit præſumptio in hunc talem, pro nunc non definio.

13 Vnde fit conſequens, talem hunc reum, ſi poſteà de hæreſi formaliter conuincatur, nō relapſum habendum, habet Param. vbi proximè num. 167. ſed grauior illi pœna indicenda eſt, eadē addita de leui abiuratione, per deciſ. c. accuſatus, verſ. ſi autem, de hæret. lib. 6. Quæ tamen leuis ſuſpicio ex frequētia, vel ex alia quauis circumſtantia poterit vehemens aſſurgere, Iudicum arbitrio: tuncque exiges abiurationem vti à vehemēter ſuſpecto, inſinuat Locatus in opere iudiciali, verb. ſuſpicio, nu. 18. & 19. Facit optimè Geminiani doctrina c. cum contumacia,

macia,num.3.de hæretic.lib.6. quod addocet idē Locatus poſt Franc. vbi proximè num. 28. Eymer.in Direct.3.part.à principio num.164.

14 Illud autē diſcuti poteſt, an requiratur, vt publicè publico Fidei theatro, an ſecretò inter Inquiſitores proferatur abiuratio? Pro quo dubio doctè Param.d.q.10. num.165. verſ. actuato, qui ait, abiurationem hāc talem proferendam omnino in ſecretiſſimi Sancti Officij ſecreta aula, g præsēte loci Epiſcopo, Confeſſarijs aliquot, Parochis, Fratribus, alijſque viris Religioni adſtrictis. Conducūt quę pulchrè aggerit Simanc.de Cathol.c.41.nu.24. ac Rojas ab Eymerico ſing.1.nu.11.& 56. Pen.ad Direct.3.par.commen. 40. verſ. prętereà differunt, & ſequent. Addit inſuper idem Param.nu.166. prædictos reos publicis pœnitentijs nunquam onerandos,[h] nè inde ferāt ſcandalum confeſſarij: numeroque 171.admonitionis imprimit formam, qua, poſt latam ſententiam,vtentur Inquiſitores.

15 Quod totū religioſè obſeruari quis diſſuadebit? Verùm ſi mihi rei tantæ manū inſerere licet. Quid ni licebit appellanti ſemper peritiorum iudicium, & cenſuram? Mihi mēs eſt,vtilius futurum, ſi confeſſarij illi, qui peccarunt ante notam Bullam, ſuis tradantur Prælatis,ſuperioribus, corrigendi, vexandi ſupplicijs:dummodo tamen Inquiſitorum præeat ſententia, executio cuius Pręlatis imponatur ſub excommunicatione: nam ſic impij prouocatores eo modo paterentur ſuppliciū, quod decentius, commodius Sancto Officio videatur: religioſiſque omnibus, & confeſſarijs ea punitio aurem velleret, moneret; atque ſaltem iubendum eſt, vt nulli,niſi eiuſdem Ordinis,& inſtituti Religioſi adſint legendis culpis in Inquiſitionis aula. Ita fiat: populo non nocebit ſcandalum, atque ipſemet Ordo Inquiſitioni gratiam habebit,quę eius conſuluit dignitati, & honori.

16 Hæc munient ſequentia fundamenta: inter quę & hoc primū à parte Sacramēti,quod cū oneroſum hominibus videatur,& difficillimū, qui accedunt ſummè difficiles, ob morū prauitatem, quos exuere dolēt,ob repugnantiam factam ſibi intra ſe: maximè vſui erit & viros, & fęminas ad Sacramentum (ſine

quo

qno nulla ſalus) pellicere cum ſuauitate,lenitate, ac veluti relegatis,immò immerſis obſtaculis,ſuauiſsimum reddere,ſuadere,vt omnes cordi apponāt,ſibi induant, vulnerum prǫſentiſsimum medicamen, vitæ fulcrū, mortis mortem. Si autē in ipſo patrata patefiant ſacrilegia, fędave, ac turpia alia, datur quidem vrgens occaſio faſtidiendi, prorſus fugiendi,vxoribus,& filiabus diſſuadendi frequētiam. Atque tandem fiet,vt quod antea auebant,nunc repellant.

17 Secundum eſto à parte fidelium,quę antea ſolicitatę in confeſsione, etſi ſcandalo affectæ,non tamen cōfeſſarijs amittunt debitū cultum. Etſi enim vnum,alterumve malū habent, non omnes habent. Erit cōtra, hac propalata turpitudine, à qua in reliquos omnes pręposteram imbibent opinionem. Ita quidem plures erunt, quos plus ſeducat à Sacramēto facta hęc publicatio, quàm de cōfeſſario priuatum ſcandalum, priuatim ſuſceptum. Dicta firmantur exemplis. Byzantij factum, vt fœmina à diacono turpiter compreſſa fuerit in tēplo, quod adierat adimplendæ pęnitentiæ ergo. Res exit ad populum,qui presbyteratum non ſolùm odit, verum inſectatus eſt. Malum ſecuit *Nectarius* Epiſcopus, ſalutare ducens ceſſationem à confeſſione in aliquod tēpus. Rem narrat Tripartita hiſtor. lib. 9. c.35. intermiſſam confeſſionem ne auricularem puta,quæ nunquam intermiſſa (perperam habentes, qui contra habuerunt) publica erat, publicè habita. In id Bellarm. vide,qui optimè, vti in omnia,lib.3.de pœniten. c.14. Suarium de pęnit.diſput. 17.ſect.2.à num.30.[1]

18 A confeſſarijs tertiū eſt, quibus auctoritas valde minuitur, publicatione hac,quę maxima, & maximè requiritur in Sacramēto; populo enim cernēti, cōfeſſariorum aliquē ſupplicio affectū publico, mox omnes vileſcūt,odio ſunt. Vides paſſim. Licet enim Religioſi vnius peccatum,Religioni,& Ordini non noceat apud probos,& prudentes,qui vidēt ab vno partu proles moribus diuerſas, & ingenijs: malos genios corrumpi inter bonos,è cęlo detrudi: contabuiſſe quendam in ſalutifero Chriſti Domini contubernio: apud improbos tamen, imprudentes, auctoritatis, & nominis multum perit.[1] Quid,ſi ob hęc

talia

talia crimina animaduerteretur ſeuerè in aliquot omnium Ordinum Religioſos, nulri inter quos apud populum valerêt fama,& nomine? quos paſſim datis occaſionibus ante notam Bullam, tandem prolabi non mirum fuerit.

19 Te appello, Cõſtantine, Principem, & verè Principem, qui Eccleſiaſticorum miniſtrorum defectus, quæſtiones agitari, publicè controuerti nũquam paſſus es, quę igni abſumenda pius voluiſti, illud addens: *Vos etenim nobis à Deo dati eſtis Dij, & conueniens non eſt, vt homo iudicet Deos, ſed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt: Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autẽ Deos diſcernit*; vt tradit Mexia, ex Ruffino, & Caſſiodoro in eodẽ Conſtantino, cap.2. & iteratur in c.cõtinua, & c.ſacerdotibus, verſic. Eccleſiaſtica, 11.q.1.& cap.futuram, verſic.idem verò, 12.q.1. Atque in c. in ſcripturis, 96.diſt. affertur illud de eodem Conſtantino: *Verè ſi proprijs oculis vidiſſem ſacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui monachico habitu circũamicti ſunt, peccãtem, chlamydem meam expoliarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur*. Meminit huius rei Decia. reſponſ.8. nu. 16. vol.1. O quàm piè, quàm diuinè Chriſticola hic, quia ſacerdotes, & Eccleſiæ miniſtri, Eccleſiæ oculi ſunt: atque infirmis oculis, matura cõſideratione adhibet is opem, ne ſubcęcus cęcus reddatur omnino. Vide, ne, dum nocentem herbam eradicare conaris, triticum eradices.

20 Sed quæramus, an talis reus abiurare abnuens, vt impęnitens, ſeculari curiæ tradi debeat. Suadetur affirmatiua pars ex c.ad abolendam, verſ. pręſenti, ibi, *abiurare*, & ibi, *ſeculare iudicium*, ac ex cap. excõmunicamus, in 1.§.*adijcimus*, in fi. de hæret. atque ibi notat gloſ.verb.iurare. Locatus verb. abiurare, tradũt ex alijs Simãc. de Cathol.cap.1.nu.25. Rojas ſing.1.nu.17. Quæ ſententia in hęreticis cõuictis procedit omnino, non item in de hæreſi ſuſpectis, qui non habiti hęretici, nec de hęreſi damnati, ſi abiurare recuſent, per excommunicationẽ coercendi ſunt. Atqui ex ipſis per annum in excommunicatione inſordeſcentibus oriri licebit hęreſis violenta ſuſpicio,[m] atque ex conſequenti ordinaria pœna.[n] Probat in ſimili

niſi tex. in d. c. excommunicamus, §. qui autem, iuxta verum intellectũ docet Eymericus in Director. par. 2. q. 55. num. 25. atque ibi Pen. lit. S. poſt alios Martinus Delrius lib. 5. diſquiſ. magic. ſect. 12.

21 Neque obſtabit text. in d. c. ad abolendã, verſ. qui vero, ibi, *ſimili ſententia*, qui tantum probat ad abiurationem cogi poſſe ſuſpectos in Fide, & ni abiurẽt, ſeculari curię laxari, cum defecerint in ſibi iniuncta purgatione, quia à iure pręſumptio eſt, capi, conuinci de hęreſi, deficiẽtes primum in purgatione; ſecus autẽ eſt, vbi ſolùm ſuſpicio eſt. Nec itẽ obſtabit d. verſ. adijcimus in fine, qui de ſuſpectis nõ agit, ſimpliciter abiurare abnuentibus, ſed de illis omnibus, qui obſtinati cum damnatione iuramentum reſpuunt vti illicitum, ſtante ea neceſſitate, quia ob id ipſum habentur hęretici, vt habet tex. intendũt ibi Hoſtienſ. Abb. nu. 12. in fi. tradit gloſ. 1. in cap. olim 12. de reſtit. ſpol. Caſtro aduerſus hæreſes, verb. iuramentum.

22 Verum, vtrum teneatur confeſſarius crimen, de quo leuiter tantùm ſuſpectus eſt, an generaliter omnẽ hæreſim abiurare, quęri poteſt. Negatiuam partem tuentur Eymericus in Direct. ſub tit. forma abiurandi hæreſim, quando delatus eſt ſuſpectus leuiter, à num. 163. Calder. de hęret. 1. par. cap. 20. nu. 1. ad fin. Locatus in Inquiſitionis formulis, ſub tit. forma abiurationis leuiter ſuſpecti. Cõtra cenſuiſſe videtur Simãc. de Cathol. c. 1. nu. 12. & c. 57. nu. 7. prout illũ citat, probatq; Peg. ad Direct. d. 3. par. comm. 4. verſic. cæterum vt in hac re; qui ita Romæ obſeruari teſtatur, obſeruaturque apud nos, [n] omni amota cõtrouerſia. Illud autem commoneo [o] nõ videri de iure communi hanc abiurationem, cum leuiter tantùm criminoſum aſpergat, reddere abiurantem inhabilem ad gradus, & dignitates ſuæ Religionis, vt in ſimili diffusè, & elegãter probat Nauarr. conſ. 18. de hæret. incipit, Titius religioſus, in cuius doctrinæ veſtigijs hæret. Emman. Roder. 2. tom. regul. tom. 2. q. 82. art. 2.

Itur ad degradationis pœnam, & vltimum ſupplicium.

23 Tertio inferas, cum difficultate, reſcripti illa verba procedere:

cedere: *eos etiamſi, & prout de iure fuerit faciendum, debita pre cedenti degradatione, ſecularis iudicis arbitrio puniendos tradendo*. Otioſa enim dicas, cum dicas, nullum dari caſum, qui degradationis pęnam tangat, diſcuſſo iure. Elicias à ſufficienti caſuum relatione. Vel hæreſim huic crimini adhærentem, vel deformitatē conſideremus, quatenus ſacrilegium inuoluit, & incæſtum, non tamen ſeculari curiæ tradendi erit locus. Patet, quoad hæreſim quia cum leuem tantùm ſuſpicionem incurrat ſolicitator, etſi poſt abiurationem relabatur, non tamen tradetur, iuxta ſupra dicta.

24 Qua autem incæſtum cōtinet, & ſacrilegium, nullum tibi erit obuium ſacrorum Canonum inſtitutum, quod doceat, tradi poſſe ſeculari Curiæ horū criminum reos. Contrarium nec licebit affirmare, ſine iuris ſpeciali conſtitutione. Intendunt gloſ. in cap. 1. 81. diſt. Couar. pract. cap. 32. nu. 2. Henriq. in ſum. lib. 13. c. 55. nu. 3. & 4. Ergo prædicta verba locum nō habere videntur. Quod abſurdum eſt quia fateri cogimur, Pontificis illa verba, in dict. reſcripto appoſita, otioſa, ac fruſtratoria fuiſſe, falſumque ſupponere, dum annuunt, caſum eſſe, pro quo talis criminis rei onerari poſſint prædicta hac pęna, iuxta ius.

25 Propter eà primo dicendum eſt pro reſolutione, huius criminis reos, vt hæreticos, nūquam commiti poſſe ſeculari curiæ. Hoc liquet quia nullus, vt hæreticus ſubeſt tali pęnæ, ni in forma facta abiuratione, vel ſaltem de vehementi, formalē hæreſim reincidat. Atque in hoc tali crimine talis relapſus conſiderari nequit ſiue enim ne leui reus abiuret, ſiue iterato crimine, præſumptio creſcat vrgentior, abiuretque vti vehementer ſuſpectus, delicti tamē ratione, nunquam de hæreſi formaliter conuinci poteſt. Etſi enim ſemel, bis, ſæpius patretur delictum, nunquam reus ex frequenti illa patratione hæreticus arguetur: cum peccatum ex ſe nō in fidem ſit, ac manans præſumptio non poſsit fieri violenta, vt reſultet vera hæreſis probatio abſque lege, qua expreſſe id caueatur, iuxta notata ad cap. cum contumacia de hæreticis lib. 6. Ergo nulla decernente lege, delicti ob frequentiam, formaliter aliquem pro-

 bari

bari hæreticum, iure aſſeras, delicti ratione neminem dici poſſe relapſum in hereſim, vt ſeculari curię, velut hęreticum, tradas.

26 Secundò dicendum eſt talem hunc reum, vti incęſtuoſum, ſacrilegum, poſſe, dato aliquo caſu, degradatum de iure, ſeculari laxari iudicio. Cui rei vt lucem demus, retrogredientes altius repetemus: habent, ac docent Doctores noſtri, criminis alicuius tenacem aliquē clericum committi poſſe ſeculari brachio. Notant omnes ad cap. cum non ab homine de iudic. citari à Couar. pract. cap. 32. num. 2. verſic. 3. Bernard. in pract. c. 139. in principio, Clar. §. vlt. q. 36. à num. 35. Quod tamen ne amplectare confusè, & indiſtincte: tres adeſſe debent circunſtantię, prima graue crimen, & depoſitione dignum: eſt altera eſſe fruſtra correctionem in clericum iam incorrigibilem, ac à peccato veluti captum. Sit tertia factum ab Eccleſia quicquid poterat in ſalutem peccantis, ſed nullo fructu, nulla ſpe, iamque nihil vltra habere quid faciat. Patet aſſertio, quia niſi in caſibus iure expreſſis, clericus non degradandus eſt, q vt ſupra aſſeruimus, & tradit Bernar. in pract. cap. 140. ante quem, Anna. poſt Butr. in c 1 nu. 8. de clericis pugnantibus ni duello.

27 Nullum plane ius ſancit, vt contumax clericus, ac degradatus, quem correctio non penetret, ſubſit ſeculari iudicio, niſi datis his tribus circumſtantijs, vt eſt text. in dict. cap. cum non ab homine de iudic. ex quo facilè prædicta deducuntur. Nam quod dixi conſiderādum, crimen nempe eſſe depoſitione dignum, r probationem ſumit ex dict. cap. cum non ab homine, ibi: *furto, homicidio, vel alio crimine*, vocem illam, *alio*, ponderando, quæ repetitiua ſimilium eſt, pro traditis in 2. q. num. 19. Alcia. in dict. cap. cum non ab homine in 2. lectura nu. 25. Sicque intelligendum eſt de crimine præcedentibus ſimili, ac ſic depoſitione digno, q ibi omnes notarunt; firmiuſq; comprobat textus huius litteræ, prout habetur in 2. Decretalium collectione ſub hoc tit. c. 3. vbi legitur (*vel alio mortali crimine*) Dum autem dixi, requiri, vt clericus incorrigibilis ſit omnino, probationem mutuor ex dict. cap. cum non ab homine,

ne, ibi, *ſi depoſitus incorrigibilis fuerit*, &c.

28 Illud autem moneo, duplicem extare poſſe incorrigibilitatem; minuſ propriam alterã, propriam alteram, & perfectam. Erit prima, cũ quis legitimè ſemel admonitus, & punitus, nullã emendationis ſpem exhibet; de qua loquuntur Antonius, & Abb. nu. 3. & Deci. nu. 15. & 17. in d. c. cum non ab homine, ac ibi Alciat. num. 113. Præpoſ. in cap. neminem, nu. 2. 45. diſt. vbi Turrecrem. nu. 1. Secunda erit, cũ quis non ſemel, ſed ſępius legitimè monitus, crimini adhuc hæret, Eccleſiæ pœnas contemnens obduratus adeò, vt correctio fruſtrà moraliter iudicetur; quia talis incorrigibilis dicitur omnino, vt ait Deci. in d. c. cum non ab homine, nu. 17. Couarr. pract. d. c. 32. n. 2. Clar. in pract. §. vlt. q. 36. num. 33. gl. vlt. in c. illud 24. q. 3. & ibi Archid. in fi. Prima non valet ad reum tradendum ſeculari curiæ, vt vides ex d. c. cum non ab homine, vbi clericus non correctus per depoſitionem verbaliter ſibi factam, excommunicari iubetur ante vlteriorem traditionem. De ſecũda autem quæ verè, & propriè incorrigibilitas eſt, illud affirmem, ob hanc talem reum eſſe tradendum ſeculari curiæ, pro terminis d. c. cum nõ ab homine. Iuxta quod interpretaberis ſupra citatos Doct.

29 Dixi tandem poſtulari maximè, vt in reum pugnet Eccleſia varijs, & omnibus ſupplicijs, ad defectionem vſque, ita vt non habeat amplius quid faciat, pro textus doctrina in d. c. cum non ab homine: quo docetur tunc appellandum ſeculare brachium, cũ Eccleſia ſupplicia exhauriat, deponendo verbaliter, excommunicando, anathematizãdo, omnia veluti gradatim; reus tamen pedem firmet, peccatis indutus, pœnis impenetrabilis, iuxta ſeriem d. c. cũ non ab homine, vbi ita tradunt Abb. nu. 24. Dec. nu. 13. & 17. Aret. nu. 76. Couar. Bern. & alij ſupra citato loco. Mant. dialog. 29. Boſſius in pract. tit. de foro compet. nu. 31.

30 Quibus igitur pręmiſſis, erit reſolutio reſcriptũ de quo agimus, dũ Inquiſitoribus permittit, vt poſſint, *ſi, & prout de iure fuerit, talis peccati reos, degradatos relinquere ſeculari curiæ*, meo quidem iudicio, intelligendum eſſe, data iam vera, & propriè conuicta incorrigibili-

tate,[s] pro terminis d.cap.cum non ab homine. Cum enim delictum depoſitione dignum ſit, iuxta ſupra ſoluta, concurrentibus prędictis circumſtantijs, ex degradationis pęna, ad relaxationis ad ſeculare iudicium meritò deueniri poteſt.

31 Adhuc tamen ſupereſt difficile illud: nãque illud caput, cum non ab homine, néque degradationem, neque relaxationem exigit pręcedentes: ſed dictante ipſo iure, reus eò malorũ deueniens, ſeculari brachio ſubditur plectendus: tradunt Abb. in d. cap. cum non ab homine, nu.26. Nauarr. in man. cap. 27. num.81. Alciat. in d.c. cum non ab homine, 2. lectura, à nu. 114.

32 Quapropter ſi pro illius textus terminis Apoſtolicum reſcriptum intelligas, non bene ſupponit, degradandum reum, ac degradatũ relinqui ſeculari virgę. Quam difficultatẽ facilè ſoluas, ſi reſpondeas, communẽ hanc opinonem, licet defendi poſſit, in rigore iuris, iuxta tex. verba, non in praxi recipi, ſed contrariam tutiorem, & æquiorem eſſe. Quòd ſcilicet requiratur eccleſiaſtici Iudicis pręmiſſa ſentẽtia, vt clericus ex tali hoc miſero ſtatu, ad curiam ſecularẽ ſolemniter trãsferatur pro forma ſacrorum Canonum, Card. intendunt, & alij in d.c. cum nõ ab homine, vbi Feli. nu.9. Bern. Addit. d. c.139. litera B. Clar. d.q.36. nu.33. receptam dicit Roland. conſ.3. num.31. vol.1. atque ita hac ductus tutiori opinione Eccleſiæ caput voluit, vt ſolemnis degradatio reum clericum præcederet, quando ad Regium brachium dimittendus eſſet.

33 Ecce nos hic premit implicata quæſtio: eſto, quòd talis hic cõfeſſarius ſe peccati dicat, nolle vnquã pęnitere. Huncne talem dabis incorrigibilem, forma ſeruata d.c. cũ non ab homine, ac ob id mox liques ſecularibus? Ita quidem faciendum videtur, vti de eo aſſeritur, qui ſe nolle cõparere inquit, ne amplius expectetur, immò contumax manifeſtè habeatur. De quo in c.1. de iudic. ac per Doctores in l. contumacia, ff. re iudicata. Contra tamen ſentio, immò expectari, & ſeruari debere formam d.c. cum non ab homine, dierum competenti termino interpoſito, quia fortaſſe animum mutabit, & ſententiã prędictus cõfeſſor. Iuuat quod Bald. notat in d.c. cum non ab homine,

ne, nu. 8. de ſtatuto. *Si quis alicui vulnus fecerit, in cẽtum mulctetur: quod ſi non ſoluerit intra menſem, ei manus ſcindatur.* Nunquid dicẽti reo, ſe nũquam velle ſoluere aliquo modo, ſcindetur mox manus? aitque non ſcindendam, quia expectari debet ad mutationem vſque voluntatis; vt habetur in l. qui bona, §. ſi quis ſtipulatus, ff. de dãno infe. Neque defenſioni huic renunciari poteſt, concernenti ius publicum, vt per gl. in l. pactum inter hæredem, ff. de pact. Atque Alciatus in ſimili noſtrã tuetur opinionem in d. c. cum nõ ab homine, nu. 126. & ſeqq.

34 Quomodo autẽ facienda ſit degradatio, vltra Doct. citatos, pete ex tex. in c. 2. de pęnis, lib. 6. & in c. 1. de hæret. eodem lib. Trid. ſeſſ. 13. de reform. c. 4. Simanc. de Catholic. c. 46. nu. 69. & 70. Menoch. de arbit. caſu 415. Sarmien. lib. 1. ſelect. c. 14. n. 9. verſ. verum. Peg. ad Direct. 3 par. comm. 45. lit. C. Decian. tract. crimin. lib. 5. c. 43. num. 7. Suar. de cenſur. diſp. 30. ſect. 1. nu. 18. Atque degradatus clericus, exuitur actualiter clericalibus inſignijs, quæ Sotus numerat in 4. diſt. 13. q. 2. art. 7. poſt principium, & diſt. 24. quæſt. 2. art. 4. col. 5. verſic. huiuſmodi autem.

De annotatione bonorum.

35 In præſentiarum autem nil de proſcriptione, & bonorũ annotatione diſſeruimus. Cum enim huiuſmodi pęna ob illos caſus imponatur, per quos bonorum vigeat proſcriptio, ne in Fiſci fraudem bona celẽtur, pro communi, quam textus probat in l. ſi quis intra, C. bon. dãnat. Ordin. in 5. tit. 128. Ac talis bonorum proſcriptio, niſi in caſibus iure expreſſis, non vigeat. Agnoſcunt Scribentes per tex. ibi, in l. vnic. C. ne ſine iuſſu Principis; Doct. cõmuniter ex Anania in cap. vergentis, nu. 21. de hæret. Clar. §. vlt. q. 78. num. 5. nullumq; ius extet, quod in tali hoc caſu bona proſcribi iubeat, proſcriptionem meritò omittimus. Nec contra habet Param. d. q. 10. nu. 165. ad fin. qui ſolũ loquitur, quãdo reus ſolicitator erroneã opinionẽ pertinaciter tuetur; quia tunc vera datur hęreſis, quã inſequetur proſcriptio, pro vulgatis iuris regulis.

36 Libello hic finis; votum in imis, & ab imis viſceribus. Faxit, faxit Deus, vt, obruta hac

tanta peccatorum mole, alicui nunquam meorum ſcriptorum opus ſit lectione: vitam quibus nullam opto, dum eam virtutes habeant. Sic precor, ſic voueo, Deus, pro tua gloria, pro Inquiſitoribus, quorum omnis eſt voluptas, vacuus carcer. Annue, ò Domine Dominantium.

Caueat vnuſquiſque ne aut ipſe alijs detrahat, aut alios audiat detrahentes, c. ex meritò, 6. quæſt. 1.

ANNOTATIO.

37 *Inceſtum eſſe*,[a] Iacob. à Graff. conſ. 1. nu. 28. de cognat. ſpirit. & conſ. 8. nu. 2. de pœnit. Benedict. Aegidius de iure, & priuilegijs honeſtatis, artic. 11. nu. 18. poſt Illuſtriſſimum, quē refert, tu vide quę diximus q. 5. num. 51.

38 *In ſacrilegij ſpeciebus*.[b] Iacob. à Graff. conſ. 1. nu. 28. de cognat. ſpir. vide quæ annotauimus q. 5. à nu. 25.

39 *Inceſtus pœna depoſitio eſt*.[c] Adde Iacob. à Graff. conſ. 1. nu. 30. de cogn. ſpir. Cantera in tract. de quæſt. crimin. c. 1. de hęret. nu. 65. pag. 425. Licet autē hęc depoſitio de iure ſit perpetua, ex conſuetudine tamen contrariū ſeruatur, vt experientia docet, aduertitq; ſolus Cantera d. num. 65. nec enim rigor antiquorū canonum, ex pręſentis ſęculi fragilitate eſt in vſu.

40 *Priuari debet confeſſionibus ijs ſaltem, quæ à fœminis ſunt*.[d] Ab omnium confeſſionibus priuandum in perpetuum docet Cantera in quęſt. crimin. c. 1. num. 65. ad fin. de hæreticis pag. 426. idem ſentit Iacob. à Graff. dum indiſtinctè loquitur conſ. 1. nu. 30. de cognat. ſpirit. dum autem Lucius in ſumma ſummarum c. 24. num. 11. vult, quòd ſi ſolicitans non emendetur, ad triremes eſſet dānandus, ſentire videtur pęnam priuationis actu audiendi aliorū confeſſiones, nō deberi eſſe perpetuā, ſed temporalem; quod quidem non admitterem, ſaltem vt alij ſibi caueant; vnde obſeruādum erit Canteræ, & Illuſtriſſimi votum, cum Cantera de praxi teſtari videatur, vt in perpetuum priuari impurus, & impius confeſſor debeat.

41 Inuenio tamē, quòd Neapoli Parochus propter hoc crimen ſuſpenſus eſt per annum à cura animarum, referēte Aloyſ. Riccio 3. par. deciſ. collect. 549. Puto tamen, quòd ea ſuſpenſio

non ab Inquiſitoribus, ſed ab Archiepiſcopi Tribunali impoſita fuit, nec ex vi Breuis, ſed ex conſtitutione Neapolitana, qua ſolicitantes, vel copulam habentes cũ filiabus ſpiritualibus, priuantur cõfeſſiones audiendi facultate, cuius cõſtitutionis meminit Illuſtriſsimus poſt Graſſis ſup.q.5.nu.19. nouiſsimè tamẽ idem Riccius in praxi fori Eccleſiaſtici deciſ.369.num.1. dicit, eam pœnam de ordine etiam Sacræ Congregationis Sancti Officij fuiſſe impoſitam, quia delatus in tortura negauit.

42 Sed quid ſi priuatus ab adminiſtratione Sacramẽti Pœnitentiæ, audiret confeſſiones, grauiſſimè peccaret, non tamen irregularitatem incurreret, per tradita à Graſſis conſ.6.à nu.3. de pœnit.& remiſs. confeſsiones verò eſſent inualidæ, & detecto defectus vitio iterandæ, quia defecit ſuperioris approbatio, & auctoritas, ex Nauar.conſ.9. de pœnit.Iacob.d.conſ.6.à nu. 10. an verò in eo caſu, ſi ſolicitet, incidat in Breuis pœnas, Illuſtriſsimus quæſt.14.vbi vide quę annotauimus.

43 *Quæ pœnitentes turbent, in deſperationem cogant.*[c] Vnde licet Cantera in quæſt. crimin. c.1.de hæret.Lucius in Summa ſummarũ, c.24. nu.11. ſimiles ſolicitantes ad triremes damnãdos velint, audiendi tamen non ſunt, tum quia ex hac damnatione publicis pœnitentijs onerantur in populi ſcandalũ, quod euitari debet in hac ſpecie, ex Illuſtriſsimo nu.14.dicemus infra nu.48.

44 Tum etiã, quia indecens, & indecorum eſt paſsim viros Deo dicatos, triremibus inter peſsimorũ ſentinam, vbi peiores reddantur, mancipare, vt aduertũt Nauarr.c.nullum, ad fin. 18.q.1. Bern.Diaz, quem refert, & ſequitur Eman.tom.2.de regularib.q.24.art.2.Candelabr. aureum 3.par.de irregularitate, cap.degradatione, nu.41.& 42.

45 Labitur tamen Viuald.d. num.41. dum putat triremium miniſtros, qui ſimiles verberãt, incidere id can. ſi quis ſuadẽte, nam cum multi caſus dentur, in quibus clerici, & religioſi canonis priuilegium ob criminum atrocitatem amittant, c.cũ non ab homine, de iudic.c.in audiẽtia, cum alijs, de ſent.excomm. notat Suar. de cenſur. diſp.22. ſect.1. à nu.11. in hoc etiã caſu amittent, præcipuè cum id ex Summi Pontificis poteſtate, & licen-

licẽtia proueniat, ex traditis per Fr. Emman. 2. tom. de regular. q. 24. art. 1. Aldrete de religioſa diſciplina, lib. 2. c. 27. num. 16. atque huiuſcemodi miniſtros non incurrere excõmunicationem ſecurè tradit Moli. de iuſt. tom. 4. tract. 3. diſp. 51. num. 5. col. 2. & tom. 6. tract. 5. diſpu. 7. nu. 4. poſt Nauarr. de regularib. comment. 3. nu. fin. qui licet id cõſuetudini tribuant, veroſimilius mihi videtur à Summi Pontificis (qui ad triremes condemnandi ius concedit Prçlatis, ex Emman. d. art. 1. Moli. d. nu. 4.) commiſſione in conſequentiam neceſſariam pendere, quod eſt indubitatũ in actualiter degradato, ex communi, & veriori, quam ipſe Viuald. refert nu. 4. Cened. 1. par. collect. 24. nu. 10. cum relatis infra nu. 113.

46 *De hæreſi ſuſpectis.* [f] Adde Farinac. de hçreſib. q. 187. à nu. 31. q. 194. nu. 27. forma autem ſententiæ cõtra leuiter ſuſpectum ponitur per locatum poſt iudicial. Inquiſit. fol. mihi 507. & 508. per Eymeric. in Direct. 3. par. rub. de quarto modo terminandi proceſſum, nu. 165. vbi Pegna comment. 40 lit. B.

47 *In ſecreta aula.* [g] Idem tenet Cantera in quçſt. crimin. cap. 1. de hçret. num. 65. ad fin. pag. mihi 426.

48 *Publicis pœnitentijs publicè nunquam onerandos.* [h] Idem dixerat Cantera in quæſt. crim. cap. 1. de hçret. num. 65. ad fin. in hçc verba: *Hac de cauſa, ne hoc deueniret, nunquam fui auſus dicere, vt tales confeſſores publicè punirentur.*

49 Videant autem Domini Inquiſitores, vtrum propter eãdem ſcandali rationem conueniat, viris Eccleſiaſticis in ea aula congregatis imponendam excommunicationis pçnam ipſo facto incurrendam, ipſiſque Inquiſitoribus reſeruatam, & iuramentum adhibendum (antequam in aulam deducatur reus) ne illud crimen propalẽt, in quos animaduertere poterũt tanquam in ſecreta S. Officij reuelantes, quod olim in Concilijs tum Græcorum, tum Romanorum cautè admodum obſeruatum eſſe legimus, vt quæ ibi tractata eſſent, arcano ſilentio comprimerentur, nefaſque haberetur ea diuulgare, Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1. & 2. vnde fluxit prouerbium. *Areopagita taciturnior*, & Romana Senatus cõſulta tacita vocabãtur, Alex. ab Alex. Die. ge. lib. 4. cap. 11. q.

qui-

quidẽ ad ea maxime pertinet, quæ ſcandalum, damnum, iniuriamve alij irrogare poſſint, sũt enim hæc omnia propria vi ac natura pariter ſecreti ſigillo detegenda. Vidimus enim ſimiles viros, qui in aulam ad ſolicitantis culpas, ſententiamque audiendam ab Inquiſitoribus euocati fuerant, ab ea diſcedentes ſtatim in populum, fœminas, vileſque homunculos, ſolicitantis nomen, criminaque omnia cum maximo vulgi ſcandalo euulgaſſe, riſum, & cachinos extollentes & alia ſilentio præterreunda, quod ſcandalum effugiendum docuerat Cantera dict.nu.65. & Param, 3.p.q.10. nu.166. & ob id ſecretam aulã & congregationem exoptabãt, cum illuſtriſſimo.

50 Dum hic caſus Pintiæ cõtingeret, confeſſor, qui per multos ſolicitarat annos, priuatus fuit audiendi confeſſiones facultate, in carcerem detruditur per decennium, in conuentu ſui ordinis à ſuperiore Prouinciæ deſignando, dum modo non eſſet domus illa, in qua, & confeſſiones, & ſolicitationes exercebat, & antecarcerationem, vt fuſtibus ab omnibus conuentus religioſis per coronam caſtigetur præſente S. Inquiſitionis notario, cum aliquibus ieiunijs, ab Euchariſtiæ abſtinentia certis temporibus, ita ab rectiſſimis Inquiſitoribus pronunciatum eſt, & ab illuſtriſſimo nu. 10. animaduerſum.

51 *A num.* 30.[l] concordãt Franc. Horant. lib. 7. locorum Catholic. cap. 8. Baron. tom. 4. anno Chriſti 390. nu. 66. Henriquez lib. 2. de pœnit. cap. 2. §. 3. ad fin. & §. 4.

52 *Multũ perit,*[l] D. Auguſt. in Epiſtol. ad plebem Hippon. *Infamato religioſo totus Conuentus infamatur,* notat Sot. de ſecret. membr. 1. q. 2. concluſ. 3. Viuald. in candelabro 3. p. de irregular. cap. de degrad. nu. 41.

53 *Per annum in excommunicatione inſordeſcentibus oriri licebit hæreſis violenta ſuſpicio,* [m] de quo text. in cap. cum contumacia cap. vt Inquiſitionis in fin. de hæret. lib. 6. Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. ad fin. de reformat. exornant Nau. cap. 27. nu. 23. Couar. in cap. alma 1. p. §. 7. nu. 10. verſ. 4. Salzed. in pract. cap. 116. nu. 12. verſ. 3. cum ſequentibus Menoch. de arbitrar. caſu 416. nu. 58. & lib. 5. præſumpt. 6. num. 28. Gutier. lib. 1. canon. quæſtio. cap. 1. à n. 90. Henriq.

lib.13.c.7.§.5. Suar. de cenſur. diſp.13.ſect.2. Fari. & ab eo relati de hęreſibus q.192.à nu.14

54 Difficultas eſt vtrum excommunicatus per annum inſordeſcens ex cauſa ciuili beneficijs priuetur, & priuari tradit gloſ. vlt. in c. cum bonę ætat. & qualit. & in cap. contingit de dolo & relati per Menoch. caſu 416. nu. 19. per Nau. dict. nu. 23. per Gonzal. reg. 8. chancella. gloſ. 15. in princip. à nu. 101. communis ex Felin. nu. 8. in cap. 1. de iudicijs Clar. in pract. §. vltim. q. 73. nu. 6. mouentur quia ſic inſordeſcens eſt ſuſpectus de hæreſi, & contra illum tanquam contra hæreticum proceditur cap. vlt. de pęnis ca. excommunicamus §. qui autem de hæret. cum ſupra citatis, ſed hæreticus, aut de hæreſi ſuſpectus, niſi ſe purget, beneficijs priuatur c. ad abolendam verſ. pręſenti de hęret. Mouentur 2. ex text. in cap. poſtulaſtis de clerico excommunicat. ibi: *Nec ipſe valent ea retinere*, vbi gloſ. 2. Rebuf. & alij Berous in cap. 1. num. 86. de iudicijs. Tertio ex cap. cum contumacia, ibi: *in cauſa præſertim Fidei*, de hęret. in 6

55 Contrariam tamen ſententiam ſequuntur gloſ. in d. c. contingit de dolo, vbi Doctores, Bero. Nauarr. Henriquez d. locis, Gonza. d. gloſ. 15. à num. 104. Garcia de beneficijs 2. tom. p. 7. cap. 13. nu. 90. & in ſacra Rota nouiſſime in duobus caſibus deciſum referunt Gonzal. dict. gloſ. 15. nu. 108. Farin. deciſ. 612. nu. 7. ducuntur, quia nullibi hęc pęna conſtituta eſt, vnde imponi nec per iudicem debet ex doctrina gloſ. vlt. in cap. vlt. de iure patron. recepta ex Valaſc. de iure emphyt. q. 29 nu. 23. Mol. lib. 2. de primogen. cap. 14. nu. 46. quidquid ipſo iure impoſitam eſſe ſecurè firmet Menoch. caſu 416. nu. 50. & ſequatur Salzedo cap. 116. nu. 12

56 Conſtituendum ergo eſt perſeuerantem in excommunicatione per annum, non ex eo priuari ipſo iure, aut per ſententiam beneficijs, ſed haberi pro confeſſo de eo crimine, aut cauſa, de qua principaliter agitur, & propter quam contumax fuerat excommunicatus iuxta tex. in cap. rurſus quicumque ibi: *Ciuiliter ſiue publice cauſam ſuã coram ſuis excommunicatoribus infra anni ſpatium non peregerint, ipſi ſibi auditum audientiæ clauſiſſe videantur*, 11. q. 3. tradunt Abb. nu. 25. Ripa. 77. Al-

ciat.

ciat.34.cum ſeqq. in c.1.de iudicijs Cou. dict. nu. 10.Salzed. dict. loco Menoch. nu.11.& 16 cum ſequentibus Gonzal num. 104. vbi ſupra: nec ob erit, quod pro illo nouo delicto,quia ſtetit tanto tempore in excommunicatione debeat priuari, ſufficit namque, vt propter illud delictum habeatur pro confeſſo, cum duplici pęna conteri non debeat, cap. ac ſi ad fin.de iudicijs,nec ex pęna, pęna procedere cap. quia diuerſitatem de conceſ. præb. ita Abb. Menoch nu.12.& citati.

57 Quo iacto fundamento non obſtant in contrarium adducta, non primum quod ſic inſordens per annum eſt ſuſpectus de hæreſi, licet cauta ſit ciuilis ex Trident. dict. cap. 3. ad fin.ibi: *excommunicatus quicunque*, quia ea ſuſpitio leuis eſt Farin. de hęreſibus q.192.nu.23. ad fin. cum ſeq. Eymericus ad Director.2.p. q.47.num.6. vbi Pen.Decian.tract.crimin.lib.3. cap. 17. verſ. 129. tom.1. quę ſuſpitio non ſufficit, vt tanquã hęreticus condemnetur gloſ.& communis in cap.vltim. de pęnis,Couar. dict. nu.19. verſ.4. Men.caſu 416. nu.58. & lib.5. pręſumpt.6.nu.28. Salzed.d.c. 116.nu.12.verſ.3.cum ſeq.Decia.1.tom.lib.5.ca.18.verſ.33. vnde beneficijs non priuabitur iuxta cap. ad abolendam de hęret.

58 Nec probat oppoſitum text. in cap. excommunicamus §.qui autem de hęret.cap. cum contumacia eodem lib.6.agunt enim de ſcrupulo de hęreſi à principio, vnde per annalem contumaciam fit ſuſpicio vehemens,propter quam ordinaria pęna locum habet ex dict. cap. cum contumacia,tradit Couar. cap.alma 1.p.§.7.nu.11. Albertin in rubr.de hęret.q.13.à nu. 31. lib. 6. Farin. & ab eo relati de hęreſibus q.192.à nu.14.

59 Illud meminiſſe iuuabit, quod ad effectum vt ſuſpitio leuis (extra Fidei cauſam) ex inſordeſciẽtia excommunicationis inſurgat,non ſufficit illa inſordeſcentia per ſe,ſed oportet, vt ſic inſordeſcens ſemel,& iterum moneatur, vt reſipiſcat, vt conſtat ex Trid. ſeſſ.25. cap.3. ad fin.ibi: *Si poſt legitimas monitiones non reſipuerit*, Eymeric. ad Direct.2.p.q.47. à nu.7. vbi Peña Farin.de hęreſibus q.192 à nu.31.

60 Nec ſecundo obſtabit text.in d.c.cum contumacia de hęret.

hęret.in 6.ibi: *in cauſa præſertim Fidei*, quia quidquid torqueatur,& pungat Menoch.caſu 416.à nu.18.text.ille in principio tantum docet,quod contumacia pręſefert contemptum ſuperioris, pręſertim in materia Fidei: indeque infert ad Fidei materiam, prout bene tradunt Rip. & alij, quos immerito carpit Menoch.d.nu.18.

61 Neć tandem obſtat text. in d. cap. poſtulatis de clerico excommunicato, per quem gl. 1.& Rebuf.ibi Bero.num.86.in cap.1. de iudicijs tenent excommunicatum priuari beneficijs, quę ante excommunicationem obtinebat, quia text.ille tãtum probat priuari beneficijs, quę dum eſſet excommunicatus obtinuit. Excommunicatus enim priuatur tantum fructibus beneficij, quod ante excommunicationem detinebat iuxta tex. in cap.paſtoralis 53.§. verum in fine de appellat. quem vltra gloſ.& Doctores ibi, ornant Couar.3.variar. cap.13.nu.8.verſ. 12.Gutierr.can.cap.1.à nu.90. & à nu.133. Nauar. conſ.2.de cleric. excommunicat. Garcia, & ab eo relati de beneficijs 2. tom.p.7.cap.13.à nu.90.Suar. de cenſur.diſput.13. ſect.2.Puteus deciſ.280.lib.1.

62 Maior tamen dubitatio eſt, vtrum ſi excommunicatus non tantum per annum, ſed vltra illum in excommunicatione perſiſtat, beneficijs ante excommunicationem obtentis priuari poſſit,& priuandũ tenent Abb. nu.25.verſ.fateor Alcia.nu.37. & alij in cap.1. de iudicijs Couar.cap.alma 1.p.§.7. num.10. verſ.3. Menoch. caſu 416.nu. 48. Salzed. in pract. cap. 116. nu.13.ducti ex tex. in cap.cum bonę de ætate, & qualit. capit. vltim. de pęnis ſecundum quos text.illi maius ſpatium conſiderant, quia ſic caſus contigit, ꝙ tamen non admittunt Decius in d.cap. 1. lectura 2. num.19. alias 83. Abb. d verſic. fateor. Ber.nu.86.verſi quoad Aufrer. ad capelam 366. reſoluentes tex.in d.c. cum bonę pręciſe requirere triennium. Vnde Bero. dict.num.86.verſ.non aduerſatur,ex aliorum mente diſtinguit inter excommunicatum maiori,& inter ſuſpenſum, vt in priori caſu ſufficiat perſeuerantia vltra biennium iuxta d.cap.vlt. de pœnis, & reſoluta per Menoch.nu.50. & Salzed. dict. locis,in poſteriori requiratur perſeuerãtia triẽnalis ex c.cũ bonę.

63 Sed

63 Sed nec reſolutio, nec diſtinctio placet, reſoluendum enim eſt in excommunicatione etiam per biennium, triennium, aut plures annos perſiſtentem non eſſe beneficiis priuatum, nec priuandum, vt docent Doctores, quos ſupra, in verſi. contrarium nu. 55. pro hac parte citauimus ex rationibus, quas ſupra coniecimus, & ita praxis obſeruat excitatis deciſionibus, nec obſtat tex. in d. cap. cũ bonę, quia ſpecialiter procedit in contumace ſuſpenſo per ipſum Romanum Pontificem, cuius contemptus in ipſa deciſione ponderatur, ibi: *eos pro tanta pertinacia, & contemptu Apoſtolico, beneficijs, quæ habent, non differat ſpoliare*, prout ſentit Decius ca. 1. lect. 2. nu. 19. alias nu. 81. de iudiciis, text. vero in dict. cap. vlt. de pœnis, quidquid nullus ex ſcribentibus animaduertat, contrarium probat, & retorquetur reiecta ſolutione Ber. dict. nu. 86. ad fin. quia tex. non priuat propietate, ſed emolumentis, quamdiu excommunicatus poſt biennium, & amplius in excommunicatione perſeuerauerit vt conſtat ex illis verbis *Quandiu in excommunicatione perstiterit*, & tamen tex. antea prẹmiſerat. *Per duos annos & amplius in excommunicatione perſiſtens*, & poſt hanc perſiſtẽtiam iubet Pontifex, vt iterum moneatur ibi *poſt commonitionẽ veſtram*, quod ſi commonitus non reſipiſcat, iubet vt ſuſpẽdatur, ſeu potius priuetur Eccleſiarum emolumentis, iure patronatus, ſeu aliis, quandiu ſic perſtiterit.

65 Nec officiet quod pertinacia illa non careat ſcrupulo hẹreticẹ prauitatis ex d. c. vlt. quia, vt ſupra aduertimus, leuis eſt hẹc ſuſpitio, quẹ beneficiorum priuationem non meretur, ideoque Pontifex in d. c. vlt. de ea ſuſpitione punienda non egit, & propter eandem rationem hodie S. Inquiſitionis Tribunal in vniuerſali Eccleſia nõ ſolet procedere contra huiuſcemodi inſordeſcentes, niſi fuerint excommunicati ex cauſa hẹreſis Peña ad Direct. 2. p. comment. 72. litera C. ad fi. Lẹl. Zecch. in ſumma 1. p. tit. de Fide rubr. de hẹreſi cap. 11. nu. 13. & poſt alios Farin. de hẹreſibus q. 192. nu. 24.

66 Nec Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. ad fin. eam ſuſpitionem ſimpliciter inducit, ſed poſt legitimas monitiones, vt excom-

excommunicatus reſipiſcat, & ni fallor, poſt has commonitiones requirit annum, & obdurationem, ita vt non ſufficiat annus, aut biennium, aut trienniū, pluſue tempus, ſine monitionibus, ſed incipiat annus ab ipſis monitionibus, ita ſub aliorum ferula, & ſedis Romanę cenſura exaudio verba illa. *Excommunicatus vero quicumq; ſi post legitimas monitiones non reſipuerit, non ſolum ad ſacramenta & communionem fidelium ac familiaritatem non recipiatur, ſed ſi obdurato animo, cenſuris, annexus, in illis per annum iuſorduerit etiam contra eum tanquam de hæreſi ſuſpectum procedi poſſit.*

67 Vt tandem ab hac inſordeſcentia liberemur, aduertendum erit, quod clauſula generalis (quæ in literis Apoſtolicis apponi ſolet, abſoluentes te ad effectum conſequendi hoc beneficium, gratiā, vel quid aliud) non prodeſt huiuſmodi inſordeſcentibus, ex literis Iulii Tertii, vt obſeruant Rebuff. in praxi tit. forma nouę prouiſionis, verb. abſoluentes, nu. 12. Boer. deciſ. 290. nu. 3. Roland. conſ. 46. nu. 37. vol. 1. imo nec vltra quatuor menſes, ex regul. Chācel. 61. Sixti Quinti, communi & praxi Flamin. lib. 4 de reſignat. q. 3. nu 57. cum ſequentibus, Riccius in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ. 459. nu. 7.

68 *Ex conſequenti ordinaria pœna*, [m] circa eum, qui ſe purgare recuſat, aut in purgatione deficit, ſi ſit ſuſpectus de hęreſi, an pręcedere debeat excommunicatio & inſordeſcentia, & qua pœna ſit puniendus ſex refert opiniones Farin. de hęreſibus, q. 194. à nu. 46.

69 *Obſeruaturque apud nos*, [n] adde Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 47. nu. 10. Zecch. & alios, quos refert, & ſequitur Farin. de hęreſibus, q. 194. nu. 13.

70 *Illud autem commoneo*, [o] Suſpectus etiam de hęreſi, qui abiurauit de vehementi, & fuit publice pœnitentiatus, non eſt inhabilis ad beneficia, ētiam Cathedralia decidente Rota apud Farin. lib. 1. deciſ. 51. vbi late contrariis ſatisfacit, obſeruāt Garcia de beneficii, 2. tom. p. 11. cap. 10. num. 87. Henriq. lib. 13. de excommunicat. cap. 56. §. 1. litera K. Nec religioſus abiurans de vehementi manet inhabilis ad officia ſuę religionis, ex Riccio in praxi fori Eccleſ. deciſ. 676. à num. 5. Imo & hęre-

hęreticus formaliter abiurans prima vice non efficitur inhabilis ad beneficia, ſed illa retinere, & recuperare poteſt, ſaltem ex miſericordia ſquillacens, de fide, cap. 27. nu. 4. Pariſ. conſ. 2. à nu. 185. vol. 4. Roland. conſ. 63. à nu. 25. volum. 3. Farin. deciſ. 51. nu. fi. lib. 1. qui communem fatentur. Nec obſtat, genus publicę pœnitentię per ſententiam iniunctę. Vnde pœnitens manet irregularis, cap. ex pęnitentibus, cap. illud, cap. placuit, 50. diſt. de quo vide Suar. de cenſur. diſp. 42. ſect. 2. à nu. 3. & de infamia, ex ſuſpicione de hęreſi, diſput. 43. ſect. 2. à nu. 8. & diſput. 48. ſect. 2. à num. 1. Reſpondetur enim irregularitatem contrahi ex ea ſolemni, ſeu publica pęnitentia, quę imponitur pro crimine dict. cap. placuit, pœnitentia verò impoſita ob ſuſpicionem de Fide, de qua quis ſe purgat, reſpicit ſcandalum illorum, quos ſcandalizauit verbo, vel facto, vt eoſdem per abiurationem, & pœnitentiarum humilem acceptationē ædificet, cap. inter de purgat. canon. cap. literas ad fin. de prę ſumpt. Rot. deciſ. 1. nu. 8. in antiquis, de hęret. Farin. poſt alios deciſ. 51. nu. 5. vol. 1. Ceſſante namque ſuſpicione per abiurationem, ceſſat irregularitas, ex hęreſis pręſumptione, & ſuſpicione emanans, Suar. d. locis, quod tamen intelligerem per acta pœnitentia, ex traditis per Farin. vbi ſupr.

71 *Eos etiam ſi & prout de iure fuerit faciendum*, p hęc verba exponuntur aliter infra numer. 94.

72 *Niſi in caſibus iure expreſſis clericus non degradandus eſt*, q ita gloſſ. in cap. 1. 81. diſt. recepta ex Couarr. 2. var. cap. 20. num. 7. & pract. cap. 32. nu. 2. Templum iudicum, lib. 2. cap. 5. §. 2. nu. 5. Petr. Greg. ſyntagmat. lib. 31. cap. 30. nu. 10. Henriq. lib. 13. de excommunicatione cap. 55. §. 2. Suar. de cenſur. diſput. 30. ſect. 2. nu. 4. Farin. 1. tom. q. 8. nu. 75. qui ad tres caſus attento iure referunt iuxta ſententiam gloſsę, verbo, relinquatur, (hęreſis, falſi, & inſidiarum contra ſuum Epiſcopum) in cap. ad abolendam, de hęret. adde quartum in clerico aſſaſsino, cap. 1. de homicid. lib. 6. communis ex Couarr. d. nu. 7. Plaza de delictis, cap. 19. à nu. 36. Henriq. d. §. 2. Farin. d. q. 8. nu. 82. Adde Quintum in clerico nefandi criminis, vide alios

T caſus,

caſus,quos ex Pontificum ſummorum conſtitutionibus,congerit Farin.de hęreſibus,q.193 nù.39.quid vero de clerico,qui inſidias Epiſcopo parauit,notabis ſtatim, qui eſt tertius caſus à gloſ.& DD.citatus.

73 Verius autem eſt in aliis grauiſſimis criminibus hanc pęnam imponi poſſe, ex Molin.4. tom.de iuſt. diſput. 49. nu.18. Farin.q.8.à nu.79.P.Aldrete de religioſa diſciplina tuenda, lib.2.cap.25.à nu.4. Ex quibus conſtat receptius eſſe in praxi degradari poſſe in alijs iure non expreſſis,quę praxis ſuaderi poteſt, ex tex. à nemine citato in cap.nouimus,de verbo. ſignifica.ibi: *Qui propter hoc,vel aliud flagitium graue non ſolum damnabile, ſed damnoſum fuerit degradatus*, quidquid gloſ.ibid. ad hęreſim reſtringat,facit Trident. ſeſſ.13. cap.4. de reform. ibi: *Cum verò tam grauia nonnunquam ſint delicta, ab Eccleſiaſticis commiſſa perſonis, vt ob eorum atrocitatem è ſacris ordinibus deponenda, & curiæ ſint tradendæ ſæculari*, vrget & text. in c.3.ibi: *iuſtis ex cauſis*, de re iudicat.

74 Sic in oppido Pinto, quod à Madritio tres diſtat leucas, Parochi Vicarius, qui prę teritæ Quadrageſimę tempore duas fœminas poſt peccatorũ expiationem, dum interloquen do ab altera intelligeret, certã ab ipſa numorum quantitatem domi ſeruari ad cenſus conſignationem, eadem intempeſta nocte, communicato cum homine audaci conſilio, & ab eodem adiutus,iugulauit,octingẽtoſque furatus eſt aureos, degradatus, & curię ſęcularis traditus, poſt dextras vtrique abſciſas patibulo eſt ſuſpenſus cũ ſocio,capitaque in maleficij loco impoſita, contingit anno 1619.à Virginis partu.

Sic etiam duo qui duos finxere Reges Sebaſtianos, & illis tanquam cõfeſſarij adhęrebãt, alter Mantuę Carpentanę tempore Philippi II.alter Aſtę,vulgo, Sanlucar de Barramedo tẽpore Philippi III. degradati, & curię ſeculari traditi cum ſuis Regibus patibulo ſunt ſuſpenſi,licet is caſus ad lęſę Maieſtatis crimen pertineat,de quo inter ſcribentes altera eſt diſputatio propter c. perpendimus, de ſenten. excommunic.vt per Bernard. & addit. cap.119. Tiber.Decian. tract. crimin.lib.7. cap.8.nu.6.& cap.38.num.11.

Farin.

Farin.tom.4.q.112. à nu.231. adducentes text. in cap. ſi quis laicus 22.q.5.quem tamen cõmuniter referunt ad degradationem verbalem, ſeu depoſitionẽ, prout eſt pęnę terminus, quę deiicit ab ordine, & gradu Eccleſiaſtico d.c.3.Trid.ſeſſ.13 cap.4.Henriq.lib.13.cap.55.§. 3. Ex vi tamen conſuetudinis hunc caſum defendit communis,ex Clar.§.vlt. q.36. nu.27. Suar.lib.4. cõtra ſectas Angliç, cap.34.nu.10.quem tamen vide à nu.12.

75 De monachis vero, qui ſuum Prouincialem interfecerunt, & degradati patibulo ſunt ſuſpenſi, quorum meminere Greg. verb. homicidio in l. 61. tit.6.p.1. Molin. dict.nu.18. P. Aldrete lib.2. de religioſa diſciplina cap. 25. nu.15. de quo infra nu.92. exemplum adduci nequit, cum ea degradatio ex Pontificis commiſſione proceſſerit Bernad.in pract. cap.96.

76 Circa vero depoſitionẽ, prout eſt pęnę terminus, quęrunt ſcribentes, ob quę crimina imponi poſſit, in quo dubio pro grauibus, & magnis deponendũ fore clericum probat tex. in c. 3.de re iudicata, ibi, *iuſtis de cauſis*, cap. cum non ab homine de iudicijs, c.tuę de pęnis, vnde cũ in iure non ſit expreſſum, quę grauia, ſeu magna ſint, relinquitur arbitrio iudicis iuxta reg.cap. de cauſis §.1. de offic. deleg. probant Abb. not. 1. in dict.cap.3.Couar.2.variar.cap. 20.nu.7.Clar.in pract.§. vltim. q.36.nu.40.Menoch.de arbitr. caſu 266.& caſu 415.Conrad. in templo iudic. lib.2.c.5.§.2. num.13. & 18. Petr.Greg.ſyntagm.lib.31.cap.30.nu.4. Suarez de cenſur.diſput.36 ſect.2. nu.3.ex quibus conſtat hanc eſſe communem, & in praxi receptam, & in arbitrando iudex debet attendere ad alios caſus expreſſos per canones hodiernos, & qui ſunt in vſu, non per antiquos, quia eorum rigorem non patitur noſtra hęc ætas, capit fraternitatis 34.diſt. aduertit Abb.nu.34. in cap. at ſi clerici de iudicijs Molin. tom.4.de iuſt.diſput.49.nu.17.ad fin.

78 Neque obſtat, quod pęna perpetua imponi non poteſt, niſi in caſibus iure expreſſis, auth.de non eligendo, §.optimum, c.is qui de ſentent. excommunic. in 6.gloſ. vlt. in c. vlt.de iure patron.ornata à Tiraq.in l.ſi vnquã verbor.reuertatur à nu.249.ſatis ſit vltra alia

T 2 regu-

regulam procedere, niſi contrarium iure cautum ſit, prout in noſtra ſpecie iuxta ſupradicta, atque ita ſumus in regula.

79 Illud ſilentio non prætereundum, vtrum clericus, qui inſidias proprio Epiſcopo parauit, degradandus ſit, & curiæ ſeculari tradendus? in quo dubio concors eſt Doctorum ſententia degradari, & curiæ ſeculari tradi debere iuxta text. in c. ſi quis ſacerdotum 11. q. 1. l. 60. tit. 6. p. 1. vbi Greg. verbor. *deno taſſe*, Bernard. & addit cap. 118 Farin. q. 8. nu. 75. & 78. Molin. tom. 4. de iuſt. diſput. 49. nu. 17. Suar. de cēſur. diſput. 30. ſect. 2. nu. 4. Lancellot. in templo iudicū lib. 2. c. 5. §. 2. n. 5. poſt alios, qui intelligunt tex. procedere data in corrigibilitate, ſed diſplicet hęc recepta traditio, tum quia tex. non ſolum procedit in inſidiante, ſed etiam in clerico in obediente, & alijs caſibus, in quibus nemo degradationem admittit.

80 Tum etiam, quia particula *mox*, qua tex. vtitur, quidquid Greg. & cæteri dicant, verificari non poteſt ſi reincidentia, & incorrigibilitas foret expectanda l. ſi pater ff. de vulgari cap. quia propter cap. cum poſt obitum de elect.

81 Tu dic, quod olim apud Romanos duę erant curię l. 2. §. poſtea ff. de origine iuris, vbi Zazius Duaren. Corraſ. nu. 13. Alex. ab Alex. dierum genial. lib. 1. cap. 16. & lib. 6. cap. 12. Mandoſ. in reg. Chãceller. reg. 5. q. 1. dicebatur que curia Eccleſiaſtica, vbi ſacerdotes ad ſacraſacienda, negociaque Eccleſiaſtica curanda; ſęcularis, vbi ſęculares ad temporalium gubernationem conueniebant.

82 Eodem modo in primitiua Eccleſia dicebatur curia Eccleſiaſtica, quę clericorum in communi viuentium congregatio erat, huic ergo curiæ clerici delinquentes olim tradebātur, vt in vilibus officijs inſeruirent Duaren. de ſacris miniſterijs lib. 1. cap. 3. Henriq. lib. 13. de excō munic. cap. 55. §. 2. ad fin. aduertens tempore Pij Primi, qui *fuit* auctor dict. cap. ſi quis, non fuiſſe inuentam traditionem curiæ ſęculari, quę poſtea per alios Pō tifices inuenta fuit, prout etiam ſentit Duaren. d. c. 3. quem quo adhoc immerito carpit Salzed. in pract. cap. 140. addit. 1. verſ. non tamē, aduertimus ad aliud ſupra q. 2. nu. 42. ante fin. & in hunc ſenſum explicabis tex. c. clericus ibi, *ſeruiturus* 3. q. 4. c. ſtatui-

ſtatuimus, ibi, *cui diebus vitæ ſuæ deſeruiat* 11.q.1. nam ſi traditi huic curiæ pro tempore, vel in perpetuum in eadem ſeruire debeant, non erat proculdubio ſęcularis, cui traditi vltimo ſupplicio afficiuntur, & poſt hęc ita tenentem inueni Cened. ad decretales Collect.8.nu.2. qui tacito nomine ab Henriq. vbi ſupra ex ſcripſit.

83 *Crimen nempe eſſe depoſitione dignum*,[r] crimen dupliciter accipitur, aliquando late, vt in cap. vnum, verſ. nunc autem, ibi, *Nomine autem criminis omne peccatum intelligitur*, & verſ. ſeq. ibi: *Criminis autem appellatio alias late patet*, diſt.25. aliquando ſtricte, & magis proprie capitur, prout importat peccatum graue accuſatione, & dam natione digniſſimũ ex D. Auguſt. relato in c. Apoſtolus 81. diſt. notauit gloſ.1. in reg. peccatum lib.6. Abb. nu.3. in cap. teſtimonium 54. de teſtibus Berous nu. 24. in cap.1. de accuſat. Salas 1. 2.q.71. art.13. diſpu.2. ſect.1. nu.2. iuxta ergo hanc poſteriorem ſignificationem vſurpatur in hac ſpecie, vt bene probat Illuſtriſſimus Auctor.

84 *Intelligendum eſſe data iam vera, & proprie conuicta incorrigibilitate pro terminis d. cap. cum non ab homine:*[s] benignior (prout benigna eſt Illuſtriſſimi indoles,) quam iuri & breui conformior hęc interpretatio mihi videtur, primo quia à Pontificis mente alienum videtur, dũ de crimine agit, quod de fide ſuſpitionem prę ſefert, ad incęſtus incorrigibilitatem recurrere, eo maxime, quia in ſolicitatione, de qua Pontifex, non datur incęſtus iuxta ea, quę reſoluis q.5. num.55. ſecundo quia ſolicitans ex omnium ſuffragio, & praxi, ſaltem à fęminarum confeſſionibus prima comprehenſus vice, excluditur in perpetuum, vt cum noſtro Auctore reſoluimus ſupra nu. 40. Poteſtate deficiens ſi ſolicitet, non eſt certa reſolutio in breuis pœnas an incidat ex reſolutis q.14. quo dubio exiſtente degradationem non admittam: tertio nec gradus, nec praxis dict. cap. cum non ab homine de iudicijs, Inquiſitorum Tribunali, & pœnis conuenire videntur. Nam relapſi (caſum excipe hęreſis) carceribus, monaſterijs, triremibus, alijſue ſimilibus tradi poſſunt, & ſi ad degradationem ſit deueniendum, nõ erit expectandus diſcurſus dict.

cap. cum non ab homine: cuius formam in foro Eccleſiaſtico nõ ſeruari teſtantur Boſſius tit. de foro competẽti nu. 133. ad fin. Scac. dicens communem de iudicijs lib. 1. c. 11. nu. 54. Farin. q. 8 nu. 50. Aldrete de religioſa diſciplina tuenda lib. 2. cap. 25. nu. 14. Quarto in terminis d. c. cum non ab homine agitur de criminibus, in quibus reus pertinax ad libitum, vt ita dicam, verſari, & ingurgitare ſe inuitis prę latis poteſt, at vero in noſtra ſpecie multa concurrere debẽt, quibus ſuppoſitis à communiter accidentibus, dari incorrigibilitatem iuxta tex. in dict. cap. cum non ab homine, impoſſibile cenſeo. Requiritur namque ſuperioris poteſtas in concedẽda audiendi confeſſiones facultate, ad miſſio ad excipiendas confeſſiones per parochos, qui enim fieri poteſt, vt qui non ſemel ſed ſępius de crimine conuictus per Fidei cenſores ignotus maneat?

83 His, & alijs quę expendi poſſunt, cõuincitur ſanctiſſimũ Paulum V. non reſpexiſſe ad terminos dict. cap. cum non ab homine, dum in noſtro breui de degradatione agit, ad cuius interpręetationem pręter, vel potius cõtra omnes aduerto, quod quotieſcunque in iure, ſtatuto, commiſſione Pontificia fit ſimpliciter mentio degradationis; non eſt neceſſaria incorrigibilitas, niſi ea ex diſcurſu, mẽte & verbis deducatur, quod axioma licet nouum, veriſſimum tamen eſt, deduciturq; à partium enumeratione ab omnibus iuribus, & caſibus, in quibus ea degradatio imponitur, aut permittitur.

86 Hinc facile conuinces cõmunem interpręetationẽ ad tex. in cap. ſi quis ſacerdotũ 11. q. 1. dum in eo textu incorrigibilitatem requirebat ad perueniendũ ad degradationem, nam ſi de ea ageret, non erat expectanda incorrigibilitas, vt tex. probat, & notaſti ſupra à nu. 79.

87 Hinc etiam prouenit in grauiſſimis criminibus non eſſe neceſſariam incorrigibilitatem, vt delinquens degradetur, licet degradatio iure non ſit expreſſa, vt contra communem praxis obſeruat, & reſoluiſti ſupra nu. 73. cum Molina, Farin. Aldre. ex qua doctrina poteris ad alia nõ inutilia inferre.

88 Quoad propoſitum vero ex Pontificis mente, & ſupra poſita regula non eſt neceſſaria incorrigibilitas ad effectum, vt ſolici-

ſolicitans degradari poſſit, dixi non eſſe neceſſariam ex Pontificis mente, quia eam preciſe non requirit, ſed nō inde ſequitur omnem ſolicitantem eſſe degradandum, & brachio ſęculari tradendnm.

89 Quoniam altera ſub alterna reg. la conſtituenda eſt, quoties Pontifex degradationē arbitrio iudicis committit, ex iudicantis iudicio, attentis circūſtantijs eam pro prima, aut ſecūda vice, aut ſequentibus imponere, vel non pendebit, ex reg. I. non quidquid, ff. de iudicijs.

90 Quod autē ea fuerit Pōtificis mens conſtat ex illis verbis. *Eos etiam, ſi & prout de iure fuerit faciendum debita præcedente degradatione, ſæcularis iudicis arbitrio puniēdos tradēdo.*

91 Particula namq; *etiam*, non importat quoad propoſitū nec in hac, nec in alia materia, prçciſam neceſſitatē, ſed potius arbitrium attentis qualitate delicti, & alijs circumſtantijs.

92 Vt in ſimili commiſſione probat, Bernar. in praxi cap. 96. alter enim Paulus nomine Tertius Hiſpalenſi Archiepiſcopo commiſit cognitionem, & animaduerſionem contra quatuor monachos ex D. Auguſt. familia, qui ſuum Prouincialem nefarie occiderunt, cum poteſtate arbitrandi, vtrum monachi eſſent degradandi. prout degradati, brachio ſęculari traditi, & ſuſpenſi fuere. Arbitrium autē ex illis verbis conſtitit. *Etiamſi ad vltimum ſupplicium deueniēdum*, prout recte interpręrtatur Bernard. citato loco.

93 Sic etiam in Concil. Trident. conceditur Epiſcopis poteſtas procedendi etiam tāquā Sedis Apoſtolicæ delegatis, ipſorum arbitrio relinquitur vti eo priuilegio & in dubio vti nō cenſentur, ſi vero detracta particula, *etiam*, concedatur facultas Epiſcopis tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, ea verba præciſe delegationē importāt. Ex quo prouenit notabilis illa differentia appellandi ab Epiſcopis vel ad Summum Pontificem in poſteriori membro, vel ad Metropolitanum in priori, ſi delegati priuilegio non vtantur. Vnde cauebis à Cenedo ad decretal. collect. 157. tradente ab Epiſcopis procedentibus vt Sedis Apoſtolicæ delegatis in varijs Trident. decretis, vbi delegati conſtituuntur, vt in ſeſſ. 5. cap. 1. verſic. in monaſterijs, ſeſſ. 6. c. 2. & 3. ſeſſ. 7. de reform.

cap.68.& 14.ſeſſ.13. cap.5.ſeſſ. 22.cap.5.& 6.non Romanum Pontificem, ſed Metropolitanū eſſe appellandum contra iuris principia, de quo alibi.

94 Nec obſtant verba illa, *prout de iure fuerit faciendum*, quia qualificant ſequentia verba, *debita præcedente degradatione*, non verò ſunt referenda ad verbum, *tradendo*, quod longius diſtat, imo ſi referas, non ad caſum iure expreſſum, ſed ad debitas cęremonias degradationis, & ſolemnitates traditionis ſunt referenda, pręcipue ſi coniungas iuxta rectum ſenſū orationem illam, *Eos etiam ſæcularis iudicis arbitrio puniendos tradendo*, & inter parenteſin legas, *ſi & prout de iure fuerit faciendum debita præcedente degradatione)* quod ſi admittas, etiam ſecūdum ius poſſe in grauiſſimis degradari, vt ſup.nu.73 cum Molin. Aldret. & Farin. reſoluimus, manet indubitabilis noſtra explicatio, dum Pōtifex conditionaliter ad ius ſe refert per illa verba, *ſi de iure fuerit faciendum*. Quemadmodum, & ſub eadem conditione loquitur Paulus III. in illa commiſsione directa ad Archiepiſcopum Hiſpalenſem, cuius antea meminimus, *Si*, ait, *Locus ſit degradationi, & traditioni curiæ ſæculari*, vt per Bernard. in pract.c.96. licet enim caſus ille non eſſet iure expreſſus, per pręducta tamē verba poteſtatem degradandi Pontifex delegatis commiſit; Bernard. vbi proxime, nu.2.

95 Minus etiā obſtat quod ſolicitatio leuem tantum in Fide ſuſpitionem pręſefert, ex qua nuſquam degradatio inſurgit, vt pungit illuſtriſsimus nu.25. Tum quia ad degradandum nō requiritur pręciſe hęreſis, vel de hæreſi ſuſpitio, vt conſtat in peccato nefando. Tum etiam, quia in alijs caſibus, licet iure non ſint expreſsi, ex ſpecialibus tamen Pontificum decretis, & commiſsionibus pro prima vice, licet crimina leuem tantum de Fide ſuſpitionem præſeferāt: degradantur, & brachio ſęculari traduntur rei, & multoties qui in hac Prouincia degradantur, in illa degradationi obnoxij non erunt, vt conſtat ex aliquibus caſibus, quos congeſsimus ſupr.nu.72. ex illuſtriſs.q. 13.num.12. Vnde caſus noſter quoad degradationem non ex iure communi, ſed ex ſpeciali cōmiſsione pendet, arbitrioq; Inquiſitorum degradatio committitur

mittitur

mittitur iuxta prædicta ſub cenſura melius ſentientis.

96 Circa degradationem vltra hic citatos Bernar. in pract. c.140. Cene. ad decretal. collect.65.nu.3. Hẽriq. lib.13. de excõmu. Farin. 1.to.q.19.nu.48 & de hæreſ.q.189.à nu.6. & à nu.11. Lancellot. in templo in d.lib.2.c 5.§.2.

97 Quomodo autem moniales,aut monachi nullo ordine inſigniti ſint ex autorandi, vide Delrium lib.5.diſquit.magic.ſect.16.ad med. verſ. maius opus,Farin.ſupra nu.19.

98 Equites verò ordinum Militarium non ſolent degradari,ſed habitu Militari cum ordinis inſigni exuuntur intra carcerem,antequam exeant.

99 Milites quoque, & Doctores degradantur, Clar.in pract.§.fin,q.73. nu.2. & q.74. num.5.vbi additio.Brun.de hęret.lib. 4. c.13. Petr. Greg.lib. 31.ſyntagmat.c.30.nu.6.Suar. de cẽſur.diſp.30. ſect.2.num.5. Molin.4.to.de iuſt.diſp.49. nu. 14. Petr. Caball. tract. crim.2. tom.caſu 294.à nu.393.

100 Clerici etiã minoribus inſigniti degradantur.Antequã curiæ ſęculari tradantur poſt repertor.& alios Farin. de hęreſibus q.189. nu.17. Bern.c.140. nu. 3. quod in Luſitania ſeruatur,licet in Caſtella non practicetur, vt teſtantur Coua. in c. quia nos,nu.4.de teſtam.Salze. ad Bernard.c.137.verſ. non vero,& c.140.ad fin.

101 Religioſus quoque, dũ ad triremes condemnatur,exuitur religionis habitu,Nauar.cõmentar.4.de regul.nu.34. Molin.to.6. de iuſt. tract.5. diſp.7. nu.4.ad fin.

102 Ipſi vero religioſi ſi ſint ordinibus inſigniti, vel alij clerici non ſolum degradantur, ſi curiæ ſęculari ſint tradendi, ſed ſi ad perpetuos carceres, triremesve ſint dãmnandi, Decian. tract.crim.lib.5.c.43. n.7. verſ. degradatio autem,Farin.de hęreſibus q.189.à n.13.poſt alios. Hęc autem degradatio non erit actualis,ſed verbalis(quam depoſitionem dicunt)Peña ad direct.3.p.comment.46. verſ.nequis autem putet, Locat.in praxi Inquiſit.verbo,clericus,nu.4 & verb.degradatio,nu.3.Farin. nu.16.d.loco.Olim tamẽ ad perpetuos carceres dãnatus actualiter degradabatur,P.Aldret.de relig.diſcip.tuẽd.li.2.c.27.n.15

103 De Epiſcopi vero depoſitione alibi dicemus: degradatio

tio vero actualis, de qua in c.2. de pœnis in 6.fieri debet coram iudice ſeculari, cui degradatus relinquitur,c.nouimus 27.de verb.Petr.Greg. ſyntag.lib.31. c.30.n.8. Dec.tract.crim.lib.4. c.9.n.123. Mol.4. de iuſt.diſp. 49.n.14.Farin.de hęreſi.q.189 nu.8.& 19.

104 De forma autẽ degradationis in abſentẽ, Eymer.ad direct.3.p.n.215.& ibi Peña cõment.49.Decia. tract.crim.lib. 5.c.38.nu.22.Farin.ſup.nu.20. quam fictã degradationem vocat Lancellot. in templo iudicum,lib.2.cap.5.§.2.nu.6.

105 An autẽ iudex ſecularis teneatur ſtare ſententiæ iudicis Eccleſiaſtici,an poſt degradati traditionem poſſit cauſam de nouo examinare, vide auth. de Sanctiſs.Epiſcop.§.ſi quis cõtra,verſ.ſi verò, c.vt Inquiſitionis, §. prohibemus, de hęret.in 6.l.2.tit.26.p.7. Simãc. de Cathol.c.36. nu.5. & in praxi hæreſeos,c.36.nu.3.Clar.in praxi, §.vlt.q.96.nu.7. Auiles prętor. c.20.nu.20.verb. vſurpan, Villalobos litera I. nu. 159. Dec. lib.4.tract. crim.c.9. à nu.121. Farin.de hæreſi. q.186.nu.165.

106 Notabis autẽ, quod ad ſententiã degradationis proferẽdam ſufficit, quod Epiſcopus ſit confirmatus, ad ipſam vero degradationis actualis executionẽ conſecratus requiritur.

107 Ideoq; in ſen ẽtia ſufficit Epiſcopi Vic.in actuali degradatione ſolus Epiſcopus,c.2.de pœn.in 6.Trid. ſeſſ.13. c.4.de reform. Fr. Eman.3. tom. ſum. verb.degraduar, nu.3. Suar.de cenſur.diſp.30.ſect.3.nu.9.

108 Depoſitũ autẽ, ſeu degradatũ quis reſtituere poſſit. diſputant Suar. de cenſur.diſp. 30.ſect.1. nu. 22. & ſect. 2. nu. 10.Molin.4. to.de iuſt.diſp.49. nu.19. Lancellot. in templo iudicũ lib.2.cap.5.§.2.nu.8. Emman.3. to. ſummæ verb. degraduar,n.3. & de regularib. p.23. art.4.& 5.to.1.vbi agens de religioſis ab ordine eiectis, quod à ſuis prælatis etiã generalibus, ordini reſtitui nõ poſsint,quod modo diſplicet, nec eius ſolida ſunt fundamenta, de quo alibi.

109 Depoſitus vero, & degradatus in eo conueniũt inter alia, ꝙ vterq; ad ordinis onera manet obligatus,neutraq; depoſitio charactere clericali priuat Marant.4.p.dict. 11.nu.73.Gryſald. in deciſion Fidei verb.degradatus Suar. de cenſur. diſp. 30.ſect.2.à num.1.

110 Se-

110 Secundum quos ſic depoſitus ſi celebret, licet peccet, vere tamen conficit cap. quod quidam 97.1.q.1.gloſ. recepta verb.degradatus in c.2.de cler. excõmunicat. D.Th. ad 3.p.q. 82.art.8.vbi Suar.diſp.77.ſect. 2. verſ. 2. Caſt. de iuſta hæret. punit.c.21.lib.2.Nauarr.c.1.n. 2.& 3.de pœnit.Couar.li.1.var. c.10.n.8. & paſsim alijs reiecto Gratiano i c.ſicut Chriſtus 75. 1.q.1. & gl. in c.accedẽs. 50.d.

111 Quomodo vero ſic celebrans puniendus ſit, vide tex. in c. 2. de clerico excommunicato, Petr.Greg.Syntagm.li.31 cap 30.nu.6.

112 Per cõtrarium vero depoſitus, & degradatus inter alia in eo differunt, quia depoſitus fori & canonis retinet priuileg.

113 Actualiter vero degradatus vtrunq; amittit Syluest. ver.degradatio, Dec.tract.crim. lib.6.c.17.nu.8.& 20. Suar. de cenſur.diſp.30.ſect.2.nu.7.

114 Vtrum autem Epiſcopi, Abbates, prælati ve alij, qui in terminis depoſitionis iuxta c.1.de hæret.in 6.Trid. ſeſſ.13. c.4.de reformat. requiruntur, ſint Conſultores, vel aſſeſſores ad ferendam ſententiam? & eſſe iudices aſſeſſores, quorum ſuffragio deciſiuo ſtandum ſit, reſoluit poſt Gemin. & Syl.Suar. de cenſur.diſp.30. ſect.1.nu.20 Neutros vero eſſe, ſed adhibitos ad ſolemnitatem verius videtur, ex Aldre.de relig.diſcipl. lib.2.c.17. nu.15. Cætera verò facile apud prædictos inueniri poterunt: vtrùm autem in hac clericorum depoſitione requiratur concors iudicum ſententia, an maior pars ſufficiat, alibi diſputabimus, cum longiori indagine ſit opus, & hoc iam additionis metam tranſgrediatur, quod Sacroſanctæ & Romanæ Eccleſiæ, cuiuſq; melius ſentienti libenter ſubijcimus.

FINIS.

INDEX NOTABILIVM; quæ hoc libello inſeruntur.

A

ABBATES, qui in depoſitione interueniũt an ſint iudices, vel aſſeſſores, q.24 numer.114.
Abiurans leuiter hæreſim non manet inhabilis ad beneficia, q.24.nu.22. & 70.
Aborſum procurans imprudenter nõ incurrit pœnas, q.11, n.6. per ſe, vel per interpoſitas perſonas punitur æque, q.17.nu.14. prægnans non ligabatur excõmunicat. q.21.n.22.
Abſolutio à laico impertita non eſt ſacramentalis, q.13.nu.5.
Abſtinentia multipliciter conſideratur, q.20.nu.11.
Abuſus quid, q.7.nu.11.
Abuſus Sacramenti, & peccatorum onus præponderat infamiæ priuatorum, q.7.nu.19.
Abuſus Sacramentorũ cũ corpore, & ſanguine Chriſti, & ſimilibus ſuſpicionẽ de Fide inducit, q.16.nu.2.
Abuſus Sacramentorum tunc hæreſis ſuſpicionem ingerit, quando ſapit hæreſim, q.16.nu.10.
Accuſationẽ præcedere debet inſcriptio, q.4.nu.5.
Actus proximus, q.5.nu.20. non requiritur in ſolicitationẽ, nu.20. & 21.
Actus à fine ſortitur effectum, q.7.nu.11. malitiam, & ſpeciem, nu.30.
Actus ſimpliciter prohibitus cõprehẽdit etiã prouocatum, q.11.nu.16.
Actus obſcæni vetantur in breui, q.17 nu.3. & inhoneſti, nu.9.
Actus prohibitus, vel iuſſus à legiſlatore humano iudicandus ſm̃ virtutis, aut vitij ſpeciẽ, q̃ intẽdit, q.20.n.11
Adami peccatũ inobediẽtię, q.20.n.3
Adminiculorũ regula locũ nõ habet, vbi nõ datur ens, q.22.nu.24.
Albertus Auſtriæ Archidux generalis Luſitaniæ Inquiſitor, q.22.nu.36.
Amatoria verba, hoc eſt, requiebros, dicere ex loco, ſcurrilitate, vel vanitate non erit mortale, quod declaras. q.7.nu.29. & 31.
Amplecti fœminam accipitur in malam partem, q.7.nu.18.
D. Andreas Dalmada Conymbricẽſis Veſpertinæ Cathedræ ĩ ſacra Theologia proprietarius laudatur, & opinatur, q.3.nu.10.q.17.nu.12. qui iã primario iure gaudet, nu.15.
Animæ à corpore ſeiunctæ amant, & intelligunt, q.1.nu.24.
Anima defũcti triſtatur vxore ad nuptias tranſeunte, q.1.nu.25.
Animæ à corpore ſeiunctę cognoſcũt, quæ in hoc ſæculo agũtur tripliciter, q.1.nu.27.
Animæ Samuelis vera apparitio, q.1. nu.28.
Animæ reſpectu nullũ diſcrimen an inter marẽ, & fœminã, q.6.nu.9.
Angeli procumbunt ſacerdoti ſacrificanti, q.2.nu.16. & 31.
Annotatio bonorum in cauſa ſolicitationis non fit, q.14.nu.35.
Fr. Antonio de Daza Frãciſcanus laudatus, q.6.nu.21.
Anus apud Sinas conducuntur ad plãgendũ in funeribus, q.1.nu.28.
Archiua publica aliquando nouellis conſtant, q.22.nu.39.

B

BEatus Vincẽtius Ferrerà fœmina ſub confeſſionis velo ſolicitatus periculum cum præſentiſſimo miraculo liberatur q.23.nu.18.
Bigami non torquentur ſi negent q. 23.nu.14.

Binubo

Binubo pœna impoſita comprhen-dit fœminam q.6.nu.10.
Blanditiæ ab amore prouenientes furorem incitant q.11.nu.14.
Breue ī ſolicitātes vide verbo bulla, & verbo diploma & verbo edictum.
Bulla contra ſolicitantem nō obligat per ſe ad denunciandum q.10.nu.1 à fortiori comprehēdit cōſummātem q.11.nu.16. declarat nu.24. meminit ſolicitationis ex parte viri ob frequentiam nu.19. armatur in ſolicitationem a confeſſario prouocatā nu.25. agit de ſolicitatione in ſacramento q.14.nu.2. exprimit curā animarum habentes, aut confeſſionibus deputatos nu.3. an de confeſſione ficta agat q.15.nu.4. & 5. excitat Inquiſitorum iuriſdictionem nu.8. cōmittit arbitrio Inquiſitorū degradationem, q.24.nu.90.
Bullæ Greg. 13. contra laicos, qui ſacra faciunt, & confeſsiones audiūt, q.13.nu.17.
Bulla pœnalis in fauorem animarum edita extenditur q.15.nu.10. vide verb. lex pœnalis.
Bulla contra nefandum exercentes explicatur q.2 nu.40.
Bullæ cruciatæ virtute an fœmina ſolicitata abſolui poſsit q.21.nu.1. & & 6.& an hæreticus videō verb. hæreticus.
Bulla Pij IV. conceſſa Inquiſitoribus generalibus Portugaliæ q 2.nu.22.
Bullæ tenor contra confeſſarios ſolicitantes eſt in princip. libri.

C

Caroli Quinti, & filiæ Ioannæ Sebaſtiani regis matris exemplum memorabile q.22.nu.16.
Cardinales Inquiſitores cognoſcunt contra Epiſcopos cauſa hæreſis q.12.nu.12. contra nu.32.& 34.
Carcerariæ confeſſor ſolicitās an poſſit q.23.nu.19.
Carnis peccatum eſt magnæ ad hæreſiæ, & contagium contrahit q.8.nu.14.
Caſus iure expreſsi in quibus quis degradatur q.24.nu.72. in quibus conatus punitur q.13.nu.18.
Ciceronis loca circa verbum ſolicitare q.1.nu.3.& 30.
Cinædus ex teſtibus ſingularibus non damnandus q.22.nu.18.
Circunſtantiæ generales, quæ ſunt cōmunes omnibus, vel pluribus peccatis quales q.20.nu.18.
Clauſulæ in bullis referendæ non ad id, quod incidenter tractatur, ſed ad id, quod ex conſulto, & principaliter prætenditur q.16.nu.7.
Clauſula abſoluētes, de qua in bullis, & gratijs nō prodeeſt inſordeſcētibus in excōmunicatione per annū nec poſt quatuor mēſes q.24.n.67.
Clericus nefandum exercens relaxatur q.2.nu.37.
Clericus īfragāti, & immediate poſt, capitur à laico iudice q.5. nu.24.
Clericus fœminā amplectens an bene dicere præſumatur q.7.nu.2. & 18.
Clerici inceſtū cōmittētes cū filia ſpirituali ſunt deponendi, q.24. nu.7.
Clericus incorrigibilis relaxandus ex quibus gradibus, q.24.nu.26.
Clericus ob crimen læſæ Maieſtatis an degradandus, q.24. nu.74. inſidias Epiſcopo ſuo parās an degradādus, nu.79 homicida, & latro degradatus, & ſuſpēſus patibulo, q.24.n.74.
Clerici minoribus inſigniti degradantur, q.24.nu.100.
Cognatio ſpiritualis ex confeſsione an euanuerit, q.5.num.53. & 54. an ſit temporalis, nu.56.
Cognitio cōtra binubos, & ſodomiticos eſt cumulatiua inter Inquiſitores, & ordinarios, q.2. nu.5. & 18.
Cognitio ſolicitationis ad turpia in Sacramēto an ex natura rei Inquiſitoribus competat, q.2.nu.6.& 21.

Cogni-

Cognitio contra binubos an ſẽper cõpetat Inquiſitorib.q.2.nu. 17.& 32
Cognoſcens filiam ſpiritualem Neapoli, audiendi confeſsiones poteſtate priuatur,q.3.nu.24.
Commiſſarius in delatione ſolicitantis inquirit ſecrete circa fœminam deferentem,q.23.nu.26.
Communicare mox poteſt pœnitens de hæreſi,non verò de carnis peccato,q. 8,nu.13.
Cõplices ſingulares,& deponẽtes tormentorũ vi, vel metu nõ ſufficiunt ad condemnandum,q.22.nu.28.
Conatus qua pœna puniendus, q.8. nu. 23. punitur in atrocioribus,q. 13.n.6 & 18. regulariter extraordinaria pœna, niſi lege exprimatur, n 6 & 19. in quibus caſibus iure dãnatur,nu. 18.nõ officit deſiſtẽri,nec ex conſuetudine punitur,ſicut conſummatio,nu.19.& q.24. nu.4.
Cõdemnatus ſemel, vel abſolutus iterum in iudicium non trahitur,q.3. nu.11.etiam à tertio, nu. 12. etiam per gratiam, vel abolitionem abſolutus,nu. 13.
Confeſsio vel abſolutio ſacramentalis in abſentia non fit, q.13. nu.31. eſt ſacramentalis, licet non detur abſolutio,ſi fiat à peccatore in culpæ recognitionẽ,nu.32.bona fide vtriuſque facta eſt ſacramẽtalis,obligatq; ſolicitantes,q.14.nu.4. an ſi confeſſor ſit fictus,& ſolicitet,incurat,nu. 5.& 13. quid ſi vtriuſq; concurrat ſcientia defectus poteſtatis,an liberet ſolicitantem à pœnis breuis,q. 14.nu.5.in ordine ad obtinendam licentiam cenſetur ſacramentalis, obligat ad ſigillum,& ſolicitantes, nu.5. facta ſpe veniæ; licet deficiat abſolutio eſt ſacramentalis,nu 7.& 14.facta ſub ſigno crucis, non tamẽ animo accuſandi,nec eſt ſacramentalis, nec obligat ſolicitantes, nu.9. confeſsio meretrices ſacramentalis, nu. 10.non integra obligat, ac integra,n.13. in breuis caſu ſupponitur ſacramentalis, vel ſaltem in ordine ad illam,q.15.nu.13.14. &21. cum ſua qualitate accipienda, q.11. nu. 22.& 25.
Confeſſor Inquiſitus de ſolicitatione, vel fractione ſigilli, ſi malæ famæ reperiatur, capi, & torqueri poteſt, q.4.nu.28. abſtineat ſe ab experiẽdo,& tentando fœminas,q.7.nu.9. quæ procuret, ne in ſolicitationes incidat, ne fœminas inſpiciat, grauiter ſe gerat, audiat in locis publicis,à num.21.ne officioſa impendat verba,nu.25.ne dum aliorum lauat pedes, fœdetur, ſed lineo cilicinco ſe præmuniat adinſtar Chriſti, nu. 26.cognoſcens filiã ſpiritualẽ committit ſacrilegium,q.5.nu.31.& an hanc circumſtantiam confiteri teneatur,nu.31.& 32. Solicitatus à fœmina non tenetur denunciare fœminam,q.9.nu.5. ſolicitatus à fœmina ſi conſentiat, an incidat, num.8. quid ſi conſentiat ne à fœmina infametur, nu.9. quid ſi ſon no ſopitam,aut paroxiſmo arte,vel morbo comprimat,nu.10.& 11 ſolicitatus ſi conſentiat, an hæreſis ſuſpicionẽ incurrat,q.11.nu.3.5.& 9. aut conſentiens incurrat breuis pœnas,nu. 7.12.15. & 17. audiens turpia ſi inuitus pollutionem patiatur nõ peccat, nec ab opere abſtinere debet, nu.11. meritũq; regulariter habet, nu.14.& 25.tenetur fœminã repellere ſolicitantem,nu.15. & 19.confeſſarij, & pœnitentis cooperatio æque offendit Sacramẽti puritatẽ, nu.18. Si fateatur copulam in actu confeſsionis, fuiſſe tamẽ ſolicitatũ, an ei ſit credendum,nu.21.& 25 & an incidat in breue, nu.23. & 25.& an ſubiaceat Inquiſitoribus, nu.24. audiens meretrices tenetur ad ſigillũ,q.14.nu.18. negata abſolutione, ſche-

ſchedulam confeſsionis dare poterit,& aliquando expediet,num.20. parturit ſpiritualiter filias ad mundiciam cum illis ſeruandam,q.8. nu.12.excitans ad malum,grauiter puniendus,& an ſit ſuſpectus de Fide,nu.16.&17.in confeſſario ſolicitans,ſi ſimulet audire,& abſoluere,an incidat,q.15.n.2.& 11.& 12. ſolicitans per lenā,incurrit in breue,q.17.nu.14.ſolicitans abſq; fraterna correctione deferendus,q.18 nu.11. non poteſt abſoluere à caſibus reſeruatis extra mortis articulū iure proprio,ſecus ex tacita cōmiſſione dato impedimēto,q.21.n.20. ſolicitās per plures annos tandē delatus fuit,n.26 per Inquiſitores inquiſitus iuret,ne ſuę Inquiſitionis cauſam detegat,q.23.nu.12. ſolicitans quot teſtibus carcerari debeat, nu.27.ſolicitās an torqueri debeat, nu.29.ſolicitans quibus pœnis puniendus; præcipue à cōfeſsionibus fœminarum reijciendus,q.24.nu.10.& 40.poteſt ſuſpendi,priuari officio,& beneficio,pecuniaq; mulctari,num.11.conuictus de ſolicitatione ante Bullā tradendus ſuo Prælato lata per Inquiſitores ſententia, nu.15.ſolicitans ſi impenitētem ſe dicat an ſtatim relaxandus,nu.33. audiendi cōfeſsiones poteſtate priuatus,ſi abſoluat,nō eſt irregularis, nu.42.vide verb.ſolicitans,& verb. fœmina.

Conficatio non habet locū niſi in caſibus iure expreſsis q.24.nu.35.

Connexitatis ratione idem conceditur q.5.nu.28.& 29.

Conſtantini egregia facta,& dicta circa Eccleſiaſticorum perſonas,& culpas q.24.nu.19.

Correctio fraterna vide verb.hæreticus occultus,& verb.confeſſor.

Corrigens fraterne hæreticū,qui falſo emendatum credidit,imprudentiæ arguendus,non vero ſuſpectus de fide habendus q.18,nu.29.

Crimē dupliciter accipitur q.24.n.83

Curiæ duę apud Romanos q.24.n.81

Curia Eccleſiaſtica in primitiua Eccleſia quid q.24.nu.82.

Curiæ ſæculari traditio, verb.degradatio.

D

DAns operam rei illicitę non excuſatur à culpa q.7.nu.9.

Dæmones incubi,& ſuccubi quomodo,& quando fugiant ſodomiæ perpetrationem,hos autem negare imprudentia eſt q.6.nu.24.

Dæmones pro animis euocatis apparent q.1.nu.28.

Deformitas criminis triplex de.per ſe ex loco;& ex perſona delinquentis q.14.nu.1.

Degradari nemo poteſt,niſi in caſibus iure expreſsis q.24.nu.72.contra nu.73.

Degradatio quomodo fit q.24.nu.35. in abſentem quæ ficta dicitur,quomodo fiat remiſsiue nu.104.actualis fit coram iudice ſæculari,eique degradatus relinquitur nu.103.degradationis materiā tractant Doctores remiſsiue,n.96.degradatio, ſi Pōtifex arbitrio iudicis cōmittat, nō erit neceſſario imponenda nu. 89.non ſolū imponitur in cauſa hæreſis,ſed in alijs caſibus nu.95.ob quæ crimina imponitur nu.76.

Degradatus,vel depoſitus manet oneribus ordinis obnoxius,charácteréque retinet q.24.nu.109.celebrans grauiter peccat,vere tamē conficit nu.110.celebrās quomodo puniatur nu.111.degradatus,& depoſitus in quo differant nu.112.canonis,& fori priuilegiū amittit nu.113.

Delatio ſolicitantis ceſſat,ſi poſt multos annos,aut aliunde apparet emēdatus q.3.nu.15.32.& 33.

Delegatus non habet iuriſdictionem in actu contra perſonas nominandas,& declarandas, vnde perueniri poteſt q. 3. nu. 30.

Delinquens non effugit pęnas, ſi probet ſe illectum q. 11. nu. 1. 12. & 26. ſi dubitet, vtrum ante, vel poſt legē, deliquerit, non ſubiacet pœnis legis q. 3. nu. 9.

Denūcians ignorāter lapſos in fide ēt prædicatores peccat q. 18. nu. 42.

Denuncians hæreticum, vel de hæreſi ſuſpectum, licet non probet, non tenetur talionis pęna q. 10. n. 14.

Denunciare an teneatur impedimentum matrimonij, qui illud probare nequit q. 10. nu. 3. & 9. non tenetur dubitans aliquem eſſe hæreticum nu. 3. & 9.

Denunciatio ſolicitatæ cōtra ſolicitātē an ſit iudicialis, dicaturque Inquiſitoribus, tanquā patribus q. 10. n. 12.

Denunciator ex conſuetudine probare nō tenetur præcipue ſi ex officio, aut in bonum publicum denunciet, niſi ſint declaratores q. 10. nu. 15.

Depoſitio propter inceſtum in praxi non obſeruatur q. 24. nu. 34.

Depoſitum ſeu degradatum quis reſtituere poſſit q. 24. nu. 108.

Depoſitus, & degradatus in quo conueniat q. 24. nu. 109.

Depoſitus fori, & canonis retinet priuilegium q. 24. nu. 122.

Deſtinatio habetur pro actu completo q. 5. nu. 8. & 22.

Diaconus presbiterium exercens de fide ſuſpectus abiurat de leui Conymbricę q. 13. nu. 10.

Dicta teſtium, & accuſatoris, proceſſuſque apud Inquiſitores facti non reuelātur, nec detegūtur q. 21. n. 28

Dictio, &, disiungit multoties pro materia ſubiecta q. 13. n. 31. mox, interuallum excludit, & reincidentiā q. 24. n. 80. etiā, importat arbitriū, non neceſſitatem nu. 91.

Dictum vnius an ſufficiat in cauſa hæreſis ad torturam q. 4. nu. 16. & 29. vnius fœminæ importat præſumptionem q. 4. nu. 21.

Differentia inter ſolicitationem, & ſolicitudinem q. 1. nu. 8. inter manes, & lemures nu. 23.

Differentia inter ſacerdotem, & fęminam ſolicitantes q. 9. nu. 4.

Diminutus tacens complices propter metum non eſt curiæ ſæculari tradendus, ſed arbitrarie puniendus q. 19. nu. 15. ob proximam conſanguinitatem non relaxatur, ſed arbitrarie punitur eod. nu. & quæſtione 1.

Diploma contra ſolicitantes extenditur ad præterita q. 3. à n. 1. 20. & 24. non extenditur à nu. 7. reſolutio n. 10. quo tempore Olyſi pone publicatum n. 9. requirit diffamationem q. 4. nu. 1.

Depoſitio, licet loquatur de ſacerdotibus non compræhendit Epiſcopos, niſi ſpecialiter nominentur q. 12. nu. 13.

Diuinationes, & ſortilegia per ſe ſumpta non pertinent ad Inquiſitores, niſi ſapiant hæreſim manifeſte q. 5. nu. 34.

Doctores, qui agunt de ſolicitantibus in confeſſione non excludunt actū proximum q. 5. nu. 4. & 17. degradantur q. 24. nu. 99.

Duplex exiare poteſt incorrigibilitas, altera minus propria q. 24. nu. 29.

Duplex inobediētia materialis, & formalis q. 20. nu. 8. & 9.

Dupliciter poteſt quis ſe parare in peccatum, vel actualiter, vel habitualiter q. 11. nu. 10.

E

Aetas noſtra non patitur rigorē canonum antiquorum, q. 24. n. 77.

Edicta denunciationē præcipiētia ſubintelliguntur prēmiſſa fraterna correctione, q. 18. nu. 8.

Edictum in ſolicitantes nullum, qui ſci-

ſciuerit,excipit,q 11.num.7.an ceſſante præſumptione contra confeſſarium ceſſet nu. 26.
Eleemoſyna,& miſericordię actus corporalis cogit pro tempore ad peccatū veniale,vel mortale,q.18.n.2 ſpiritualis nobilior corporal, d.n.2.
Emendatus non eſt deferendus q. 5. nu.33.verb.hæreticus.
Emendationis ſigna, ex quibus deducuntur indicijs q.18.nu.9. ſpes non deeſt in peccante contra naturam, q.2.nu.39. per quot tempus præſumatur q.3. nu.32
Epiſcopi an ſe gerere debeāt in cauſa ſolicitationibus, ſicut in cauſa hæreſis,q.2.n.2. Ipſorum iuriſdictio, & Inquiſitorum in cauſa hęreſis olim, & hodie nu. 1.& 24. non poteſt cognoſcere de ſolicitationis crimine à n.7.& 22.non cognoſcit hodie ſolus contra hæreticos, ex conſuetudine, & literis Apoſtolicis, nu.22.23. 33. & 34.iuriſdictio cū proueniat à iure communi notior eſt Pontifici,ac proinde facilior illorū quam Prælatorū regularium præſumitur derogatio,minorque illis. quam Prælatis regularibus,fit iniuria,ſi excludantur à cognitione hæreſis,nu.10. Epiſcopi,& Archiepiſcopi excellentia q. 12.n.1.& 14.hæretici accuſandi, nu.4. non ſubduntur Inquiſitoribus nu.5.6. & 25. Epiſcoporum cauſę maiores reſeruantur ſedi Apoſtolicæ,ex Trid.nu.21. Epiſcopus titularis non ſubiacet Inquiſitoribus nu.7.nec habet oues,nec Diœceſim, & ideo nō ordinat familiarem poſt triennium, ſicut actualiter habens, nu.27. Epiſcopus confirmatus gaudet priuilegijs Epiſcopo conceſſis, & ita diſpenſat in ſpecie Trid. ſeſſ. 24.c.6. nu. 31. Epiſcopi in Concil. Trident.conſtituti etiam tamquam delegati, poterunt ea poteſtate vti, ſi velint, ſecus vbi conſtituuntur tāquam delegati, vnde pendet iuriſdictio tribunalis,ad quod fit appellādum,q.24. nu.93. confirmatus poteſt ſententiam degradationis proferre, ſed ad actualem degradationem requiritur conſecratus n. 106. Vicarius poteſt proferre ſentētiam degradationis, actualiter vero degradare ſolus Epiſcopus num. 107. Epiſcopi, Abbates, alijue Prælati, qui depoſitioni interueniunt, ſint aſſeſſores,an iudices n.11 4.abſoluit à caſu hæreſis occultæ q. 21. nu. 14. abſoluit impedimentum à caſibus reſeruatis,nu.19. requirendus, & quando ab Inquiſitoribus in cauſa hæreſis q.23.à nu. 30.
Equites ordinum Militarium habitu exuuntur ante relaxationem, q.24. nu.98.
Ericto magica apud Lucanum euocat ab inferis manes.quæſtione 1. numer. 18.
Errans in Fide ex ignorantia non eſt deferendus,ſed admonendus,q. 18. nu.15.etiam craſſe non amittit fidē, nu.41. errans in articulo manifeſto præſumitur hæreticus,nu.41.
Excommunicationis conſumpto termino,non conſumpta eſt denunciādi obligatio,q 21. n.4.
Excommunicatus non priuatur beneficijs obtētis,ſed illorum fructibus, q.24.n.61. vide verbo inſordeſcēs.

F

FActum,vel in proxime faciendum æquiparatur q.5.nu.7.& 28.& 19 dubium in deteriorem partem aſſumitur in concernentibus animam q.7. nu.9.
Fœmina an teneatur deferre confeſſorem ſolicitantem poſtquam abſolutus,vel condemnatus fuit q.3.nu. 34.ſolicitata tenetur deferre ſolicitantem,licet non laboret infamia q.4.n.9.& licet ſola ſit nu.37.vnius dictum an ſufficiat ad capturam, & tor-

torturam ſolicitantis à nu. 16. Fœminæ, vel mari dicenti ſe tentatum nõ eſt credendum ad torturam nu. 19. deferens ſolicitantem honeſta, aut non, nu. 20. vnius dictum importat præſumptionem nu. 21. vnius dicto nõ eſt confeſſarius in carcerem detrudendus nu. 27. & 38. non eſt teſtis omni exceptione maior licet in occultis, & exceptis admittatur, num. 30. ſolicitata tenetur deferre confeſſarium ſub mortali, & excommunicatione num. 9. & 36. fœmina virum rapiens an excuſetur à pœnis contra raptores q. 6. nu. 4. & 25 cõprehenditur ſub regula de infirmis nu. 10. bis nubens punitur eadem pœna viro binubo impoſita nu. 10. confeſſio non audiatur ante ſolis ortum vel illius occaſum q. 7. nu. 22. magnam debet confeſſarijs reuerẽtiam, & è cõtra q. 8. nu. 11. ſolicitãs in confeſſione an incidat in breui q. 9. nu. 2. ſolicitata, & ſi conſentiat, denunciare tenetur q. 10. nu. 5. 6. & 10. ſolicitata denunciare tenetur licet ſolicitationem probare nequeat nu. 13. ſi in loco confeſſionarij ſolicitetur, non tamen animo confitendi, non tenetur denunciare q. 14. n. 11. viris formidoloſior q. 19. nu. 11. compreſſa an clamare teneatur nõ obſtante infamia nu. 17. tenetur intra terminum denunciare q. 20. n. 1. denunciationem omittens peccat in religionem nu. 10. ſolicitata non poteſt abſolui, niſi deferat, & an ab excommunicatione q. 21. n. 6. & 25 virtute bullæ num. 8. & 29. quando virtute bullæ abſoluatur etiam abſque delatione num. 9. ſi ex cauſa delationem differat, ea ceſſante denunciare tenetur nu. 10. & 30. an à Mendicantibus abſolui poſſit n. 11. & 31. aborſum procurans non ligabatur excommunicatione per bullã Sixti V. nu. 22. incurrens in excommunicationem ob non delatum cõfeſſarium abſolui, poteſt virtute iubilæi à cenſura cum denunciandi obligatione n. 25. ſi de facto abſoluatur ſolicitata ſine denunciandi obligatione, an confeſſarius puniri poſſit nu. 27. à teſtificando regulariter repellitur q. 22. n. 2. naturaliter mẽdax, periura, doloſa, varia, & corruptibilis nu. 5. egregia non tenetur teſtificationis cauſa ire ad iudicem nu. 6. & 17. fœminæ ſingulares plene probant ſolicitationem n. 8. contra nu. 18. admittuntur in teſtes procedente iudice ex officio, vel per Inquiſitionem nu. 11. nobiles ad Tribunal ſancti Officij ire tenentur teſtimonij cauſa, niſi impedita ſit n. 14. ſolicitatæ ſunt teſtes non adminiculantes, ſed diuerſificatiuæ, n. 18. & ſi admittantur in teſtes non ſunt omni exceptione maiores q. 23. nu. 5. & 16. ſi conſentiat, diminuit teſtimonium nu. 6. non abſoluta, vel deſpecta, ne crimen cõfeſſario imponat, timeri poteſt q. 23. nu. 8. & 18. duæ ſolicitatæ, & complices an ſufficiant ad confeſſoris capturam n. 9. & 19. meretrices, minores, pauperes, & vilis conditionis non ſufficiunt ad incarcerandum, etiam ſugillatum de nefando n. 10 fœminarum duarum fide dignarum teſtimonio confeſſor ſolicitans an carcerari, recludi, deponi poſſit nu. 12. ſolicitata, & criminis particeps an ſit admittenda tanquam teſtis nu. 17. admittuntur in criminibus exceptis, & in quibus aliter veritas haberi non poteſt nu. 23. tres conteſtes non conuincũt in criminalibus nu. 24. deterrẽtur à confeſſione, ſi ſolicitãs publicentur ab Inquiſitoribus q. 24. nu. 17. vide verb. ſolicitata, & verb. confeſſor.

D. Ferdinandus Martinez Maſcaregnas Generalis Luſitaniæ Inquiſitor. q. 22. nu. 37.

Filiam ſpiritualem cognoſcere an ſit ſacrilegium confitendum q.5.à nu. 52.dicitur etiam non abſoluta q.13 nu.32.
Filius ex confeſſoris reuelatione, non excluditur ab hæreditate patris q. 22.nu.22.
Flamines à ſacerdotum collegijs eiecti propter exta parum curioſe admota Deorum aris q.7.nu.35.
Forma ſententiæ contra leuiter ſuſpectum q.24.nu.46.
Fornicationis cauſa,& ſodomiæ ſit diuortium q.6.nu.10.
Fractor vnius ſacramenti punitur ſæpius pœnis impoſitis fractori aliorum ſacramentorum q.16.n.3.
Franciſc.Suar.laudatus,q.3.n.10.opinio q.11.nu.7.q.17.nu.9. reijcitur, q.22.n.22.
Fraternæ correctionis materia ampla q.18.n.1.connumeratur inter opera miſericordiæ, n.2.præcedere debet denunciationem,nu.4.præcipitur à iure naturali,diuino,& humano,n. 6.& 7.eam omittens ante denunciationem peccat mortaliter, nu. 9. & 19. fraterne corrigi debet hæreticus, quando ſumus in dubio an errauerit ex malitia,n.43. an hæreticus ſit fraterne corrigendus, verb.hæreticus.
Frumentum aſportans,& captus in itinere incidit in pœnas commiſſi,q.5. num. 8.

G

Generalis, ſeu materials obedientia quæ ſit,q.20.n.7.
Generalium ordinum magiſtrorum cauſæ maiores non ſunt reſeruatæ ſedi Apoſtolicæ, q.12. nu.20.
Grauitas criminum ex oppoſitis virtutibus,diſtinctio ex præceptis dignoſcuntur,q.20.nu.1. & 15.
Graue eſt peccatum proximorũ peccata abſcondita iudicibus reuelare q. 5.nu.5.

H

Hæreſis omnis manifeſta eſt, quæ iure diffinita eſt, q.5. nu.48.
Hæreſis ſerpit, vt cancer nec ei acquieſcendum,q.18.n.12. in genere eiuſdem ſpeciei probatur per teſtes ſingulares, ex Simanc.q.22.nu.12. ſed contra,num.23.& 25. quot teſtibus probetur,q.23.nu.2. non probatur per duas fœminas, nu. 5.& 6. in hæreſis crimines an poſſint dari teſtes omni exceptione maiores nu.7.hæreſis ſuſpitionem incurrit ſolicitãs in confeſſione Sacerdos, q.2. nu.7. & q.24.nu.6. caſus exceptus in bullis cenſetur,q.21.n.29.
Hæreticus occultus non tenetur ſe prodere Inquiſitoribus, quæſt. 10. nu.4. & 11. hæreticum poſt vnam, & alteram correctionem deuita, ſententia D.Pauli explicatur de prælatiua,q.18.n.5. & 17. de hæreſi ſuſpectus,machinãs in commune bonum, & ſi occultus abſque fraterna correctione eſt denunciandus, & in hæreſis crimine in tota Hiſpania obſeruatur,nu.10.hæreticum etiam tibi ſolum notum reuelare teneris, nu. 13. hæreticum non reuelans eſt ſuſpectus de hæreſi eod.n.admonẽdus per fraternam correctionem ante denunciationẽ, ſi firmiter credatur emendatio,num. 14. emendatus non denunciandus.n.14.contra n.39.& ſi occultus ſtatim denunciandus, nu. 27. occultus fraterne corrigendus, ſi firma ſpes emendationis appareat ſecundum communem, contrarium tamen oſtenditur n.30.& à n.31.occultus deferendus nu.33.occultus abſque fraterna correctione denunciandus nu. 34. pertinax quis nu. 37. occultus iam emendatus non manet irregularis n.40. hæreticum omnes deferre tenentur nu. 44. an excommunicatus

de iure diuino nu.45.in primitiua ecclesia admonebatur ante delationem n.46.hæretico aut ſuſpecto de hæreſi incarcerato, aut recluſo dās conſilium, etiam iuſtum, inſcio Inquiſitore, punitur arbitrarie,q.23. n.28. non relaxandus, niſi in forma facta abiuratione,vel ſaltē de vehementi reincidat q.24.n.25. abiurās non amittit beneficia q.24. nu.72. hæreticos occultos virtute cruciatæ abſolui poſſe tenent nonnulli q.21. num. 1.licet non teneatur ſe prodere Inquiſitoribus, à confeſſario tamen abſolui non poteſt,nec cogi ab eo,vt Inquiſitoribus ſe ſe repræſentet n.13.ab Epiſcopo virtute Tridētini non abſoluitur ex veriori n.14. occultus quid efficiet ad impetrandam abſolutionem abſque proditione ſui nu. 18. occultus abſolui non poteſt virtute bullæ, vel iubilæi nu. 12.29. & 32. conuictus per teſtes ſingulares non punitur pœna ordinaria, ſed extra ordinaria, nec corporali q.22. nu.20. & 26.

Hippolytus miſere dilaceratus ob Veneris contemptum q.23.n.18.

Hiſpania ex Tribunali ſancti Officij nobilis, & felix q.22.n.15.& 40.

I

Identitas rationis vide in verb. rationis identitas.

Immundities magis contrariatur ſacramento pęnitentiæ, quam aliud peccatum q.8.nu.4.& à nu. 10.

Imperatores, Reges ſupremiq; Principes reuelare tenentur ſub pœnis edicti q.12. nu.18.

Impeditus adire Romam poterit ab Epiſcopo abſolui in quolibet cauſa Papæ referuata q.21. n.19.

Incæſtus fornicatio, & adulterum denotant actum in vaſe naturali q.5. num.55.crimen committit, & eius pęna plectendus eſt confeſſor, qui ſolicitat,q.24.n.2.&3.& n.5.cōmittitur cum filia confeſſionis q.24. n. 3.pęna eſt diſpoſitio n.7.& 39.

Incæſtuoſi varij pœnis arbitrio Iudicis ſubijciuntur,q.24.nu.9. non degradantur nu.24.

Incorrigibilis in crimine depoſitione digno relaxandus q. 24. nu.27. traditur curiæ ſæculari poſt quam Eccleſia non habeat amplius, quid faciat n.29.vt ſęculari curiæ tradatur, non requiritur degradatio, nec relaxatio attēto iure, ſed contrarium obſeruatur n. 32.

Incorrigibilitas duplex propria, & minus propria, prima traditionem curiæ ſæculari operatur, non verò ſecunda q. 24. n.28. non requiritur quoties lege,ſtatuto, vel commiſſione degradatio ſimpliciter imponitur nu.85.non eſt neceſſaria in grauiſſimis criminibus, vt delinquens relaxetur,nu.87.

Indicia requiruntur, & qualia ad inquirendum in cauſa hæreſis, q.4.n. 15.indicium vnicum non ſufficit ad torquendum nu.25.

In dubio pro confeſſario negante ſolicitationem, vel ſigilli fractionem ſtandum, q.4.n.26.

Infamato vno religioſo totus conuentus, & religio infamatur, q.24.nu. 18. & 52.

Infamia non requiritur ad inquirendum in cauſa hæreſis,q.4.nu.6.& à n.14.& à n.31.& 35.ad accuſandū, vel ad denunciandum,n.8.&9.qualis qualis ſufficit ad inquirendum contra quomodolibet diffamatum, num. 11.& 12.& clamoſa inſinuatio differunt, & quælibet ſufficit ad inquirendum,n.13.non eſt neceſſaria ad inquirendum ſpecialiter in criminibus enormibus,& quare n.31. præcedere inquiſitionem ſpecialē regulariter, aut loco infamiæ indicia debent,n.32.infamiæ metus an excuſet, q.19.n.10.& 17.

Inhoneſtum ad quid referatur, q. 8. num. 8.

Iniuriam inferens Pontifici, ſeu Pontificis legato Cardinali æque punitur. q. 6 n. 10.

Inobedientia duplex, alia materialis, alia formalis, q. 20. n. 8. inobedientiæ malitia non datur in omni peccato, nu. 16.

Inquiſitio ſpecialis creari poteſt in ſolicitantem poſtquam delatus eſt, licet non laboret infamia, q. 4. nu. 10 28. & 38. Inquiſitionis Tribunal religioſe ſeruat dicta teſtium, q. 19. n. 12. & 15. & q. 21 n. 28. quo tempore, & à quo in Luſitaniam introducta, q. 22. n. 33.

Inquiſitores virũ cognoſcere poſſint contra ſolicitantes abſque commiſſione, q. 2. nu. 20. an confeſſum, vel conuictum de nefando relaxare debeant à n. 33. ipſorum iuriſdictio contra ſolicitantes eſt priuatiua, nu. 10. procedunt contra ſolicitantes, licet nulla laborent infamia, q. 4. à n. 2. tripliciter in cauſa hæreſis procedunt, n. 4. ſic & contra ſolicitantes, nu. 7. an cognoſcere poſſint de his, quæ hæreſim ſapiunt, ſed non manifeſte, q. 5. n. 3. & à n. 32. an cognoſcere poſſint in dubio, an ſua ſit iuriſdictio, nu. 13. 38. & 40. non cognoſcunt de crimine incæſtus, quod cõmiſit confeſſor cum filia ſpirituali, num. 14. non poſſunt cognoſcere de his, quæ non ſunt hæreſis, vel hæreſis notorium habeant ſaporem, nu. 32. nen cognoſcunt de diuinationibus, & ſacrilegijs indiſtincte attento iure à nu. 33. hodie cognoſcunt contra omnes ſortilegos, & maleficos n. 35. cognoſcunt contra ſuſpectos, etiam leuiter de hęreſi, n. 36. in dubio poſſint cognoſcere, vtrum dictum, vel factum manifeſte ſapiat hæreſim, & vtrum ſua ſit iuriſdictio, nu. 39. & 40. ſunt iudices delegati in vtroque foro n. 40. non cognoſcunt in dubio an dictum, vel factum ſapiat hæreſim, ſed qualificatores Theologi, n. 40. cognoſcũt in dubio an ſtatutum laicorum officium ipſorum impediat, nu. 42. non poſſunt cognoſcere de criminibus, quæ ſapiunt hæreſim, ſed non manifeſte, cognoſcunt tamen contra leuiter ſuſpectũ, quod explicatur, n. 43. poſſunt damnare nouas hæreſeos propoſitiones, & quãdo, n. 49. procedunt contra omnes perſonas, & an contra Reges q. 12. n. 3. & 15. nõ poſſunt procedere cõtra Epiſcopos hæreſeos cauſa notatos, vel ſuſpectos, nu. 5. 6. & 25. non procedunt cõtra Epiſcopos titulares, n. 7. & 26. non poſſunt cognoſcere contra Nũcios, aut officiales Apoſtolicos, n. 8. & 28. Inquiſitoribus licet dicta teſtium excipere contra Epiſcopos in cauſa fidei ad ſedem Apoſtolicam remittenda, nu. 9. poſſunt detinere, & carcerare Epiſcopos in cauſa fidei, ſi fuga timeatur, quod procedit etiam in officialibus ſedis Apoſtolicæ, n. 10. & 30. poſſunt procedere cõtra Epiſcopos electos nõ vero confirmatos, nu. 11. & 31. non poſſunt procedere contra Reges, & ſupremos Principes, n. 15. non procedũt contra reip. gubernatores, alios ve magnates inconſulto generali Inquiſitore, n. 19. non procedunt cõtra magiſtros ordinum inconſulto generali Inquiſitore, nu. 22. procedunt contra quoſcumque religioſos, & perſonas eccleſiaſticas etiam exemptas, conſulto tamen ſupremo ſenatu, vel generali Inquiſitore, nu. 23. & 24. Inquiſitorum iuriſdictio delegata, & ideo reſtringẽda, q. 15. n. 1. Inquiſitorum edicta correctionem fraternam reijciunt q. 18. n. 31 & 32. non poſſunt derogare præcepto diuino, n. 32. Inquiſitorum edicta

cta non prohibent conſultationem cum confeſſario in dubio ante denunciationem, n. 38. cum toto ſenatu, & vnuſquiſque in foro conſcientiæ abſoluere poſſunt hæreticos occultos, q. 21. n. 15. omnes, vel quilibet poſſunt delegare poteſtatem ab ſoluendi in foro conſcientiæ, n. 16. Inquiſitor, vt abſoluat, vel deleget, non indiget ſacerdotali ordine, nu. 17. Luſitaniæ numerantur vſque ad præſens tempus, q. 22. nu. 35. ne pęnis in deſperationem onerent reos q. 24. n. 11. ex conſuetudine non cognoſcunt contra inſordeſcentes per annum in excõmunicatione extra fidei cauſam, n. 65. poſſunt procedere in confeſſores ad nefandum, vel molitiem ſolicitantes, q. 8. n. 7. quãdo teneantur requirere Epiſcopum q. 23. à nu. 30.

Inſordeſcẽs per annum in excommunicatione eſt ſuſpectus de hæreſi, q. 24. n. 53. propter cauſam ciuilem be beficijs, an priuetur, n. 54. & 55. non priuatur ipſo iure, nec per ſententiã beneficijs, ſed habetur pro confeſſo de eo crimine, aut cauſa, de qua agitur, nu. 56. eſt ſuſpectus leuiter de fide, & ideo beneficijs non priuatur, n. 57. ex cauſa hæreſis, eſt vehementer ſuſpectus de hæreſi, & vt talis punitur, n. 58. per multos annos an priuetur beneficijs n. 62. & 63.

Inſordeſcentia per annum ad inducẽdam leuem de fide ſuſpitionem extra caſum fidei, requiri præcedentes nominationes, q. 24. n. 59.

Intellectus capit. vlt. & cap. licet de ſponſa duorum, q. 3. nu. 2. & 19. c. 1. de poſtulatione prælatorum nu. 17. c. accuſatus, §. ſane de hæret. in 6. cõtra communem, q. 5. à nu. 47. l. cum vir C. ad l. Iuliam, de adult. q. 6. n. 22. & 26. c. 1. de Maledicis procedit etiam contra laicos n. 10. Clement. 1. de hæreticis circa denunciationẽ q. 10. n. 8. Clement. 1. verb. ſcienter de conſanguinit. q. 11. nu. 7. l. qui cũ vno §. qui cum filium ff. de re milit. n. 8. c. vlt. de ſucceſſ. ab inteſt. q. 22. n. 30. l. qui ſententiam C. de pęnis, n. 31. c. cum contumacia, de hæret. in 6. q. 24. n. 60. c. poſtulaſti, de clerico excommunicato, n. 61. c. cum bonæ, de ætate, & qualit. n. 63. c. vlt. de pęnis n. 63. c. ſi quis ſacerdotum 11. q. 1. à n. 79. & 86. c. 2. de hęreticis q. 18. nu. 15. & 44. vide verb. Tridentinum.

Interpres laicus ſi ſolicitet in confeſſione, an incidat in breuis pœnas, q. 13. nu. 28.

D. Ioãnæ Regis Sebaſtiani matris memorandum exemplum, q. 22. n. 15. & 16.

Ioannes III. Luſitaniæ Rex Inquiſitionem obtinuit, q. 22. n. 34.

Iudex inferior, cui cognitio arbitraria committitur, nõ imponit vltimum ſupplicium, q. 2. nu. 35. & 43. Eccleſiaſticus, quem punire poteſt, relaxare non debet, num. 41. iudex, aut prælatus tenetur abſtinere à proceſſu, vbi primum nouit crimen ex confeſſione proditum, q. 13. n. 22. in arbitrando debet attẽdere ad caſus hodiernos ſimiles non ad antiquos, q. 24. nu. 77. ſæcularis an, & quando ſtare teneatur ſentẽtiæ Inquiſitorũ, n 105. facilior ad torquendum in exceptis, quam alijs, q. 4. nu. 29.

Iuriſdictio Epiſcoporum, & Inquiſitorũ olim, & hodie in cauſa hæreſis, q. 2. n. 1. & 24. iuriſdictio noua quãdo cenſeatur cumulatiua, vel priuatiua, numero 3. 12. & 25. cumulatiua inter Inquiſitores, & ordinarios circa nefandũ n. 19. iuriſdictionẽ alienam vſurpare peccatum, q. 5. nu. 5. non extenditur vltra commiſſionem q. 16. n. 4.

L

Lachrymæ,& ſilentium aliquando plus ponderis, quam verba, q.7. nu. 39.

Laicus exercens ſodomiam an relaxetur,q.2.nu.44. ſub ſacerdotis fictione ſolicitans an incidat in breue, q. 13.nu.1.& 5.ſub nomine ſacerdotis nuſquam venit, nec illi committi poſſunt authoritate Pōtificia ſacris ordinibus annexa num. 3.ſub ſacerdotis fictione confeſſionem excipiens ad ſigillū tenetur,n.8.fingens ſe ſacerdotē eſt ſuſpectus de hæreſi, Inquiſitoribusque ſubijcitur nu. 10. audiens confeſſiones, ſacra faciens curiæ ſæculari ex Pauli decreto traditur, quod tamen Romæ, non vero extra obligat, n.11,12.29. & 30. confeſſiones audit non ſacramentaliter n.13. an ſubijciantur tamen Inquiſitoribus quando audit confeſſiones,& in ſimul abſoluit,an audire ſufficiat,ſi non abſoluat,nu. 14. & 31.interpres ſi ſolicitet in confeſſione an incidat in breuis pęnas, n. 27.qui Miſſas celebrare, & audire ſolebat,per Inquiſitores deprehenſus Pinciæ per plateas flagellatus ad triremes damnatur,nu. 30. audiens confeſſionem ſub ſacerdotis fictione, licet non abſoluat, incurrit irregularitatem, n. 33.

Lapſus in vnam hæreſis ſpeciē, ſi poſt abiurationem indiuerſam relabatur,relapſus eſt,q.22.nu. 13. Adami an fuerit contra obedientiam q. 20.n.3.

Laudantes fęminam à pulchritudine tentant,audent,& volunt,q.7.n.16.

Legislator ſi velit poteſt præterita cōprehendere,q.3.num.16.& ſin poteſt præcipere actum incerta virtutis ſpiret, vel prohibere in certa vitij ſpecie, q.20.n.5. & 17.

Leno ſolicitans punitur, licet effectus non ſequatur q.5.nu.22.

Lex Caſtellæ punit inſanos planctus in defunctorum funeribus,q.1. nu. 27. declaratoria comprehēdit præterita q.3.n.2. non extēditur ad pręterita,nn.7.& 21. extenditur declaratoria etiam ad præterita, ſi verba ad futura, & præterita referri poſſunt,q.3.n. 20.extenditur declaratoria,n.22.& quid ſi pœnā contineat, n.7.8. & 23. comprehendit præterita ſi legislator vult n.35. legis extenſio admittitur, ne fruſtatoria maneat q.5.n.10. pœnalis extenditur ex idētitate rationis in lege expreſſæ,q.6.n.7.& ad ſimilia,nu. 10. explicans caſum propter frequentiorem vſum non excludit alios, n. 14.legis pœnalis extentio, & reſtrictio per tres concluſiones,q.7.n. 12 pœnalis in publicam vtilitatem lata extenditur,nu. 12.& 14.comprehendit actum, per quem fruſtrari poteſt,n.15.pœnalis extenditur in fidei, & animarum fauorem,n.14. & 42. leges potius ad ea proferuntur,quæ frequentius contingunt, q. 16. nu.5. de hæretico denunciando abſque fraterna correctione fieri poteſt,q.18.n.16.Euangelica continet præcepta moralia, ſacramenta, & conſilia,nu.22. Euangelica non continet præceptum, quod non ſit naturale, nu. 23. leges Eccleſiaſticæ non ligant ob graue periculum, q. 19.nu.2.obligat cum vitæ diſcrimine propter religionis, & poteſtatis Eccleſiaſticæ contemplum, n.4. & 14. humana aut vetat res indifferētes, aut ad alias virtutes ſpectātes, q. 20. n. 2. humana poteſt actum de nouo prohibere, qui incipiat eſſe vitioſus,nu.6.vide verb. pœnalis lex, & verb. ſtatutum.

Libido maxima intemperantia, q. 7. nu. 16.

Locus, tempus,cauſa,perſona,& qualitas augēt,vel diminuunt,q.7.n.32.

Luſitaniæ lex ad ſodomiæ perſecutionem pęnis,& præmijs delatores inuitat,q.6. nu.23.

M

MAlum minus in dubio præſumẽdum q.7.nu 4.

Manes nimio planctu offendebantur, & quare,q.1.nu.22.inter manes,& lemures differẽtia nu.23.ſolicitare.

Manifeſtare tenetur quis crimen in tertij,& reip.damnum q.10.n.7.

Matrimonia inter mares, & dotes aſſignatæ q.6.nu.13.

Mari dicenti ſe tentatum,an ſit credẽdum,q.4.nu.19.

Medea ab manium ſolicitationẽ exulat,q.1.nu. 19.

Mendicantes abſoluunt tantum in foro conſcientię, & à caſibus Papæ reſeruatis, & excommunicatos nominatim q.21.nu.11.non poſſunt abſoluere à caſu hæreſis,n.11.vide verbo,Monachus, & verbo religioſus.

Mens Pontificis in committendo ſolicitationis caſu,q.7.nu.10

Metus mortis in propria perſona excuſat à legis humanæ, diuinæ & naturalis transgreſſione,q.19.n.3 5.& 13.& in perſona liberorum nu.6.& in perſona mariti, fratris, nu.7.in perſonis conſanguineorum,affiniũ, & familiarum an, & quando,nu.8. amiſſionis honoris quando excuſet,nu.9 vt excuſet, ab aliquo incuti debet n.11.à ſenibus, & religioſis incuti nequit,n.12.hodie in cauſa hæreſis non excuſat,nu.15.infamiæ an excuſet,n.10. & 17.

Milites, & Duces degradantur, q.24. nu.99.

Minæ an excuſent à legis obſeruatione,q.19.n.9.

Miniſtri ſacramentorum oportet, vt ſecuri agant q.23.nu.8.

Miniſter triremium flagellans ſacerdotes remigantes non incurrit excommunicationem contra Viuald. quæſtione 24.num.45.

Minus malum vide verb.malum.

Monachi regem Sebaſtianum fingentes, illiſque à confeſſionibus adhærentes degradati, & ſuſpenſi, q. 24. num.74. ob ſui prouincialis homicidium degradati, & ſuſpenſi, nu.75. & 92. ordinibus non inſigniti quomodo exautorandi ante traditionẽ, num.97.vide verb.mendicantes, & verb.religioſus.

Moniales in degradatione quomodo exautorandæ q.24 n.97.

Mors omniũ terribilium finis q.19.n. 5. mortis metus vide verb. metus.

Mulierum cõfeſſiones non audiantur ante ſolis ortum, nec poſt occaſum, q.7.nu.22. vide verbo fęmina, & verb.confeſſor.

Muros tranſcendenti pęna impoſita compræhendit, & rumpentem,q.6 num.10.

N

NEceſſitas liberat à legis obſeruatione,q.19.n.3.

Nectarius non obrogauit confeſſionẽ, q.24.n.17.& 51.

Nefanda contubernia inſtar matrimonij celebrata,q.6.n.13.& 27.

Nemo excuſatur à legum pęnis,ſi committat crimina perſuadente altero, q.11.nu.1.

Non proceditur contra generales,& magiſtros ordinum eodem modo, quo contra Epiſcopos, q.12. n.20.

Nullus tenetur ad denunciandum,niſi probare poſſit, q.10.nu. 2.& 8. vide verb.denunciare.

O

OBedientiæ duplex ſpecies,alia generalis omne virtutis opus concomitans,alia ſpecialis,q.20.nu.7.

Obedire ſuperioribus tenemur, q.20. nu.4.quod declara num.13.

Obligatio denunciandi intra certum terminum, eo tranſacto etiam obligat, & intra quem terminum, quæſt.

quæſt.21.num.4.5.& 24.

Ordinarius non poteſt cognoſcere de ſolicitationis crimine, q.2.n.7.cum ſequentibus.

P

PArochus ad excipiendam fęminæ ægrotantis confeſſionem ſocium procuret, q.7.nu.24. ſuſpenſus à cura, quia fęminas tentauerat in confeſſione ſignis, & tactu, n.40.

Parte ſatisfacta, vt abſolutio dari poſſit, non intelligitur de iudice, nec quãdo pœna imponitur, q.21.n.29.

Particula, etiam, caſum minus dubitabilem inuoluit q.2.n.10. & 29.

Pater filius furtum, homicidium, & ſimilia ſuadens non tam directè paternitatem offendit, quantum ſi carnaliter ſeſe cum illis immeſceat, q.8 nu.15. iubens ſcindi venam filiæ ad aborſum incidit in pœnam excommunicationis, non vero filia conſentiens contra Viualdo, q.21.n.33.

Prædicatores ſanctionibus ſodomiam perſequebantur q.6. n.28.

Pœna mortis in foro ſęculari ſuccedit depoſitio, ſeu incarcerato perpetua apud Eccleſiaſticos, q.2.n.36. ſolicitanti ad copulam impoſita, à fortiori comprehendit copulam conſumantem, q.11.n.13.17.& 20. impoſita fractori vnius ſacramenti, aliorum ſacramentorum fractores amplectitur, q.16.nu.3. pęna ex pęna nõ procedit, q.24.n.56. priuationis non imponitur, niſi in caſibus iure expreſſis, nu.78. pęnę ſolicitantibus imponendæ q.24. nu.10.

Pęnales leges interpretatione molliendæ, q.7.n.3. in publicam vtilitatem edita extenditur, n.41. pro animarum fauore extenditur, n.42. idem verb. lex pęnalis.

Pœnitentia quando liberet à culpa, q.3.n.31. ſacramentum conſtat ex materia, & forma, q.13.n.4. ſacramentum eſt inferioris gradus, præſentiores tamen labandi occaſiones præſefert, q.16.n.8. vide confeſſio, vel ſacramentum confeſſionis.

Peccat in legẽ, qui verba legis amplectens, mentem offendit q.7.n.6

Peccatur plus per caſtitatis, quam pudicitiæ offenſionem q.11. n.16.

Peccata in confeſſione commiſſa ſub ſigillum cadunt, q.9.n.6.

Peccatum nefandum non ſpectat ad Inquiſitores attento iure q.2. n.19.

Peccatum generaliter inobedientiam continet, q.20.nu.12. in proximum nõ differt à peccato in Deum quoad correctionem fraternam, excepta hæreſi, q.18.n.39. vide verb. crimẽ, & verb. periculum.

Periculum peccati ſæpe non fugere licebit ob vitãdam mortem infamiã, vel aliud ſimile malum q. 19. n.17. vbi maius, ibi plenius conſulendum q.16.n.6.

Per oratio operis in Dei laudem, & animarum ſalutem q.24.n.36.

Perſona ſuſpecta fraterne non corrigenda ſed deferẽda, q.18.n.39. perſonæ ad ſecretam Inquiſitionis aulũ vocatæ ad audiendam ſententiam contra ſolicitantem iubeantur ſub pœna, ne illud crimen propalent q.24 n.49. perſonæ illuſtres ad teſtificandum, & reuelandum in cauſa hæreſis tenent ire ad ſancti Officij tribunal q.22. n.31.

Pius Quintus clericos nefandum exercentes relaxari iubet, q.2.n.37.

Pontifex noluit agere in breui de abuſu aliorum ſacramentorũ q.16. n.6.

Poſſibilitatis latiſſimus campus, nec ſufficit eſſe poſſibilem rationem, vt præſumatur q.15. nu. 18.

Potentia proxima actui habetur pro actu q. 5. n.7.

Preces, & blanditiæ quaſi furoris incitatrices q.14.n.4.

Præcepta alia negatiua alia affirmatiua explicantur q.18. n.3.

Præcepta adimplentur ex affectu, & amore, & non principaliter ob obedientiam q. 20. n. 14. præceptũ Euãgelij de fraterna correctione procedit in peccatis, in quibus peccatoris honori conſuli oportet, & data emendationis ſpe indeque ceſſat in peccatis contra bonum publicum q. 18. nu. 18. negatiua, & affirmatiua altera ſub alteris continentur, defenditurque diſtinctio contra Cortaſ. nu. 20. præceptum correctionis fraternæ eſt naturale, & à Domino renouatum n. 21. & 25. omnia moralia ad catalogum, reducuntur n. 24. moralia præcipua in decalogo continentur nu. 25. fraternę dilectionis quomodo Chriſtus Dominus vocet ſuum n. 26. moralia fuerũt à Domino Chriſto renouata, & aucta, n. 26.

Prælatus à confeſſore admonitus, vt vigilet tali nocte, ſubditum de prabẽdum non poteſt punire q. 13. nu. 23. non poteſt punire ſubditum, qui licentiam ab eo petit confitendi alij, quam deputato n. 24. debet eſſe facilis in concedenda ea licentia n. 25. tenetur ad ſigillum, aut proprius prælatus, à quo petitur facultas cõfitendi caſum reſeruatum nu. 26. libros ſuſpectos ne permittat, q. 18. n. 44. prælati qui in depoſitione interueniunt, an ſint iudices vel aſſeſſores q. 24. n. 14.

Presbyter in cauſa hæreſis non eſt incarcerandus ex vnius dicto q. 4. nu. 28. non approbatus audiens cõfeſſionem non eſt ſuſpectus de hæreſi q. 13. nu. 15. rem habens cum filia ſpirituali ex confirmationis ſacramento punitur depoſitione, qua punitur rem habens cũ filia ſpirituali ex confeſſione q. 16. n. 3. vide verb. confeſſor, & verb. ſacerdos.

Præſumptio vnica non ſufficit ad torturam q. 4. n. 22. eſt minor, quam ſemiplena probatio nu. 23. & minor, quam indicium n. 24. vide verb. ſuſpectus, & verb. ſuſpicio.

Priuatus ſtatim debet conſortium hæretici fugere q. 18. n. 45.

Probatio quæ ſufficit in quouis crimine ſufficit, & in priuilegiatis q. 23. num. 5.

Proœmij ratio cõſideranda q. 15. n. 9.

Præſcripto bonorum non habet locũ in crimine ſolicitationis q. 24. n. 36.

Prouocans ad venerem, & alia flagitia in confeſſione ſæque punitur ex Pegnâ q. 8. n. 2. & 9. contra à n. 3.

Publicus fauor inducit cumulationem iuriſdictionis q. 2. n. 3. & 26.

Pudicitia pro oſcula, tactus, & ſigna venereorum læditur q. 11. nu. 16.

Puerum aut fęminam ad ſtuprum prouocans æqualiter punitur q. 6. n. 9.

Purgare ſe recuſans, aut in purgatione deficiens, qua pœna puniendus, & an ſit ſuſpectus de hæreſi, q. 24. n. 68

Q

Qualitas teſtium qualis in ſolicitationis materia q. 23. n. 11.

Quaternarum mulierum teſtimonio an ſolicitans ſit pœna ordinaria puniendus q. 23. n. 11. & à n. 23. vide verb. fæmina, & verb. teſtes.

Qui caſu non conſulto crimen committit mitius punitur q. 11. n. 4.

Quilibet tenetur denunciare ſolicitantes etiam non diffamatos q. 4. nu. 2. & 9 vide verb. fęmina.

Quilibet poteſt cogi ab Eccleſia ad ſanguinis effuſionem q. 19 n. 4.

Qui frãgit præceptum ſuperioris, quã virtutem labefactat, q. 20. à n. 2.

R

Raptor puellæ non ex libidine non punitur raptoris pęnis, q. 8. n. 4.

Ratio pro religione ſumma q. 3. n 4. rationis identitas maxime in illis rebus cõſideranda eſt, in quibus cuidẽs aliqua fulget vtilitas, q. 16. n. 3.

Recluſiones, exilia & aliç pęnæ poſsũt imponi cõfeſſarijs ſolicitantibus, q. 24. n. 10.

Re-

Rebaptizans, irregularis fit acolitus, ſiue ſacerdos,q.6.nu. 10.

Reg. de infirmis comprehēdit etiam fęminas, q.6.n.10.

Relapſus an ſit habendus confeſſor, qui iterum ſolicitauit,q.24.n.13.

Relaſſatio vltimū ſupplicium importat,q.2.n.34. requirit incorrigibilitatem n.38. eſt inuenta à poſterioribus Pontificibus nu. 42. vide verb. degradatio.

Religioſorū crimina circa hæreſim, hæreſisve ſuſpitionem,& ſolicitationem pertinent priuatiuè ad Inquiſitores q.2.n.10. & 28.

Religioſus ſacramenta exercens ſine parochi licentia incurrit excommunicationem,quam non incurrit fingens ſe religioſum in eo caſu q. 23. n.35.poteſtate ſacramenta conficiēdi carens, ea conferens eſt excommunicatus,q.14.nu.13.ad triremes damnatus exuitur religionis habitu q.24.nu.101.religioſi clerici ve ordinibus initiati ad perpetuos carceres,aut ad triremes damnati degradantur verbaliter, non vero actualiter n. 102. religioſo infamato totus conuentus infamatur, q.24.nu. 18.& 52. vide verb. monachus.

Reſcripta ad caſus habētes rationem ſimilem extenduntur q. 15.nu.3.illud includunt, quod reſcribens interrogatus includeret,nu.17.

Reuelans confeſſionem quis dicatur, & de pęna ac probatione q. 22. nu. 10.& 21.

Reus an poſſit præuenire iudicem benigniorem q.3.nu.14.& 25. dicitur fugiens nu. 26. in cauſis capitalibus tranſigere poteſt nu.27.ſi plectatur pęna leui, aut redicula,iterum accuſari poteſt nu.28.

Rex ſemper cenſetur exceptus q. 12. nu. 16. contra quem ſolus Papa cognoſcit in cauſa hæreſis nu. 17. ſubijcitur tamē Inquiſitorum edictis quoad denunciandum nu.18.Sebaſtianus vide verb.Sebaſtianum.

S

Sacerdotis nomine Epiſcopus comprehenditur q.12 n.2.& 13.nominē ſolus comprehendatur quis, & vnde diriuetur q 13. num.2.ſolus ad ſigillum tenetur, de interprete controuertitur, q.13. n.20.frangens ſigillum,iuris pęnas incurrit n.21. ab ſoluendi poteſtate carens an ſi ſolicitet in confeſſione, incidat in breuis pęnas q.14. n.1.& ſeqq.iuriſdictionem habens,non tamen ex cauſa abſoluens, ſi ſolicitet, incidit in breuis pęnas n.7. ſolicitans in actu confeſſioni antecedenti,licet confeſſio nō ſequatur,vel ex pęnitentis repugnātia, vel ipſius confeſſoris voluntate, incidit in breue n.8. poteſtate carēs ſi confeſſionem audiat, tenetur ad ſigillum, validaque erit confeſſio,ſi obtenta iuriſdictione abſoluat n.13 triremibus non damnandus q. 24. n.44. vide verb confeſſor.

Sacramenta ſanctè, & non ſcurriliter tractanda q.7.n.36. ſacramentum confeſſionis cum ſuauitate reddendum q.24.nu.16.à parato recipere quando peccatum q.11.u.10.& 17.

Sacrilegium an detur in ſolicitatione ante, vel poſt confeſſionem q 5. nu. 12.& à nu.25.& 30.in quo conſiſtat nu.27. committitur quando Sacramentum confici tentatur ab eo, qui poteſtate caret q.13. nu.39. depoſitione dignum q.24.nu.8.

Salauedræ nouella de Inquiſitionis introductione in Luſitaniam patefit q.22.à n.33.

Samuelis animę vera apparitio q. 1. num.28.

Sapere hæreſim manifeſte, vel non quid ſit q.5. num.44.

Saulis,& Adami peccata inobedientię q.20.n.3.

Scantineus vnius pueri à ſe ſtuprati de-

latione condemnatus apud Romanos q.23. n.21.
Scientia reſcripti æquipollet citationi q.3.n. 29.
Sebaſtianum regem duo præſtigiatores fingẽtes cum duobus monachis, qui illis à cõfeſſionibus erant, ſuſpẽſi patibulo q.24.n.74.
Sertorij nobile factum ob ſodomiæ crimen q.6. n.21.
Sigilli violatio non conſideratur, niſi de peccatis in confeſſione detectis q.5.nu.26.ſeruare tenentur omnes, ad quos quoquomodo notitia peccatorum in cõfeſſione exceptorum prouenit q.13.n.9.& à n.20.ſigillo ſacerdos ſolus aſtringitur, cęteri ſecreto naturali n.20.obſeruare tenetur confeſſor, quoties ex parte pęnitentis datur animus accuſandi ad effectum abſolutionis conſequẽdę, vel animus obſequendi præcepto Eccleſiæ q.14.n.19. fractio probari nequit, niſi per teſtes ſingulares q.22.nu.10.fractionem neganti confeſſario an credendum num. 10. & 21. fractio per teſtes ſingulares probatur, non tamen plene, & ideo ordinaria pœna non imponitur nu.19 fractio ſi in dubio reuocetur, an cõfeſſario, an pęnitenti, & an tertio ſit & potius credendum n. 21.
Signa remota ſufficiunt ad ſolicitationis præſumptionem q.7. nu. 20. ſigna, & tactus ex materia ſubiecta venialia, & mortalia eſſe poſſunt n.28
Similium idem iudicium q.16.n.1.
Singularitas triplex q.22. n.7.
Societatis Ieſus conſtitutio, ne confeſſarij ad excipiendas confeſſiones in domos ægrotantium, à focijs diſcedant q.7. n.23.
Socius criminis in caſibus exceptis, qui ſub ſpe veniæ ſe ſe iudicio offert, & crimen de ſe, & de ſocio confitetur, uullum facit indicium contra nominatum q.23. n.27.
Sodomiæ ex aggregatio q.6. n.1. Doctores de ea ſcribentes n.16. auctor nu.17.pęna n.18.& 22. cauſa ſit diuortium q.6.n.10.
Sodomita etiam in volentem, punitur q.6.nu.27.reſuſcitatus iterum comburendus nu. 16. ſodomitæ de peccato contriti, miraculosè beatitudinẽ adepti n.20. etiam cum alliciente punitur q.11.n.12.vide verb.prædicatores.
Solicitata fęmina vide verb.fęmina ſolicitata.
Solicitationis ethimologia, q.1. nu. 1. pro conatu ad labefactandum nu.7 diffinitio n.14.explicatio q.1. n.35. venerea in confeſſionis ſacramento præſefert hæreſis ſuſpitionem q. 2. n.m7.& 27.an ſemper, & per ſe hæreſis ſuſpitionem inducat numero 13 & 15.crimen enorme quæſtione 4.numero 34. ante, vel poſt confeſſionem immediatè pertinet ad Inquiſitores q.5.num.12.& à num. 25. & 30. per epiſtolam, internuncios, & lenones, an ſubiaceat Inquiſitoribus q.5.nu.15.erga pueros Inquiſitio an aliquo iure Fidei cenſoribus competat q.6.n.5. Inquiſitio an pertineat ad Inquiſitores de iure, priuilegio, vel conſuetudine q.6.n.5.& 15.ſit verbis, nutibus, & tactibus q.7.n.27. ſcãdaloſa eſt materia iuriſdictionis Inquiſitorum q. 11.nu.4.ſi à fęmina, vel confeſſario inuicem fiat, an breui locus ſit q.11. nu.11.& à nu.18.per oſcula, amplexus, vel alias ſunt præambula ad copulam n.16. ad turpia regulariter à maribus incipit nu.19. ſufficit, licet effectus non ſequatur n.20.caſus varij in ſacramenti præambulis referuntur q.14.n.15. circa tertias perſonas dupliciter conſideratur q. 17. n.1.& 2. ad turpia indiſtinctè vetatur

tur, ſiue per ſe, ſiue per interpoſitas perſonas intentetur nu.6.ad turpia intelligitur tam reſpectu ſui, quam alterius perſonæ nu. 13. crimen improbabile videtur q.22.n.1.crimen probari nequit, niſi ex fęminarum teſtimonio n.9. in confeſſione duabus fęminis ſingularibus probatur ex Paramo q.23.n.3.ſed contra n.4 & 9. quatuor ex Illuſtriſſimo n. 11. contra à n.22. probatio impoſſibilis à communiter accidentibus indigetque Romani Pontificis declaratione quoad teſtium numerũ n.25. probatio pendet ex iudicis arbitrio quoad pęnam extraordinariam nu. 25.crimen includit incæſtum,ſacrilegium,& ſuſpicionem de hęreſi,q. 24.n.2.37. & 38. licet leuem præſeferat ſuſpicionem de fide, producere tamen poteſt degradationẽ n.95

Solicitãs in confeſſione raro infamia laborat q.4.n.3. ſolicitãs in confeſſione maſculum plus peccat, quam fęminam q 6 n.8.ſolicitans ad mollitiem pueros in confeſſione an Inquiſitoribus ſubiaceat nu. 11. nutibus,& ſignis incidit in bullam q. 7. nu.8.ſolicitans ad diuerſa peccata à carne,non incidit in breuis pęnas q. 8.n.6. ad mollitiem, vel nefandum in confeſſione incidit num.7.ante crucis ſignum reiecta in aliud tempus confeſſione incidit q.14. nu. 16. ſolicitans. cum non eſſet paratus licet ſtatim excipiat confeſſionem, non incidit n.17.in alijs ſacramentis an Inquiſitoribus ſubiaceat ex breui q. 16. à principio in alterius gratiam in confeſſione incidit q. 17 nu. 5.per tertiam perſonam in confeſſione an incidat q. 17. à nu.7.ſtatim deferẽdus abſque fraterna correctione q.18.nu.28. abſolui poteſt abſque obligatione ſe deferendi q. q.21.n.2.13.& 21.ſi adimpleat,cõmittit incęſtum q.24.n.5.in confeſſione ad diuerſum tempus, & locũ incurrit n.5.pęnis ſubijcitur,quibus ſuſpecti de hæreſi n.6.abiurat de leui nu.12. quo loco,& coram quibus abiurare debet numero 14. 47. & 48. ratione militiæ an credente militia relaxandus quæſt. 24. nu.25. ſi incorrigibilis formaliter proponatur,relaxabitur n.30.& à n.84.parochus Neapoli per annum à cura ſuſpenſus n.41. ad triremes an damnã di nu.43. per multos annos quomodo Pinciæ fuerit punitus nu.50. an, & quando relaxandus n.84. vt degradetur, non eſt opus procedere per gradus incorrigibilitatis attento iure n.85.vt degradetur non requiritur,vt ſit incorrigibilis n.88.

Solicitare terram q. 1.nu.1.mare n.2. pro inquietare n.3.& 17. & perturbare n.3.& 19. oſtendere metum, vel ſpem nu.4.pro tentare,an fores aperiri poſſint nu.5. pacem n.6.fęminas ficto cęlibatu n.9. ſeruos nu. 11.rogare,inducere nu. 12. ceſſare facere n.13.pro manes euocare à n. 17.propriè eſt moleſtare,n.21.pro concitare ad ſeditionem n. 10. & 33.pro allicere n. 12.& 34.

Solicitari ab alio qui patitur, veniam non meretur q. 11.n.2.& 8.

Solicitatores alienarum nuptiarum q. 1.n.8.& 32.litium n.35.

Solicitudo q. 1. nu. 7. & 31. diffinitur nu.35.

Solum dicitur mare q. 1.n.2. & 6.

Sortilegia vide verb. diuinationes.

Spes emendationis non deeſt in peccãte contra naturam q.2. nu.39.

Statutum comprehendit, quod ſtatuẽtes ſi interrogati fuiſſent, ſtatuiſſent quæſtione 15.n.5.7.16.idem in reſcriptis, nu. 17. non comprehendit deciſa aut pendentia negotia, q. 3. n.14.vide verb.lex, & verb.breue.

Stultiloquium recedere debet à ſacramentorũ adminiſtratione q.7.n.37

Suarez

Suarez reijcitur diſtinguens inter reuelationem confeſſionis in bonum, vel in damnũ q.22.n.22. vide verb. Franciſcus.

Summus Pontifex diſpenſat ex cauſa in matrimonio rato q 3.n.19. ſolus poteſt cognoſcere contra regem hæreticum q. 12. n.17. ſolus cognoſcit in cauſa hæreſis contra Epiſcopos ex Trid.n.33. iuſte ſolicitantes confeſſarios ad ſãctæ Inquiſitionis Tribunal deferre iubet q.1. nu.15.

Superior poteſt ſub excommunicatione præcipere, vt teſtificentur ſcientes intra certũ terminum, q.21.n.3.

Suſpectus de hæreſi leuiter, vel vehementer quis cenſeatur q.5.n.37. leuiter de hæreſi ſubijcitur Inquiſitoribus, & quis talis ſit q.5.n.45. de hæreſi, & de vehementi abiurans non eſt inhabilis ad beneficia etiam cathedralia q.24.n.70. de hæreſi abiurat de leui, ſi abiurare recuſat, excõmunicatur, in excommunicatione inſordeſcens per annum tanquam violenter ſuſpectus pœna ordinaria punitur q.24. n.20. de fide abiurat, & niſi abiuret, indicitur purgatio, in qua ſi deficiat, relaxatur n.21. an teneatur ſolum abiurare crimen, de quo accuſatur, an omnem hæreſim n.22.& 69. abiurat n.12. & 46. leuiter ſi reincidat, non eſt tanquam relapſus puniendus, & an de vehemẽti abiuret q.24.n.13.

Suſpicio hæreſis an ex ſolicitatione in confeſſione inſurgat q.2. n.4. cõtra ſolicitantes ex quibus inſurgat n.16 & 17. à lege conſuetudine, vel legitimi iudicis arbitrio pendet n.24. leuis quæ dicatur q.5.nu.37. differt à ſuſpicione facti q.5.n.46. non reperitur in confeſſario ſolicitato q. 11. n.5. orta ex inſordeſcentia extra fidei cauſam leuem inducit ſuſpicionem beneficiorum priuatione non multandam n. 69.

Synodus eliberina, & lex ciuilis prohibuit manium ſolicitationem q. 1. num.20.

T

TActus, & ſigna in foro externo, & dato ſcandalo mortalia q.7.n.31

Tempus, & locus ſacramenti rem deſiderant ſeriam q.7. n.7.

Tentare quid q.7.n.11.

Teſtes tres vel quatuor non euincũt infamiam q.4.n.33.

Teſtes ſingulares non probant plene, etiam in cauſa hæreſis q. 22. n.412. & 13.& à nu.24. nec in genere probant delictum n. 5. non probant in cauſa hæreſis etiam cum adminiculis, & fama nu.24. omni exceptione maiores probant ad pœnam extraordinariam n.26. ſingulares, & infames non probant licet ſtatuto inhabiles admittantur n.27. plures defectus patiens non admittitur, licet inhabilis ſtatuto admittatur nu. 27. ſingulares licet probent in alijs criminibus, nuſquam tamen in crimine hæreſis n. 29. deponentes de eodem actu loco, & tẽpore, per diuerſa tamen verba plenè probant, nec ſingulares ſunt, n.31. Duo ad probationem ſufficiũt, q.13.n.1.& 5. Duo probant hæreſis crimen n. 2. & 15.

Dummodo ſint mares, & omni exceptione maiores, n.6. In crimine hæreſis nunquam conſiderari poſſunt omni exceptione maiores, n.7. teſtiũ qualitas quę, & qualis requiratur in ſolicitationis materia, nu.11. teſtis inhabilis, licet ſtatuto admittatur, ſi alios patiatur defectus, non prodeſt ad probationem, præſumptionem, nec ad indicium, quod procedit etiã in fœmina, & incarcerato ex criminibus, n. 20. quot requiruntur ad ſolicitationis materiã variatur, n. 22. ſingulares licet admittantur, non tamen integre, & plene probant, num. 22.

The-

Themiſtius capite punitur ob violatam cithariſtriam initijs Eleuſinis q.3.n.74.

D.Th.2.2.q.33.ar.7.explicatur contra omnes, q.18.n.35.& 36.

Timeri culpam, vbi culpa non appatet bonarum eſt mentium q.7.n.5.

Torqueri poſſunt clerici religioſi, & monachi in cauſa hęreſis, q.23.n.13 an poſſit confeſſor Inquiſitus de turpi ſolicitatione, n.14.& 29.

Torturam legitima præcedunt indicia, etiam in exceptis, q.4.nu.18.in caput alienum leuis, & moderata, nec repetenda, alias erit nullius eſſe ctus, q.22.nu.28.grauis grauior eſt membris abſciſſione, d.n.28.

Traſgrediens ſuperiorum edicta, an incurrat peccatum inobedientiæ, an etiam religionis, q.20.n.2.9.& 16.

Trident.ſeſſ.14.c.7.ad fi.in doctrina, q.21.n.20.ſeſſ.25.c.3.de reform.nō inducit ſimpliciter ſuſpicionem de hæreſi ex inſordeſcētia q.24.nu.66.

V

VEnialia per ſe ex tempore, & loco poſſunt eſſe mortalia, q.7.n.33.

Verba, quæ in hæreticum, & Catholicum ſenſum ſonāt, ad Catholicum ſunt referenda, q.7.n.4.præbent ad res ipſas ingreſſum, nu.37.primum locum occupāt ad ſolicitandos animos, poſtea nutus, & ſigna, n.38.ſcripta frequentiores vſus gratia non mutant in alijs diſpoſitionem iuris, q.9.n.1.verba Bullæ in ſolicitantes circa degradationem explicantur, q.24.n.94.

Veritas ignorata multipliciter exponitur, q.7.nu.1.

Vicarius Epiſcopi poteſt proferre ſententiam degradationionis, actualiter vero degradat ſolus Epiſcopus, q.24.n.107.

Vicinitas actuum vnum facit, q.5.n.9 & 24.

B.Vicentius Ferrer litera B.

Viro bis nubenti pœna impoſita includit, & fęminam bis nubentem q 6. nu.10.

Vitæ periculum, & defenſio excuſat à legis humanæ, diuinæ, & naturalis tranſgreſſione, q.19.n.3.& 13.

Vtilitas publica præponderat priuatę, q.18.n.12.

Vxor an propter viri hæretici metum excuſetur ab illius delatione, q.19.num.16.

FINIS.

Imprimatur. Iac.Terrag.Vic.Gen.

Alex.Ruffus Can.Dep:

ANT 462084

5360

C 32.

Digitized by Google